BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
G
59
NAPOLI

59

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI

BENEDICTI
PAPÆ XIV.

BULLARIUM.
TOMUS DECIMUS.

IN QUO CONTINETUR

Appendix ad Tomum IX.

Editio recentior auctior & emendatior.

Pertinet ad Ordinem S. M. Carmeli Tertij S. Andreæ.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

VENETIIS, MDCCLXXXIV.

Sumptibus BARTHOLOMÆI OCCHI.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

IN INDEX APPENDIX.

ACta, & Decreta in Cauſis Beatificationum, & Canonizationum, aliiſque ad Sacrorum Rituum materiam ſpectantibus, addenda ad Tomum VI. Operum Santiſſimi Domini Noſtri Romæ editum anno 1751. *pag.* 4

Santiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV. Epiſtola ad Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Bononienſis data, occaſione, qua Sancti Proci Martyris Corpus repertum in Sancti Thraſonis Cœmeterio, in eadem Eccleſia collocandum, tranſmittitur. 6

Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV. Epiſtola prima ad Rev. Pat. Engelbertum Abbatem Monaſterii Campidonenſis, de facultate conſecrandi Abbatialem Eccleſiam Campidonenſem. 21

Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV. Epiſtola ſecunda, ad R. Pat. Engelbertum Abbatem Monaſterii Campidonenſis, de Conſecratione Eccleſiæ S. Appollinaris Romæ a Sanctitate Sua peracta. 27

Epiſtola Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV., ad Reverendiſſimum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononienſem Archiepiſcopum, de Sancti Philocali Martyris Corpore. 38

Decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV. in Cauſa Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Vener. Servi Dei Pauli Buralis Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis de Aretio nuncupati. 44

Acta Conſiſtorialia pro Conceſſione Pallii Patriarchæ Antiocheno Syro Maronitarum. 46

Brevia Sanctiſſimi Domini Noſtri ad Patriarcham, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Proceres Maronitarum. 53

IN ALTERA APPENDIX.

EPiſtola Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI Papæ XIV. ad Reverendiſſimum Dominum Ignatium Realem primum Pontificiarum Cæremoniarum Magiſtrum de celebratione Miſſæ a ſedente. 57

Nummularii, ſeu Campſores Civitatis Ferrarien., a tertio, ad ſecundum Ordinem Conſiliariorum dictæ Civitatis transferuntur 84

Decretum in Cauſa Limana inter Venerabilem Congregationem Ordinis Sancti Philippi Nerii Civitatis Limæ, & Reverendum Dominum Promotorem Fiſcalem Curiæ Archiepiſcopalis ejuſdem Civitatis. 87

Aliud Decretum pro Congregatione Limana Sancti Philippi Neri, nec non Valentina, Hiſpalenſi, Bracenſi &c. *ibidem.* 88

Damnatio, & Prohibitio Operis, cui Titulus: *Storia del Popolo di Dio, dalla Naſcita del Meſſia, ſino alla fine della Sinagoga ec. Parte Seconda: con Ristretto di Diſſertazioni, ed in fine la Difeſa della medeſ. II. parte ec.* 90

Epiſtola ad R. P. Antonium Taveira Archiepiſcopum Goanum. 92

Literæ in forma Brevis quibus Eminentiſſimus ac Reverendiſſimus D. Franciſcus Sanctæ Rom Eccleſ. Diaconus Card. de Saldanha motu proprio conſtituitur, & deputatur in Viſitatorem, & Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jeſu in Regnis Portugalliæ & Algarbiorum & in Indiis Orientalibus & Occidentalibus Regi Fidelisſimo ſubjectis. 93

Decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV. in Cauſa Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Franciſci De Hieronymo Sacerdotis Profeſſi Societatis Jeſu. Super Dubio: *An conſtet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in caſu, & ad effectum, de quo agitur.* 104

Digitized by Google

APPENDIX
AD TOMUM IX.
BULLARII
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI
PAPÆ XIV.
ACTA, ET DECRETA

In Cauſis Beatificationum, & Canonizationum, aliiſque ad Sacrorum Rituum materiam ſpectantibus, addenda ad Tomum VI. Operum Sanctiſſimi Domini Noſtri Romæ editum anno 1751.

Decretum generale Sanctiſſimi D. Noſt. Ben. Papæ XIV. ſuper teſtibus de auditu auditus in cauſis Beatific. & Canon.

CUM nonnulla poſt annum Pontificatus ſui decimum BENEDICTUS XIV. Decreta, Epiſtolas, Conſtitutionesque ediderit ad materiam Sacrorum Rituum ſpectantia, quæ in Tomo VI. Operum ejuſdem SS. Domini Noſtri, edito anno 1751. locum habere non potuerunt, ea hic in unum collegimus ſingula ſuis, prout indicantur, locis poſtea inſerenda, quandocumque nova horum Operum editio fieri contigerit. Igitur ad caput I. ubi referuntur *Decreta Generalia*, poſt IV. Decretum pag. 19 addatur V. ſcilicet.

DECRETUM GENERALE
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTUS PAPA XIV.

An teſtes de auditu auditus, qui ſoli extant in Proceſſu Apoſtolor. jungi poſſint in linea probat. cum teſtibus de viſu, qui extant in Proceſſu Ordinario.

CUm ex relatione eorum, quæ in Congregationibus Sac. Rituum, aut Antepræparatoriis, aut Præparatoriis proponuntur, & diſcutiuntur, facta Nobis pro ſui muneris adimplemento tum a Congregationis Secretario, tum a Fidei Promotore, innotuerit, ſæpe excitatam fuiſſe inter ejuſdem Congregationis Conſultores controverſiam, an in Cauſis Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei, procedentibus per viam non Cultus, cum diſputandum proponitur Dubium ſuper Virtutibus aut Martyrio, Teſtes de auditu auditus, qui ſoli extant in Proceſſu Apoſtolico, in linea probationis jungi poſſint cum Teſtibus de viſu, qui extant in Proceſſu Ordinario, contendentibus nonnullis, id tantum fieri poſſe, ſi Teſtes de auditu, qui extant in Proceſſu Apoſtolico, ſint de auditu a videntibus; aliiſque aſſerentibus, id ipſum fieri debere, etiamſi Teſtes non ſint de auditu a videntibus, ſed de auditu auditus, dummodo cætera alia non deſint, quæ requiruntur pro conjunctione Proceſſus Ordinarii cum Proceſſu Apoſtolico, & alia etiam concurrant, a Congregatione Rituum ſtatuta, ut rite, & recte admittantur Teſtes de auditu, de quibus omnibus in Noſtro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 2. cap. 4. & 5.

§ 1.

§. 2. *Nos ad amputandam quamcumque controverſiam, decernimus primo, non poſſe in linea probationis conjungi Teſtes de auditu auditus in Proceſſu Apoſtolico examinatos, cum Teſtibus de viſu, qui extant in Proceſſu Ordinario, prædictamque conjunctionem in linea probationis competere tantum Teſtibus de auditu a videntibus, qui ſint in Proceſſu Apoſtolico examinati, dummodo cætera ſupra indicata non deſint requiſita: & ex conjunctione Teſtium de viſu examinatorum in Proceſſu Ordinario, cum Teſtibus de auditu a videntibus, examinatis in Proceſſu Apoſtolico, propoſitis Dubiis ſuper Virtutibus, aut Martyrio, reſponderi poſſe*, Conſtare de Virtutibus &c. *aut* conſtare de Martyrio: *Et in progreſſu ad ulteriora pro obtinenda formali Beatificatione ſufficere debere duo miracula, quæ ante Beatificationem patrata ſint, & approbata, & pro obtinenda Canonizatione ſufficere debere alia duo miracula, poſt Beatificationem ſecuta & approbata.*

Id fieri non poſſe, & ſolis teſtibus de auditu a videntibus id competere decernitur.

§. 3. *Decernimus ſecundo loco, quod, ſi in Proceſſu Ordinario Teſtes extent de viſu, & in Proceſſu Apoſtolico non reperiantur niſi Teſtes de auditu auditui, Teſtes hi de auditu auditus, in Proceſſu Apoſtolico excepti, vim & robur adminiculi habere valeant, modo quidem levis, modo gravis, prout eorum numerus, & qualitas expoſcit, ita ut, excluſa a Poſtulatoribus quacumque fraudis, aut negligentiæ ſuſpicione, ex qua factum ſit, ut ſoli Teſtes de auditu auditus in Proceſſu Apoſtolico fuerint examinati, ſi, attentis numero, & qualitate Teſtium de viſu in Proceſſu Ordinario examinatorum, habitaque conſideratione adminiculi non levis, ſed gravis, deſumpti ex Teſtib. de auditu auditus in Proceſſ. Apoſt. examinatis, res ad eum ſtatum perducta ſit, ut faciat fidem, & auctoritatem Viro prudenti de re gravi judicaturo, propoſitis Dubiis ſuper Virtutibus, aut Martyrio, reſponderi poſſit*, ita conſtare de Virtutibus, *aut* ita conſtare de Martyrio, ut procedi poſſit ad ulteriora, hoc eſt ad diſcuſſionem Miraculorum: *Nec obtineri poſſe Decretum Beatificationis, niſi tria Miracula præceſſerint, quæ fuerint approbata; neque demum Canonizationis Decretum locum eſſe debere, niſi duo alia poſt Beatificationem Miracula ſuperveniant, quæ pariter fuerint approbata.*

Robur tamen & vim adminiculi teſtes de auditu auditus habere quandoque poſſunt.

§. 4. *Demum tertio loco decernimus, nihil per præſens Decretum a Nobis fuiſſe immutatum ſuper Dubio Virtutum, aut Martyrii, in Cauſis, quæ procedunt per viam caſus excepti, aut in quibus, etſi procedant per viam ordinariam non Cultus, ſoli Teſtes de auditu extant in Proceſſu tum Ordinario, tum Apoſtolico; quoad eas enim exacte obſervari mandamus Decretum Generale a Nobis editum* die 13. Aprilis 1741. *& impreſſum in Noſtro Opere* de Canonizatione Sanctorum lib. 3. c. 3. n. 25. editionis Patavinæ, & editionis Romæ, *quod etiam nunc confirmamus tum quoad numerum Miraculorum, tum etiam quoad cætera, quæ in dicto Decreto continentur; & in quibus ſtatuitur, Miracula ſemper eſſe comprobanda per Teſtes conteſtes de viſu, ſive agatur de Cauſis procedentibus per viam Ordinariam de non Cultu, ſive per viam extraordinariam de caſu excepto, & ſive res ſit de Miraculis pro obtinenda Beatificatione, ſive de aliis, quæ proponuntur pro Canonizatione obtinenda. Et Secretario Congregationis Sacrorum Rituum mandamus, ut præſens Noſtrum Decretum inter acta Congregationis referat, & typis edi curet, ut ad omnium notitiam deveniat.*

Præſenti Decreto nihil immutatum pro cauſis quæ procedunt per viam caſus excepti, aut in quibus ſoli teſtes de auditu extant in utroque Proceſſu.

Datum hac die 17. Julii 1744.

Dat. 17. Julii 1744.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loc. ✠ Sigill.

M. Marefuſcus S. R. C. Secr.

SAN

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PP. XIV. Epistola ad Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis data, occasione, qua, S. Proci Martyris Corpus repertum in S. Thrasonis Cœmeterio, in eadem Ecclesia collocandum, transmittitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Proœm. JAM dudum Nobis erat in animo, unum aliquod Sancti Corpus cum suo nomine proprio inventum mittere ad istam Nostram Metropolitanam Ecclesiam, inter cætera dona, quæ ei largiri solemus quotannis, occasione Solemnitatis S. Petri Apostolorum Principis, in cujus honorem eadem Ecclesia dedicata est.

Quælibet pars Corporis cujuscumque Sancti veneratione prosequ. §. 1. Non ignoramus, veneratione coli debere non solum cujuscumque Sancti Corpus integrum, sed quamlibet etiam partem a reliquo ejus corpore divisam: *Hæc est enim Sanctorum Martyrum gloria, quorum etsi per universum Mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo*: ita loquitur Sanctus Maximus *Serm.* 35. inter Sermones, qui olim Sancto Ambrosio adjudicabantur, ut videre est in Operibus hujus Sancti Patris *tom.* 2. *editionis Parisiensis ann.* 1690. *pag* 466. Cum Sancto Maximo cohæret Sanctus Gregorius Nazianzenus, qui *in suo Carmine de Virtute* juxta interpretationem Petavii *lib.* 14. *de Incarnatione cap.* 11. §. 3. ait:

Tanta porro est veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquiarum
Ossium vetustorum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aspersi cruoris
Nota quæpiam, ad totius honorem aliquando sufficiant,
Et appellatione sanctæ sunt reliquiæ:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre:
Eadem quippe vi prædita: O Miraculum!
Salutem enim affert etiam sola recordatio.

Etiamsi ejusdem Sancti nomen ignoretur. Major tamen est fidelium devotio erga integrum corpus alicujus Sancti si præsertim de ejus proprio nomine constet. Integrum vetus est Ecclesiæ Romanæ consuetudo imponendi nomen appellativum SS. C. quæ sunt sine nomine.

§. 2. Nobis constat præterea, quod quotiescumque habentur indicia certa, corpus aliquod, aut partem ipsius, esse corpus, aut partem corporis alicujus Sancti, licet hujus nomen lateat; corpori tamen, aut parti illi religiosus cultus debetur, qui cæteris Sanctorum Reliquiis præstari solet, ut late ostendimus *in nostro Opere de Canonizatione lib.* 4 *part.* 2. *cap.* 27. editionis præsertim Patavinæ, a Nobis, etiamsi assiduo gravissimarum occupationum pondere premeremur, plurimum locupletatæ; qua editione, pro nunquam intermissa benevolentia vestra erga Nos, laboresque Nostros qualescumque, minime vos carere arbitramur.

§. 3. Ut ut vera sint quæ diximus, nemo tamen inficiabitur, multo præclarius quid esse Corpus integrum, quam pars insignis ejusdem Corporis, & multo majorem esse Fidelium devotionem erga Corpus alicujus Sancti, de cujus nomine proprio constet, quam alterius, cujus nomen ignoretur. Et propterea juxta veterem Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, Sanctorum corporibus, quorum nomen ignoratur, appellativum nomen imponitur; ut recte ad rem Nostram, dum loquitur de consuetudine imponendi nomen appellativum Corporibus Sanctorum, qui sine nomine inveniuntur, animadvertit eruditus Ferrandus *in Disquisit. Reliq. lib.* 1. *c.* 5 *Minime superfluum est certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuere, quod experientia, usuque quotidiano videamus, Fideles multo minori affectu, studio, ac pietate affici, & terri erga Divorum illorum exuvias, quorum nomina mortales latent, quam adversus eas, quæ certis nominibus indigi-*

tan-

LETTERA DELLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE BENEDETTO PP. XIV. ſcritta al Capitolo, e Canonici della Metropolitana di Bologna, in occaſione che mandava loro il Corpo di S. Proco Martire, ritrovato nel Cimiterio di S. Traſone, per farlo collocare nella medeſima Metropolitana.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Proem. E' Qualche tempo, che ci venne in penſiere di mandare a coteſta Noſtra Chieſa Metropolitana, fra gli altri regali, che ſiamo ſoliti di mandare ogni anno per la Feſta del glorioſo S. Pietro Principe degli Apoſtoli, in onore del quale la detta Chieſa è dedicata, un Corpo Santo intero, ritrovato col proprio nome.

Qualunque porzione del Corpo d' un qualche Santo è degna di venerazione. §. 1. Sappiamo doverſi venerare non ſolo il Corpo intero di qualunque Santo, ma ancora ogni parte d'eſſo ſtaccata dal rimanente: *Hæc eſt Sanctorum Martyrum gloria, quorum etſi per univerſum Mundum ſeminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo:* ſono parole di S. Maſſimo nel Sermone cinquanteſimoquinto fra quelli fin ora attribuiti a S. Ambrogio, come può vederſi nel tom. 2. delle Opere di queſto Santo Padre della ſtampa di Parigi dell'anno 1690. alla pag. 466., col quale concorda San Greg. Nazianzeno nel ſuo Componimento poetico *de Virtute*, ſecondo l'interpretazione del Petavio al lib 14. *de Incarnatione cap.* 11. §. 3.

Tanta porro eſt veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquiarum
Oſſium veruſtorum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aſperſi cruoris
Nota quæpiam, ad totius honorem aliquando ſufficiant,
Et appellatione ſanctæ ſunt reliquiæ:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre:
Eadem quippe vi prædita: O Miraculum!
Salutem enim affert etiam ſola recordatio.

Ancorchè ſia ignoto il nome del medeſimo Santo. §. 2. Sappiamo in oltre, che quando vi ſono gl'indizj certi, che il Corpo, o parte d'eſſo, è d'un Santo, ancorchè non ſe ne ſappia il nome, deeſi al Corpo, o alla parte il culto religioſo proprio delle Reliquie de' Santi, come da Noi fu dimoſtrato nella Noſtra Opera *de Canonizatione* al lib. 4. part. 2. cap. 27., e particolarmente dell'ultima ſtampa fatta in Padova, arricchita da Noi, non oſtanti le Noſtre inceſſanti occupazioni, di nuove notizie, e che ci luſinghiamo, che non avrete tralaſciato di procurarvi, per l'affetto, che avete ſempre dimoſtrato alla Noſtra Perſona, ed alle Noſtre quali ſianſi fatiche.

Sempre però è maggiore la divozione de' fedeli verſo un intero Corpo, e più ancora, ſe ha il proprio nome. E perciò uſa la Chieſa Romana d'imporre il nome ai Corpi Santi. §. 3. Ma non ſi può negare, che, non oſtante il detto fin ora, non vi ſia non ſo che di più luminoſo in un Corpo intero, che in una parte ancorchè riguardevole del detto Corpo, e che la divozione de' Fedeli non ſia più fervoroſa verſo un Corpo Santo, di cui ſi ſa il nome, che verſo un altro Corpo Santo, il di cui nome s'ignora; per la qual coſa, giuſta l'antica conſuetudine della Chieſa Romana, s'impone ai Corpi Santi, il nome de quali s'ignora, un nome appellativo: come molto bene al Noſtro propoſito, parlando dell'uſo d'imporre i nomi appellativi ai Corpi de' Santi ritrovati ſenza nome, va diſcorrendo l'erudito Ferrand. *Diſquiſit. Reliq. lib.* 1. *cap.* 5. *Minime ſuperfluum eſt certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuere, quod experientia, uſuque quotidiana videamus, Fideles multo minori affectu, ſtudio, ac pietate affici, & ferri erga Divorum illorum exuvias, quorum nomina mortales latent:, quam adver-*

tantur: potentius enim Nobis nota, & certa, quam obscura, ignota & incerta solent movere animos; ideoque major Dei gloriæ, atque Cœlitum cultus, ac venerationis plerumque accessio fit: præter ea, quæ collecta videre licet in Nostro supra citato Opere editionis Patavinæ *lib.* 4 *part.* 2. *c.* 28.

Diligent. adhibitæ, ut Corpus alicujus S. inveniretur, Bon. transf.

§. 4. Hisce rationibus permoti Corpus alicujus Sancti integrum cum proprio nomine invenire studuimus, illudque mittere ad vos, ut, quemadmodum signif. cavimus, in Nostra Metropolitana Ecclesia collocaretur.

Catacumbarum origo.

Atqua ut id, quod in animo erat consequeremur, necesse fuit Nostras perquisitiones ad ea venerabilia loca convertere, quæ tantopere almam hanc Urbem Romam illustrant: Loca, quæ excavata olim, & effossa a Gentilibus, ut extraheretur arena communis, & dicæarchea, ad extruenda magnifica illa ædificia, quorum adhuc apparent reliquiæ, fuerunt postea decursu temporis a primis Christifidelibus sanctificata, qui illuc se ob persecutionum metum recipiebant, suos religiosos conventus ibi facturi, itaut ibidem sacræ etiam functiones summis Pontificibus perficerentur, & Ecclesiastica sepultura defuncti donarentur. De Cœmeteriis loquimur, seu Catacumbis, de quibus tam devote Sanctus Hieronymus scribit, præter alios quamplures Antiquitatis Scriptores a Nobis citatos *in cap.* 27. *Operis Nostri*, quibus in editione Patavina Joannem Bottarium addidimus, Bibliothecæ Vaticanæ Custodem, & Nobis ab intimo Sacello, qui *tom.* 1. *Romæ subterraneæ* Catacumbarum modo explicatam originem feliciter detexit.

Præmittendum examen, num Corpus cum marmotis signisque sit condit.

§. 5. Invento autem in Catacumbis Corpore integro cum nomine proprio, necesse fuit ultra procedere. Certum est enim, quod nulla sepeliebantur in Catacumbis nisi Christianorum Corpora; sed quod omnia Christianorum Corpora ibi sepulta, essent Sanctorum Corpora, certum non est. Propterea examinanda veniunt signa, quæ in sepulchro erant, ubi concedebatur corpus integrum, aut ejus pars, sive cum nomine proprio, sive non. Nostri enim primitivæ Ecclesiæ Patres collocabant semper in Sanctorum sepulchris signa indicantia sanctitatem; ea vero nunquam collocabant in sepulchris illorum, quos uti Sanctos non habebant.

In catacumbis Christian. dumtaxat Corpora sepelieb.

Basnagio in suis Operibus minime arridet sententia, quod in Catacumbis non sepelirentur nisi Christianorum Corpora. Sed illum egregie confutavit in suo Opere *de Monogrammate Christi Domini* Cappellanus Noster intimus Dominicus Georgius, cujus nomen claret in Republica Litteraria celeberrimum. Idem præstitit supra laudatus Bottarius, Basnagii sequacibus respondens. Nos vero, qui in prima editione Operis Nostri *de Canonizatione* conati sumus clare ostendere quod soli Christi fideles in Catacumbis, de quibus loquimur, sepelirentur; summa animi Nostri voluptate in nupera editione Patavina addidimus ea pariter, quæ duo prædicti Scriptores egregii animadverterant, eosque, uti par erat, nominavimus; abhorruimus namque semper, semperque abhorrebimus a prava quorundam consuetudine, qui ut suos faciant alienos labores, indigno plagio tegunt Auctorem verum, cujus nomen postea nihilo tamen secius inscribit.

Prætextati Cœmeterium primo visitatum.

§. 6 Hoc systemate præstabilito, prima Catacumba, seu Cœmeterium, quod visitari jussimus, fuit Prætextati Cœmeterium, in Martyrologiis adeo celebre, situm in via Appia, & vix unum miliare ab Urbe Roma distans. De ipso loquitur Marcus Antonius Boldettus Canonicus Sanctæ Mariæ trans Tyberim, in suo laudabili Opere, cujus titulus: *Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di Roma, lib.* 2. *cap.* 18. quod Opus Auctor eruditus composuit post continuatum triginta annorum studium, post iteratas locorum perquisitiones, & animadversiones varias, post multos mentis & corporis susceptos labores, ac feliciter exantlatos, ut materiam præpararet, simulque ut suo muneri quoad Cœmeteria satisfaceret.

In eo detectum Corpus cum proprio nomine *Ilari.*

§. 7. In hoc eodem Prætextati Cœmeterio detectum fuit anno elapso Corpus integrum cum nomine proprio *Ilari*; quod nomen Christianis valde erat communi,

versus eas, quæ certis nominibus indigitantur: potentius enim Nobis nota, & certa, quam obscura, ignota, & incerta, solent movere animos; ideoque major Dei gloriæ, atque Cœlitum cultus, ac venerationis plerumque accessio fit; con quel di più, che potete vedere raccolto da Noi nella Nostra Opera sopraccitata della stampa di Padova al lib. 4. part. 2. cap. 28.

Diligenze praticate per invenire un Corpo Santo per mandarlo a Bologna nella Chiesa Metropolitana.

§. 4. A questi fondamenti si è appoggiata la Nostra idea di ritrovare un Corpo Santo intero col proprio nome, e di mandarvelo, come facciamo, per essere collocato nella Nostra Chiesa Metropolitana, secondo ciò, che di sopra si è accennato.

Origine delle Catacombe.

Per conseguire il fine da Noi bramato siamo stati necessitati a rivolgerci a que' venerabili Luoghi, che rendono cotanto illustre questa Nostra Città di Roma: Luoghi, che aperti, e scavati dai Gentili per estrarne arena, e pozzolana, ad effetto di prevalersene nelle loro auguste fabbriche, parte delle quali ancor oggi si vede, furono poi col tratto del tempo santificati dai primi Cristiani, che in essi si ritiravano pe'l timore delle persecuzioni, e che in essi facevano le loro pie adunanze, celebrandosi anche ne' medesimi le sacre funzioni da' Sommi Pontefici, e dandosi pure ne' medesimi la sepoltura ai defunti. Parliamo de' Cimiterj, o siano Catacombe, delle quali scrive con tanta pietà S. Girolamo, oltre tanti Scrittori antichi da Noi portati nel capo XXVII. della Nostra Opera, ai quali nella stampa di Padova abbiamo aggiunto il Sacerdote Giovanni Bottari secondo Custode della Nostra Biblioteca Vaticana, e Nostro Cappellano Segreto, che nel suo primo Tomo *di Roma sotterranea* ha felicemente scoperta l'origine poc'anzi esposta delle Catacombe.

Necessario esame se il Corpo Santo abbia i segni del martirio.

§. 5. Ritrovato nelle Catacombe il Corpo intero col nome proprio, è stato d'uopo il passar oltre: essendo certo, che nelle Catacombe non si seppellivano, che i Corpi de' Cristiani; ma non essendo certo, che tutti i Corpi de' Cristiani ivi sepolti, fossero Corpi de' Santi: il che porta seco l'impegno d'esaminare i Segni, che erano nel Sepolcro, in cui giaceva o il Corpo, o parte d'esso, o col nome proprio, o senza nome proprio; avendo i Nostri primi Padri posto nei Sepolcri de' Santi Segni indicativi della Santità, e non avendoli posti ne' Sepolcri di quelli, che essi non avevano per Santi.

Nelle Catacombe i soli Corpi de Cristiani si seppellivano.

Il Basnagio si è nelle sue Opere dimostrato non soddisfatto dell'assunto, che nelle Catacombe non si seppellissero, che i Corpi de' Cristiani. Ma il Sacerdote Domenico Giorgi Nostro Cappellano Segreto, il di cui nome è assai celebre nella Repubblica Letteraria, gli ha molto bene risposto nella sua Opera *de Monogrammate Christi Domini*. Lo stesso ha fatto il sopraccitato Bottari rispondendo ai seguaci del Basnagio. E Noi, che nella prima stampa della Nostra Opera *de Canonizatione* ci eravamo ingegnati di porre in chiaro, che i soli Cristiani si seppellivano in queste Nostre Catacombe, abbiamo avuto un sommo piacere nella nuova stampa di Padova d'aggiungervi le riflessioni dei due predetti Valentuomini, nominandoli, come era del dovere: non essendoci mai piacciuta, nè essendoci mai per piacere la prattica di taluni, che fanno proprie le fatiche altrui, sopprimendo con un plagio, che poi col tratto del tempo si scuopre, il vero Autore.

Ricerche fatte nelle Catacombe di Pretestato.

§. 6. Camminando con questo sistema, la prima Catacomba, o sia il primo Cimiterio da Noi fatto visitare, è stato quello di Prestato, tanto celebre ne' Martirologj, situato nella Via Appia, ed un miglio in circa lontano da Roma. D'esso parla il Sacerdote Marcantonio Baldetti Canonico di Santa Maria in Trastevere nella sua bell'Opera intitolata *Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di Roma, al lib. 2. cap. 18.* Opera composta dopo sei lustri di continue osservazioni, accessi, fatiche di mente, e di corpo, intraprese e felicemente eseguite per comporla, e nello stesso tempo adempire il suo impiego sopra i Cimiterj.

In questo Cimiterio fu ritrovato un

§. 7. Nel predetto Cimiterio di Pretestato fu ritrovato nell'anno passato un Corpo intero col nome proprio *d'Ilaro*: nome assai usitato fra i Cristiani, co-

pus tum proprio nomine *Ilari.*

ne, ut colligitur ex antiquis inscriptionibus apud Arringhium Fabrettum, & Reinesium; neque erat cognitum Ecclesiasticis Martyrologis, ut videre est in Martyrologio Florentini *die primâ Februarii*, atque in alio item Martyrologio apud Bollandum *tom.* 1. *Februarii pag.* 294. Sepulchro insculptum apparebat Monogramma Christi cum littera A ab uno latere, ab altero littera Ω. Inscriptio vero hujusmodi erat: *Hic requiescet in pace fede constitutus Ilarus qui vixit annus PL. MS. XXV.* Errores, qui huc irrepserant, neminem debeant in admirationem adducere, nisi quem ipsæ latent notiones primæ in hac materia: siquidem extra omnem controversiam certum est, quod verba rectè præparata, ut inciderentur in lapidibus, corrumpebantur ab imperitis sculptoribus in ipso incidendi actu, at non tamen ita corrumpebantur, ut verus sensus omnino deperderetur.

Una cum Inscript.

Varia signa, ex quibus cruitur Corpora, quæ in Catacumbis condebantur: Christiani tantum fuisse.

§. 8. In Nostro Opere *de Canonizatione c.* 29. *sæpius citato n.* 14. *editionis Patavinæ*, dum loqueremur de signis, unde Sancti Corpus a Corpore alterius Christiani distinguitur, non dubitavimus ita asserere; *Primum itaque Signum est, si aliquod forte Corpus reperiatur cum Inscriptione, dummodo Inscriptio ipsa nullis ambagibus subjecta sit, sed in ea expressa sint, quæ verum pro Christo Martyrium præseferant, & ideò indubitatam Sanctitatem*, Ibidem *n.* 18. diximus etiam, quod ex Monogrammate *Pro Christo* sepulchris insculpto, unum hoc inferri potest, Corpus scilicet ibi repositum, fuisse Corpus alicujus Christiani: quod insuper in editione Patavina comprobavimus, adducentes auctoritatem prælaudati Georgii, & Ludovici Antonii Muratorii viri in Republica Litteraria adeo insignis. Litteræ autem A, & Ω quæ significant Christum esse principium rerum omnium & finem, ejusque divinitatem exprimunt; quæque olim inscribebantur Christianorum Monumentis etiam ante Arii, & Constantini ætatem, ut luculenter ostendunt Lupus *in Dissertatione de Sancta Severa pag.* 142. & Georgius citatus *de Monogrammate Christi Domini cap.* 2. indicant similiter, quod Corpus illud erat Corpus Christiani alicujus. Eodem collimant verba *requiescit in pace*, quæ nunquam adhibita fuerunt a Paganis, sed a Christifidelibus tantummodo, quod ipsum demonstrat Mabillonius *de Cultu Sanctorum ignotorum pag.* 557. Jam vero, omissis sigillis *PL. MS.* significantibus *plus minus* ad indicandam defuncti ætatem; quæ sigilæ in tot Inscriptionibus inveniuntur apud Arringhium, & Fabrettum; quæque in usu esse cœperunt quarto sæculo, si fides habenda est Sponio in Antiquitatum investigationibus *pag.* 350. tota difficultas reduci debet ad illa verba *fede constitutus*, *fide constitutus*, ut inciforis sphalma corrigatur.

Inquiritur quid significent illa verba fede constitutus, quæ in laudata inscript. leguntur.

Nonnullorum opinio, Sacrament. Confirm. iis verbis indicari.

§. 9. Ut constaret, num prædicta verba in aliis quoque inscriptionibus invenirentur, & quisnam esset eorumdem sensus, rem totam communicavimus Litteratis illis viris, qui frequentes adsunt eruditis Exercitationibus, quæ singulis secundis Feriis habentur coram Nobis de rebus Ecclesiasticis, aut Romanis Antiquitatibus tum sacris, tum profanis, quo solatio inter molestissimas Pontificatus Nostri spinas unice recreamur. Post accuratas igitur perquisitiones, relatum est Nobis, hujusmodi verba nullibi in Lapidibus Sepulcralibus inveniri potuisse. Quo vero ad eorum intelligentiam, putarunt aliqui, eo loco Sacramentum Confirmationis significari, quo Ilarus insignitus fuerit, cum legatur in antiquo Canone *spiritus Sanctus, de Consecrat. dist.* 5. quod Spiritus Sanctus in Baptismate *plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam*. Sed ea sententia minime placuit; nam licet in Inscriptione quadam, quam afferunt claræ memoriæ Cardinalis Norisius *in Fastis Consularibus pag.* 43. & Fabrettus *in Inscriptionibus pag.* 577. legatur de quodam Severo Paschasio, quod *percepit* XI. *Kal. Majas*, absque eo quod subjungatur quid percepe.it, idque de Baptismo intelligatur; nescimus tamen an ulla Inscriptio inveniatur, quæ expresse mentionem faciat de Confirmatione; ob eam fortasse causam, quia ubi mentio fieri vellet de perceptis Sacramentis, rum omitti nullatenus posset Baptismus; ibi idem erat dicere aliquem fuisse baptizatum, ac dicere fuisse quo-

qua

me si raccoglie dalle Iscrizioni appresso l'Arringhi, il Fabretto, ed il Reinesio, e non incognito nei Martirologj della Chiesa, come può vedersi in quello del Fiorentini al primo di Febbrajo, ed in un altro stampato dal Bollando nel tom. 1. di Febbrajo alla pag. 294. Nel Sepolcro vi era impresso il Monogramma di Cristo, e da una parte un A, e dall'altra Ω, e nella Iscrizione così si leggeva: *Hic requiescet in pace fede constitutus Ilarus qui vixit annus PL. M.S. XXV.* non potendo formalizzarsi degli errori, che in essa si vedono, se non chi è privo anche delle prime cognizioni in questa materia, essendo per altro cosa assai nota, che, composte anche a dovere le parole da imprimersi nelle Lapidi, gl'Incisori ignoranti, imprimendole, le guastavano, ma non però in tal foggia, che il vero senso non se ne capisse.

Corpo intero col nome d'*Ilaro*.

E colla propria iscrizione.

§. 8. Nella Nostra Opera *de Canonizatione* nel più volte citato capo XXVII. al num. 14. della stampa di Padova, non abbiamo avuta difficoltà, scrivendo de' Segni, pe' quali un Corpo Santo si distingue dal Corpo d'un Cristiano, di asserire come in appresso: *Primum itaque Signum est, si aliquod forte Corpus reperiatur cum Inscriptione, dummodo Inscriptio ipsa nullis ambagibus subjecta sit, sed in ea expressa sint, quæ verum pro Christo Martyrium præseferant, & ideo indubitatam Sanctitatem.* Nella stessa Opera al num. 18 abbiamo ancor detto, che dal Monogramma *Pro Christo*, impresso nel Sepolcro, non si può altro inferire, se non che il Corpo in esso giacente, fosse Corpo d'un Cristiano: il che nella nuova stampa di Padova abbiamo avvalorato anche col sentimento del citato Giorgi, e del cotanto celebre Abbate Lodovico Antonio Muratori. L'A, ed Ω, che significano esser Christo il principio, ed il fine di tutte le cose, ed esprimono la sua Divinità, e che erano in uso ne' Monumenti de' Cristiani, pr'ma ancora dell'età d'Ario, e di Costantino, come molto bene hanno dimostrato il Lupi nella Dissertazione *de S. Severa* alla pag. 142. e l'allegato Giorgi *ac Monogrammate Christi Domini cap.* 2. provano altresì, che il Corpo era Corpo d'un Cristiano: al che pure alludono le parole *requiescit in pace*, che non sono mai state adoprate da' Pagani, ma unicamente da' Cristiani, come anche dimostra il Mabillonio *de Cultu Sanctorum ignotorum* alla pag. 557. E lasciando da parte il *PL. MS.* che vogliono dire *plus minus*, e che esprimono l'età del defunto: Cifra, che si ritrova in tante altre Iscrizioni appresso l'Arringhi, ed il Fabretti, e che incominciò ad usarsi nel quarto secolo, se prestiamo fede allo Sponio nella Ricerca delle Antichità alla pag. 350. il vero punto dee ridursi alle parole *fede constitutus*, cioè *fide constitutus*, correggendo l'errorr dell'Incisore.

Varj segni, dai quali ricavasi essere i Corpi, che si trovano nelle Catacombe, de' soli Cristiani.

§. 9. Comunicammo il tutto a quei Letterati, che in buon numero intervengono alle Nostre Accademie, che ogni Lunedì teniamo avanti di Noi sopra le materie Ecclesiastiche, e sopra le Antichità sacre, e profane di Roma; e che sono l'unico ristoro, che proviamo in questo Nostro spinosissimo Pontificato; incaricandoli a riconoscere con esatta diligenza, se in altre Lapidi vi fossero le stesse sopraddette parole, e quale sia l'intelligenza delle medesime. Dopo accurato studio ci fu riferito, non essersi ritrovate somiglianti parole in verun'altra Lapide Sepolcrale. Circa poi la loro intelligenza, vi fu chi pensò, alludersi da esse alla Cresima ricevuta da Ilaro, leggendosi nell'antico Canone *Spiritus Sanctus de Consecrat. dist.* 5. che lo Spirito S. nel Battesimo *plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam.* Ma ciò non ci soddisfece: perchè sebbene in un'Inscrizione riportata dalla chiara memoria del Cardinale Noris ne' Fasti Consolari alla pag 43., e dal Fabretti nelle Iscrizioni alla pag. 557. si legge d'un certo Severo Pascasio, che *percepit* XI *Kal. Majus*, senza dir che; e ciò s'intenda del Battesimo: non sappiamo però, che vi sia Iscrizione, che parli espressamente della Cresima; forse per la ragione, che volendosi far menzione de' Sagramenti ricevuti, nè potendosi ommettere il Battesimo, era lo stesso l'esprimere, che uno era stato battezzato, che il dire, che il medesimo era stato cresimato; dandosi allora in molte Chiese la

Esame del significato delle parole fede constitut. che si trovano nell'Iscrizione sopradetta.

Opinione d'alcuni, che credono indicarsi con queste parole il Sagramento della Cresima.

que confirmatum; tunc enim in pluribus Eccleſiis Confirmatio immediate conſe-rebatur poſt Baptiſmum, quæ conſuetudo vigebat etiam in Eccleſia Romana, ut videre eſt *in Ordine Gelaſiano* in lucem edito a Ven. Servo Dei Card. Thomaſio *pag.* 84. & 85. De hujuſmodi ritu ſuſe egimus *in Diſſertatione de Synodo Dioceſana*, quæ a Nobis Bononiæ compoſita, deinde Noſtri Pontificatus tempore locupletata, Deo annuente, publica luce donabitur. Baptiſmi, & Confirmationis Sacramentis addebatur olim in quibuſdam Eccleſiis etiam Euchariſtia, quamvis Baptizati, & Confirmati, eſſent adhuc lactentes puelluli, ut colligere poteſt ex Noſtro Opere *de Feſtis Jeſu Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis, & de Miſſæ Sacrificio*, quod Opus, quanto major eſt librorum copia, qui Nobis poſt Noſtri Pontificatus exordia ſuppeditantur ab inſigni Bibliotheca Dominici Cardinalis Paſſionei, variis notitiis tanto magis adauctum, atque inſuper ex Italico ſermone in Latinam linguam feliciter translatum a Michaele Angelo de Giacomellis Nobis ab intimo Sacello, hoc ipſo anno typis Patavinis prodiit in lucem.

Alii putant fidei firmitatem notari.

§. 10. Sacerdos Petrus Moretus Canonicus S. Mariæ trans Tyberim, qui tam egregia volumnia de rebus Eccleſiaſticis edidit, aliaque plura actu præparat, quamvis non levi oculorum incommodo laboret; duas Nobis indicavit S. Cypriani epiſtolas, alteram Rogatiano Epiſcopo ſcriptam, in qua ſic legitur: *Salomon in Spiritu Sancto conſtitutus teſtatur, & docet, quæ ſit Sacerdotalis auctoritas & poteſtas, dicens &c.* alteram ad Populum Tibaritanum, quæ ſic habet: *Nemo quidquam de ſæculo jam moriente deſideret, ſed ſequatur Chriſtum, qui & vivit in æternum, & vivificat ſervos ſuos in fide ſui nominis conſtitutos:* atque hinc inferebat per illa verba *in fide conſtitutos*, quæ ſunt in Ilari lapide, ſignificari, quod Ilarus plenus fide, ſtabilis in fide radices in eadem fide jecerat admodum profundas.

Alii tandem judicant intelligi ea verba de Sacram Baptiſm.

§. 11. Porro dum hanc ipſam Epiſtolam diſtaremus, ecce Nobis exhibita eſt Diſſertatio pulcherrima typis edita, & prælaudato Dominico Georgio Nobis in intimo Sacello dicata. Ea habet Auctorem Sacerdotem Alexium Symmachum Mazzochium Canonicum Eccleſiæ Metropolitanæ Neapolis, virum tum ſacra, tum profana eruditione clariſſimum. Ibi ad examen revocantur ea verba *fide conſtituti*, ab iiſque ſignificari oſtenditur Sacramentum Baptiſmi ſuſceptum ab Ilaro. Legitur enim in Tertulliano *lib. de Pudicitia cap.* 18. & alibi, *ante fidem*, & *poſt fidem*, ad ſignificandum *ante & poſt Baptiſmum*, immo vetera Monumenta paſſim utuntur hac phraſi *fidei Sacramentum* ad Sacramentum Baptiſmi indicandum.

Et quia intelligit poſſe opponi, totum hoc ſuperfluum videri, quandoquidem ſi Ilarus Chriſtianus erat, neceſſe pariter erat, fuiſſe batizatum, animadvertit quam diligentiſſime, quod tunc tempus ſuſcipiendi Baptiſmum protrahebatur, adeoque Chriſtiani dividebantur in duas veluti claſſes, quarum unam conſtituebant Catechumeni, alteram Baptizati, atque hi quidem *Fideles* nominabantur; *a Fidei Sacramento*, non *a virtute Fidei*; qua Fidei virtute imbuebantur Chriſtiani Catechumeni Parochorum catechiſmum ſua præſentia frequentantes. Non eſt admodum inveriſimile, quod aliæ ad Nos ſuper eodem argumento Diſſertationes perveniant. Si ita erit, libenti animo eas percutremus. Nos interim hanc materiam intactam relinquentes, ad aliud Sacrum Corpus curam Noſtram convertere ſtatuimus, quod ad Eccleſiam Noſtram Bononienſem mittamus.

Duæ Chriſtianorum Claſſes, altera Baptizator. Catechumenorum altera.

S. Thraſonis Cœmeterium Romæ detectum.

§. 12. Paucis abhinc annis detectum fuit Cœmeterium S. Thraſonis; de quo mentionem fecit Martyrologium Romanum *die* 11. *Decembris*: *Romæ Paſſio Sancti Thraſonis, qui cum Chriſtianos laborantes in Thermis, aliiſque operibus publicis fatigatos, & in carcere poſitos de ſuis facultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis duobus Pontiano, & Prætextato, Martyrio coronatus eſt.* Ut notum eſt unicuique, Maximianus ædificium aggreſſus eſt Thermarum Diocletiani. Exceſſu crudelitatis abreptus, atque ut experiretur, utrum id, quod

Cresima immediatamente dopo il Battesimo: il che pure praticavasi nella Chiesa Romana, come può vedersi nell'Ordine Gelasiano pubblicato dal Venerabile Servo di Dio Cardinal Tommasi alla pag. 84. ed 85. Di questo rito abbiamo diffusamente trattato in una Nostra Dissertazione *de Synodo Diœcesana*, che composta da Noi in Bologna è stata da Noi medesimi ritoccata nel tempo del Pontificato, e che, se piacerà a Dio, daremo alle stampe. Ai due Sagramenti di Battesimo, e di Cresima, univasi in alcune Chiese ancor quello dell'Eucaristia, benchè i battezzati, ed i cresimati fossero fanciulli lattanti: come potrete riconoscere dalla Nostra Opera delle Feste di Gesù Cristo, e della Santissima Vergine, e del Sacrifizio della Messa; che abbiamo riempita di varie altre cognizioni acquistate nel tempo del Pontificato pel maggior comodo de' libri, che ci vengono somministrati dalla insigne Biblioteca del Nostro Cardinale Segretario de' Brevi Domenico Passionei, e che composta da Noi in lingua Italiana, è stata felicemente tradotta in lingua Latina dal Sacerdote Michelangelo Giacomelli nostro Cappellano Segreto, ed in quest'anno medesimo è stata stampata in Padova.

Hanno stimato altri significarsi la fermezza e stabilità nella fede.

§ 10. Il Sacerdote Pietro Moretti Canonico di Santa Maria in Trastevere, e che ha dato alle stampe tante belle Opere nelle materie Ecclesiastiche, e che sta preparandone altre, non ostante il grave incomodo, che patisce della vista, ci additò due Lettere di S. Cipriano, quella scritta a Rogaziano Vescovo, nella quale si legge: *Salomon in Spiritu Sancto constitutus testatur, & docet quæ sit Sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens &c.* l'altra alla plebe Tibaritana, ove così si legge: *Nemo quidquam de sæculo jam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui & vivit in æternum, & vivificat servos suos in fide sui nominis constitutos*: deducendo da esse, significarsi nelle parole *in fide constitutos*, che Ilaro era pieno di Fede, stabile nella Fede, e ben radicato in essa.

Altri finalmente pensano denotarsi colle parole suddette il Sagramento del Battesimo già ricevuto.

§. 11. Mentre appunto stiamo dettando questa lettera, ci vien presentata una bella Dissertazione del Sacerdote Alessio Simmaco Mazzocchi Canonico della Metropolitana di Napoli, Soggetto pieno di sacra, e profana erudizione, data alle stampe, ed indirizzata al Nostro sopraddetto Cappellano Segreto Domenico Giorgi. In essa si esaminano le parole *fide constitutus*, che sono nella Lapide d'Ilaro, ed in essa si dimostra, additarsi nelle medesime il Sagramento del Battesimo ricevuto da Ilaro; leggendosi in Tertulliano nel *lib. de Pudicitia c.* 18. ed in molti altri luoghi, *ante fidem*, e *post fidem*, per esprimere, *ante*, e *post Baptismum*, ed essendo pieni i monumenti antichi della frase *fidei Sacramentum*, per additare il Sagramento del Battesimo.

Due Classi de Cristiani, altri Battezzati, altri Catecumeni.

E perchè prevede, che potrebbe rispondersi, parer ciò superfluo, mentre se Ilaro era Cristiano, era altresì d'uopo, che fosse battezzato, osserva con molta accuratezza, che in que' tempi prorogavasi il tempo, in cui da' Cristiani si riceveva il Sagramento del Battesimo, e che allora i Cristiani dividevansi in due classi, una da' Catecumeni, e l'altra de' Battezzati; appellandosi questi ultimi *Fideles, a Fidei Sacramento*, non a *virtute Fidei*, della qual Fede, come virtù, s'imbevevano i Cristiani Catecumeni coll'assistere a' Catechismi de' Parrochi. Non è cosa tanto inverisimile, che ci siano mandate altre erudite Dissertazioni sopra l'intelligenza delle dette parole. Se verranno, ben volentieri le leggeremo: ed intanto, lasciando l'affare nello stato, in cui è, ci siamo risoluti di rivolgere il Nostro pensiero ad altro Corpo Santo da mandare alla Nostra Chiesa di Bologna.

Scoperta in Roma del Cimiterio di S. Trasone.

§ 12. Non molti anni sono fu scoperto il Cimiterio di S. Trasone, di cui si fa menzione nel Martirologio Romano agli 11. di Decembre: *Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum Christianos laborantes in Thermis, aliisque operibus publicis fatigatos, & in carcere positos de suis facultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis duobus Pontiano, & Prætextato Martyrio coronatus est.* Come è noto ad ognuno, Massimiano intraprese la gran fabbrica delle Terme di Diocleziano. Per eccesso di crudeltà, e per vedere se ciò, che non po-

te

Christiani damnati a Maxim. adarenam pro Diocl. Thermis excavandam.

quod obtinere non poterat prompta morte Christi sequacibus violenter illata, obtinere posset ignominioso & diuturno supplicio, milites Christi damnavit ad excavandam arenam pro tam ingenti ædificio necessariam. Immanis procul dubio fuit illorum numerus, qui in Christiana Religione perseverantes mortui sunt ex nimio labore. Qui superstites vixerunt decem mille ducenti & tres, ii occisi sunt in odium Christianæ Fidei intra Vallis Planitiem extra Portam Trigemniam, in loco, qui appellatur *Gutta jugiter manant*, *ad Aquas Salvias*, ut fuse narratur in Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum Christi* 298., ubi plissimus Auctor animadvertit, quod cum dirutæ sint & redditæ inutiles reliquæ omnes Romanorum veterum Thermæ, unicæ, si minus integre, saltem magna ex parte subsistunt Diocletiani Thermæ, in Ecclesiam commutatæ ad honorem Beatissimæ Virginis, & Angelorum, fortasse quia sudoribus Confessorum Christi fuerunt exædificatæ.

Narratur, quomodo in Cœmet. S. Thrasonis reperrum fuerit Corpus S. Proci, cum propria inscriptione & Vase sanguineresperso.

§. 13. Sed ut reditum faciamus ad Cœmeterium Sancti Thrasonis Via Salaria, quod detectum fuit in arenariis ad fodiendam arenam apertis pro Thermarum prædictarum ædificio; Joannes Marangonius Sacerdos supra commendati Canonici Boldetti studiorum laborumque, per triginta & amplius annos, socius indivisibilis, historiam fideliter narrat in Appendice ad Acta S. Victorini Episcopi typis edita simul cum longa serie marmorearum Inscriptionum, quas in Cœmeteriis collegerat; & quarum memoria in fatali incendio ejus domicilii ideo non periit quia priusquam ædes conflagrarent, eas jam viris eruditis ipse communicaverat.

Joanni igitur Marangonio Sacerdoti una cum Canonico Boldetto feliciter successit, ut via quædam subterranea sese aperiret, valde lutulenta, in qua ipsi operarii insistentes, ut excavationem prosequerentur, tum demum invenerunt sepulchra nonnulla, quorum alia suas inscriptiones præseferebant, alia non item; in omnibus tamen habebatur vasculum aut sanguine plenum, aut tinctum colore sanguineo, aut crustas saltem sanguineas aliquo modo occludens.

Inter cætera, unum inventum est Sepulchrum cum sequenti Epigraphe.

Pater Filio Proco Qui
vixit annis VIIII. *mens.* VIII.
in pace fecit.

Epigraphe hæc insculpta erat marmori Salino, & poris pleno, quod ab aqua penetratum & corrosum, levissimo quoque attactu in pulverem redigebatur. Quapropter cum providus, & peritus antea laudatus Marangonius clare animadvertisset fieri non posse, ut marmor illud extraheretur, deliberavit verba transcribere, eaque in citata Appendice *pag.* 88. in lucem proferre.

Nullum os desiderabatur ad corporis integritatem, quin etiam in Sepulchri loco consueto existebat vas tinctum, cum crustis sanguineis: quæ ossa cum vasculo a Sacerdote, pro sui Officii munere, exhibita Cardinali Guadagni Romæ Vicario, reposita fuerunt de more in Custodia, ut deinde opportuno tempore illustri alicui viro concederentur, qui preces porrigeret ad impetrandum aliquod Corpus sacrum integrum, cum proprio nomine, ut in insigni quapiam Ecclesia collocaretur.

Extracta fuerunt ossa cum vase supra memorato die 9. Maji anni 1737. Nos autem quoniam nihil amplius de corpore invento cum Ilari nomine cogitabamus, Sacerdoti Marangonio communicavimus desiderium Nostrum habendi sacrum aliquod Corpus insigne, quod Ecclesiæ Nostræ Bononiensi, ut diximus, mitteremus. Hoc audito, ipse indicavit Nobis Corpus Sancti Proci, ipse idem Nobis illud attulit in parva capsa sigillo Card. Vicarii munita, ipse Nobis fideliter narravit ea, quæ supra exposuimus; addiditque præterea, prope Sancti Proci Sepulchrum duo pariter Sepulchra inventa esse cum sanguinis vasculo, ubi ossibus pene in cinerem solutis, lapides indicabant, illa duo esse Puerorum Corpora, quorum alter septem, alter erat annorum trium: ex quo colligebat eruditus

Digitized by Google

eva ottenere col dar prontamente la morte ai ſeguaci di Criſto, l'aveſſe potuto ottenere con un'ignominioſa, e lunga pena, condannò i Soldati Criſtiani all'opera di fare le cave d'arena neceſſaria per la grande opera. Grandiſſimo senza dubbio fu il numero di quelli, che ſenz'abbandonar la Criſtiana Religione morirono nel penoſo travaglio. Dieci milla dugento e tre ne ſopravviſſero, e queſti furono fatti morire in odio della Fede di Criſto nel concavo della valle fuori della Porta Trigemnia nel luogo detto *Gutta, jugiter manans, ad Aquas Salvias*; come diffuſamente ſi vede negli Annali del Cardinal Baronio all'anno di Criſto 298., ove piamente oſſerva, che eſſendo cadute, o reſe inutili tutte le altre Terme degli antichi Romani, non reſta in piedi, che una gran parte di quelle di Diocleziano, commutate in uſo di Chieſa in onore della Vergine Santiſſima, e degli Angeli, forſe per eſſere ſtate fabbricate colle fatiche dei Confeſſori di Criſto.

Criſtiani condannati da Maſſimiano alla fabbrica delle Terme di Diocleziano.

§. 13. Ma ritornando al Cimiterio di S. Traſone poſto nella Via Salaria, il di lui ritrovamento nelle cave d'arena aperte per la fabbrica delle Terme ſopraddette, viene fedelmente eſpoſto dal Sacerdote Giovanni Marangoni, compagno già da trenta, e più anni indiviſibile negli ſtudj e nelle fatiche del ſopraddetto Canonico Boldetti, nell'Appendice agli Atti di S. Vittorino Veſcovo, che eſſo ha dato alle ſtampe con una ſerie ancora di Lapidi ritrovate ne' Cimiterj, la memoria delle quali, dopo il fatale incendio ſeguito nella ſua abitazione, ſopravanzò, per eſſere ſtate prima dell'incendio comunicate dal detto Sacerdote a Perſone erudite.

Si narra come foſſe ritrovato nel Cimiterio di S. Traſone, il Corpo di S. Proco colla propria Iſcrizione, e col Vaſetto pieno di Sangue.

Al Sacerdote dunque Marangoni unitamente col Canonico Boldetti toccò la bella ſorte di ritrovare una ſtrada ſotterranea, ripieno di fango, e facendo proſeguire il lavoro, di ritrovar dipoi alcuni Sepolcri, altri coo Iſcrizioni, altri ſenza Iſcrizioni, e tutti, o con uo Vaſetto pieno di ſangue, o tinto di color ſanguigno, o coo croſte di ſangue in qualche parte del Vaſo.

Fra gli altri Sepolcri ne fu trovato uno colla ſeguente Iſcrizione;

Pater Filio Proco Qui,
vixit annis VIIII. *menſ.* VIII.
in pace fecit.

Era l'Iſcrizione ſcolpita in un marmo ſalino, e poroſo, e che penetrato, e corroſo dall'acqua, ad ogni leggier tocco tutta andava in polvere; per lo che avendo il provido, e pratico Marangooi ben compreſo, ch'era impoſſibile eſtrarlo, prese il partito di copiar le parole, e di ſtamparle nella ſua citata Appendice alla pag. 88.

Non mancava verun oſſo integrante il Corpo: eravi nel Sepolcro, nel luogo ſolito, il Vaſo tinto, e colle croſte di ſangue. Ed eſſendone ſtata fatta dal Sacerdote, ſecondo il ſuo dovere, la conſegna al Cardinal Guadagni Vicario di Roma, furono le Oſſa, ed il Vaſo poſti nella ſolita Cuſtodia, per eſſere poi in qualche opportuna occaſione conſegnati a qualche riguardevole Perſonaggio, che faceſſe inſanza per qualche Corpo Santo intero, e col proprio nome, da collocarſi in qualche illuſtre Chieſa.

Seguì l'eſtrazione di tutte le Oſſa, e del Vaſo ai 9. di Maggio del 1737. Ed avendo Noi, dopo aver abbandonato il penſiere dell'altro Corpo ritrovato col nome di Hilaro, comunicata al Sacerdote Marangoni la Noſtra brama d'avere un Corpo Santo qualificato, come ſopra, da mandare alla Noſtra Chieſa di Bologna, eſſo è quello, che ci indicò il corpo di S. Proco, che ce lo portò in una Caſſetta ſigillata coi Sigilli del Cardinal Vicario, che ci raccontò con ogni ingenuità, e fedeltà quanto di ſopra abbiamo eſpoſto: aggiungendo, che avvede dovette eſſere la Perſecuzione, nella quale S. Proco ricevè il Martirio, eſſendoſi ritrovati vicini al detto Sepolcro due altri Sepolcri col Vaſo di Sangue, ma colle Oſſa quaſi ridotte in cenere, e colle Lapidi indicanti, ch'erano

Se-

tus vir, perſecutionem illam, qua Martyrio coronatus eſt Sanctus Procus, eſſe non potuiſſe niſi gravem, atque unam ex crudeliſſimis. In hujuſmodi enim perſecutionibus crudelis Tyrannorum barbaries neque ſexui pepercit, neque ætati, quamtumlibet infantili. Denique in urna, quam confici fecimus, vobiſque pariter donamus, idem ipſe propria manu collocavit vas, aptavitque oſſa ſingula; quæ, mandantibus Nobis, recognita ab intimo Cubiculario Noſtro & Archiatro Antonio Leproſto, integrum corpus perficiunt.

Huic Corpori cultus debetur, & titulus S. quandoquidem Vas reſperſum ſanguine, indubia eſt martyrii nota.

§. 14. Ecce igitur, Dilecti Filii, narrationem completam tum loci, tum temporis, cæterarumque circumſtantiarum omnium, que ſpectant ad feriem facti, per quod inventum eſt atque extractum Sancti Proci Corpus, quod vobis mittimus, ut juxta Noſtra mandata collocetur ſub una ex aris Metropolitanæ Noſtræ publico cultui expoſitum. Ipſi debetur cultus, & titulus Sancti, quia procul dubio, ut eruditioni veſtræ notum eſſe debet, nulli unquam venit in mentem, quantumvis acuto ingenio is fuerit, & cupidus quærendi, ut ajunt, nodum in ſcirpo, nulli, inquam, venit in mentem dubitatio, quod Corpus in Catacumbis Romanis inventum cum vaſculo ſanguinis aut pleno, aut tincto, non ſit Corpus alicujus, qui mortem pro Chriſto ſuſtinuerit. Arrioghius, Mabillonius, bon. mem. tum Senator Buonrauoti, tum Raphael Fabrettus, & qui unus pro cunctis valere debet Ludovicus Antonius Muratorius, Canonicus Boldettus, Sacerdos Marangonius, Eques Victorius, aliique Miniſtri Corporum extractionibus inſervientes, in hoc unanimiter conveniunt; ut eruere facile poteſtis *ex cit. Cap.* 27. *Operis Noſtri de Canonizatione Sanctorum lib.* 4. *part.* 2. *a num.* 22. *uſque ad finem, editionis Patavinæ*, ubi fideliter enumerantur, & adoptantur a Nobis auctoritates prædictæ, ſimul cum experimento prælaudati Fabretti, quo redarguit nimis audacem eorum opinionem, qui contendebant illorum vaſculorum cruſtas non improbabiliter a ſalium mineralium concretione fuiſſe productas; atque oſtendit, eas ſine ulla controverſia provenire a ſanguinis maſſa. Arringhius, Muratorius, Nos ipſi, verba facimus de pia veterum Fidelium conſuetudine colligendi & conſervandi Sanctorum Martyrum Sanguinem, de qua re ſi plura diſcere exoptatis, percurrite *primam Partem tom.* 2. *de Cultu Sanctorum Diſſert.* 7. *cap.* 1. §. 7. & *cap.* 31. 31. concivis Noſtri Joannis Chryſoſtomi Trombelli Abbatis, qui ea qua ſolet, ingenti eruditione etiam hoc argumentum pertractavit.

Quæritur num in aliquo Eccl. monumento Sancti Proci fiat mentio.

§. 15. Nihil amplius requiritur, ut pro certo habeatur; non modo titulum Sancti, Proco deberi, ſed etiam cultum ejuſdem Corpori, quod vobis mittimus, negari non poſſe. Verumtamen illud pariter pro complemento inquirere diligenter voluimus, atque alios indagare fecimus, utrum in veteri aliqua Litania, aut in Martylogiis Roſvveydi, Bedæ, Flori, Rhabani, Notkeri, Wandelberti, in Ephemeridibus Græco Moſchis, & in Baſiliano Menologio e Græco in Latinum ſermonem translato a ſan. mem. Clemente Papa XI., mentio de hoc S. Proco habeatur.

Verſimile eſt, S. Procum, de quo agitur, eumdem eſſe cum illo, de quo meminit Martyr. S. Hier.

§. 16. Nomen Proci non fuit ignotum Gentilibus, ut videre eſt in ſatis ampla Inſcriptionum Collectione apud ſæpe laudatum Muratorium *pag.* 815. *num.* 4. & *pag.* 1472. *num.* 2. Quod autem ſpectat ad Martyrologia; eruditioni veſtræ manifeſta fieret injuria, ſi dubitaremus vobis non eſſe perſpectum, quanta in æſtimatione ſit, ac ſemper fuerit Martyrologium Sancti Hieronymi, cui decurſu temporis multa e piis, ac religioſis viris facta ſunt additamenta quorumdam SS. qui certe poſt S. Hieron. floruerunt. In Monaſterio Corbejenſi antiquum hujus Martyrologii exemplar inventum eſt, quod Hugo Menardus typis edere cogitaverat. Quod tamen ipſe non potuit conficere, perfecit poſtea Lucas Acherius in ſuo Spicilegio, ſeu Collectione veterum quorumdam Scriptorum, quos in Galliæ Bibliotheeis invenit. Hieronymianum hoc Martyrologium extat *in tom.* 2. *edit. Collect.*, *editionis Pariſienſis* 1723. ibique *pag.* 12. *die* 2. *Junii inter cæteros* Sanctos legimus Sanctum Procum: *Item Marthæ, Marcellæ, Petri, Datulæ, Victoriæ, Joviani*. Atque ibi cum ſermo ſit de Sancto Romæ paſſo, ut diximus, cumque pariter certum ſit, quod, qui Romæ Martyrium ſubſtinebant

Sepolcri di due Fanciulli, uno d'anni sette, e l'altro d'anni tre; non avendo nelle gravi, ed atroci Persecuzioni la barbarie perdonato nè al sesso, nè all'età benchè infantile. Esso finalmente è stato quello, che nell'Urna fatta fare da Noi, e che pure vi mandiamo, ha colle proprie mani collocato il Vaso, accomodate le Ossa, che, fatte riconoscere dal Nostro Cameriere Segreto, e primario Medico Antonio Lepratti, formano un Corpo intero.

§. 14. Eccovi, Diletti Figliuoli, tutta la storia del luogo, del tempo, e di tutto ciò, che appartiene al ritrovamento, ed estrazione del Corpo di S. Proco, che vi mandiamo, acciò, secondo gli ordini opportuni, che già da Noi sono stati dati, sia collocato sotto uno degli Altari della Nostra Metropolitana, ed esposto al pubblico culto. Ad esso poi deesi il culto, ed il titolo di Santo: perchè senza dubbio sarà noto alla vostra erudizione, che non è mai caduto in capo a veruno, quantunque acuto, e desideroso, come suol dirsi, di vedere il pelo nell'uovo, di dubitare, che, un Corpo ritrovato nelle Catacombe di Roma col Vaso o pieno, o tinto di sangue, non sia il Corpo d'uno, che ha sofferta la morte per Cristo. L'Arringhi, il Mabillon, il fu Senatore Buonarroti, il fu Raffaello Fabretti, e vaglia per tutti l'Abbate Lodovico Antonio Muratori, il Canonico Boldetti, il Sacerdote Marangoni, il Cavaliere Vittorj, i Ministri dell'estrazioni de' Corpi, concordano pienamente in questo sentimento, come potrete facilmente vedere nel citato capo 27. della Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum* lib. 4. part. 2. dal n. 22. sino al fine, della stampa di Padova; ove sono fedelmente registrate, ed abbracciate da Noi le autorità de' predetti, unitamente con un'esperienza fatta dal citato Fabretti, colla quale convinse chi troppo arditamente pretendeva, che le croste di que' Vasi avessero potuto provenire di una concrezione di sali minerali; avendo fatto conoscere, che sicuramente provenivano dalla massa del sangue. L'Arringhi, il Muratori, Noi stessi, abbiamo parlato della pia costumanza de' primi Fedeli, di raccorre e conservare il Sangue de' Martiri: e quando aveste curiosità di vedere qualche cosa di più, potete dare un'occhiata alla prima parte del tomo secondo *de Cultu Sanctorum dissert. 5. cap. 1. §. 7.* ed al *cap. 31.* del Nostro comune Concittadino Abbate Gio: Grisostomo Trombelli, che ha colla sua solita molta erudizione discorso ancora di questo punto.

Devesi a questo Corpo il culto di Santo, perchè il Vaso tinto di Sangue è segno indubitato del Martirio.

§ 15. Per assicurare il culto al Corpo, che vi mandiamo, ed altresì il titolo di Santo a Proco, null'altro è necessario. Ma ciò non ci ha punto liberato da una diligente indagine, fatta da Noi, e fatta fare da altri, per vedere, se in qualche Litania, se ne' Martirologj del Rosweydo, del Beda, del Floro, del Rabano, del Notkero, di Wandalberto, nell'Efemeridi Greco Moscbe, e nel Basiliano Menologio tradotto dal Greco in Latino dalla santa memoria di Clemente XI. si ritrovasse fatta menzione di questo S. Proco.

Ricercasi, se in alcun Ecclesiastico monumento si faccia menzione di S. Proco.

§. 16. Il nome di Proco non fu incognito appresso i Profani, come può vedersi in alcune Lapidi nella nobile Collezione del più volte citato Muratori alla pag. 815. n. 4. ed alla pag. 1472. num. 2. In ciò poi, che appartiene a' Martirologj, sarebbe un torto manifesto, che faressimo al nostro sapere, se temessimo, che vi giungesse nuovo il credito, che si deve, e che da tutti è professato al Martirologio di S. Girolamo, al quale poi da Persone divote sono state fatte varie aggiunte d'alcuni Santi vissuti in tempi posteriori a S. Girolamo. Nel Monastero Corbejense se ne ritrovò un antico esemplare, che Ugone Menardo avea pensato di dare alle stampe: ma quello, che esso non fece, fu di poi fatto da Luca d'Achery, nel suo Spicilegio, o sia Collezione d'alcuni antichi Scrittori ritrovati nelle Biblioteche della Francia. Questo Martirologio di S. Girolamo è nel tom. 2. della detta Collezione della stampa di Parigi del 1723., ed ivi alla pag. 22. al secondo giorno di Giugno, fra gli altri Santi di Roma ritroviamo annoverato S. Proco. *Item Martbæ, Marcellæ, Proci, Datuli, Victoriæ, Joviani.* E trattandosi ivi d'un Santo di Roma, come abbiamo detto, e sapendosi, come pure si è detto, che chi in Roma sopportava il Martirio,

Probabilità che il S. Proco di cui si ragiona, sia quello stesso nominato nel Mart. di S. Girolamo.

bant, sepeliebantur in Catacumbis cum Vase sanguinis, præcipuo sui Martyrii signo, verisimile admodum est, Sanctum Procum, cujus Corpus extractum est cum signo prædicto, esse utique illum eumdem, de quo fit mentio in Martyrologio Sancti Hieronymi.

In alio Codice pro *Preco Percus*, legitur.

§. 17. Ne quid tamen dissimulemus; dicere necesse est, Martyrologium hoc ipsum editum pariter fuisse ab erudito viro Francisco Maria Florentino, qui secutus lectionem Codicis cujusdam Lucensis *die* 2. *Junii pag.* 567 non legit *Proci*, sed *Perci*, aliud quoque MS. vetus Antuerpiense *in Adnotationibus* producens. Sed cum *in iisdem adnotationibus pag* 586. non prætermittat ingenuus Florentinus Codicem etiam Corbejensem citare, qui legit non *Percum*, sed *Procum*; & quod majus est, cum in SS. Indice ad finem Martyrologii mentionem faciat de *Preco*, non autem de *Perco*; hinc oritur validum argumentum inferendi, quod a Florentinio Corbejensis lectio Lucensi anteponatur, atque Antuerpianæ. Eruditi viri, qui acta Sanctorum collegerunt, Henschenius nempe, Papebrochius, Baertius, & Janningus *tom.* 2. *mensis Junii die* 2. *pag.* 209 post Catalogum Martyrum Romanorum, in quem inserunt nomen *Perci*, amplectentes lectionem editionis Florentinæ *p.* 210. fateri deinde non dubitarunt, quod *Procus* legebatur in aliis Codicibus, non *percus*.

Sed *Perci* nomen nullibi occurrit.

§. 18. His omnibus addendum est, nullum aliud neque sacrum, neque profanum monumentum, quacumque diligentia adhibita, potuisse inveniri, in quo nomen *Perci* haberetur; e contrario *Proci* nomen facile, ut diximus, in antiquis inscriptionibus occurrere. Ex quo inferri possunt hæc duo: alterum, quod lectio Codicis Corbejensis verisimilior sit, quam lectio Codicis Lucensis, & Antuerpiani; alterum vero, quod sine temerarii judicii nota affirmare liceat, *Proci* nomen ab Amanuensibus per iteratas exemplarium transcriptiones in illud *Perci* mutatum fuisse.

Nil facillus, quam ab Amanuensibus *Proci* nomen in aliud *Perci* commutatum fuisse.

Quod si forte objiciatur, nomen *Perci* mutari potuisse ab Amanuensibus in illud *Proci*, semper reponi posset, facilius esse, iterum atque iterum referendo, mutare *Precum*, in *Percum*, quam *Percum in Procum*. Nam apud Martene, & Durand *tom.* 3. *Novi Thesauri Anecdotorum*, *edit. Parisiensis* 1717. *p.* 1614. apparet nomen *Sanctorum Proci*, & *Hyacinthi* Amanuensium incuria mutatum fuisse in quibusdam Martyrologiis antiquis cum nomine *Sanctorum Presti & Hyacinthi*, non vice versa.

Publicus Corpori S. Proci cultus decernitur.

§. 19. Valeat tamen quod dixímus usque adhuc, quantum valere potest. Nos asserimus *Proci* nomen, propter marmoris sepulchralis auctoritatem: asserimus Martyrium, propter Valculum tinctum crustis sanguineis: & nihil amplius requiri certi fumus ad publicum cultum, & Sancti titulum Nostro Martyri asserendum. Exponite igitur publico cultui Corpus, quod vobis mittimus, vestra & totius Populi, ac Clero pietas accendatur magis ac magis erga sacras exuvias; illudque in mentem revocate, quod Corpora, & Sanctorum Reliquiæ illis Civitatibus, ubi jacent, & venerantur, solent esse divina favente misericordia, validum præsidium ad arcendas inde calamitates, a quibus secus opprimerentur. Martyri Theodoro acceptum refert S. Greg. Nysseous, quod Civitas, in qua ejus Sacrum Corpus asservabatur, liberata fuerit ab impendenti devastatione, quam Scythæ minabantur, ut videre est *in Oratione de eodem Martyre*. Idem scribit Evagrius *lib.* 4 *c.* 27. de Martyre Sergio, qui Civitatem, ubi erat Sacrum ejus Corpus, a terribili Regis Chosroæ invasione liberavit. Superius mentionem fecimus de Concive Nostro Joanne Chrysostomo Trombelli Abbate, nunc iterum ejus memoriam repetimus, qui pariter *supra cit. Dissert.* 7. *cap.* 24. *& seq.* hoc idem assumptum summa felicitate, atque eruditione comprobavit. Jam vero ut finem faciamus, paterna vos benevolentia complectentes, Apostolicam Benedictionem Vobis impertimur.

SS. Reliq. ad arcendas a Civitatibus calamitates præsidio sunt.

Dat. 20. April. 1745. Pont. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

BE-

tirio, era ſepolto nelle Catacombe colla diviſa particolarmente del Vaſo di ſangue, ogni veriſimilitudine ſi induce a credere, che quel S. Proco, il di cui Corpo è ſtato eſtratto dalle Catacombe col predetto Segno, ſia per appunto quello, di cui ſi parla nel Martirologio di S. Girolamo.

§. 17. Per non diſſimularvi coſa veruna, vi diremo, che queſto ſteſſo Martirologio di S. Girolamo è ſtato anche ſtampato dall'erudito Franceſco Maria Fiorentini, e che queſti ſeguitando un Codice di Lucca, al giorno ſecondo di Giugno pag. 567. non dice *Proci*, ma *Perci*, allegando anche nelle Note un altro Manoſcritto antico d'Anverſa. Ma non avendo nelle ſteſſe Note alla pag 568. tralaſciato l'ingenuo Fiorentini di portar anche il Codice di Corbeja colle parole eſprimenti il nome di *Proco*, e non di *Perco*: e quello che più importa, nell'Indice de' Santi poſto al fine del Martirologio, facendo menzione di *Proco*, e non di *Perco*: di quì naſce una forte conghiettura, ch'eſſo preferì la lezione Corbejenſe a quella di Lucca, e d'Anverſa. E gli eruditi Collettori degli Atti de' Santi, Henſchenio, Papebrochio, Baertio, e Ganningo, nel tom. 1. del meſe di Giugno al giorno ſecondo pag. 209. dopo aver teſſuto un Catalogo di Martiri Romani, ed avervi poſto il nome di Perco, ſeguitando la lezione del teſto ſtampato dal Fiorentini, alla pagina 210. non ebbero difficoltà di confeſſare, che in altri Codici, in luogo di *Perco*, leggevaſi *Proco*.

In un'altro Codice ſi legge *Perco* in vece di *Proco*.

§. 18. Che ſe al già detto aggiugneraſſi, che in verun altro monumento o ſacro, o profano, per quante diligenze ſianſi fatte, non ſi ritrova il nome di *Perco*, il che, come pure è ſtato accennato, non ſuccede di quello di *Proco*, due ſono le illazioni, che da ciò ſi poſſono dedurre; una, ch'è più veriſimile la lezione del Codice Corbejenſe, dall'altra di Lucca, e d'Anverſa: la ſeconda, che ſi può, ſenza nota di giudizio temerario, aſſerire, eſſerſi dagli Amanuenſi nel copiare, e ricopiare cangiato il nome di *Proco* in quello di *Perco*.

Ma il nome di *Perco* non trovaſi in verun Monumento, ſia ſacro, o profano. E' dunque veriſimile eſſerſi dagli Amanuenſi cangiato nel copiare il nome di *Proco* in *Perco*.

E quando mai ſi riſpondeſſe, eſſerſi anche potuto mutare dagli Amanuenſi il nome di *Perco* in quello di *Proco*, ſi potrebbe ſempre replicare, eſſer più facile, copiando, e ricopiando, di mutare *Proco* in *Perco*, che *Perco* in *Proco*. Nel tomo terzo del Teſoro nuovo degli Aneddoti del Martene, e del Durand, della ſtampa di Parigi del 1717. alla pag 1614. ſi può vedere, che i nomi dei *SS. Proto*, e *Giacinto*, ſono, per incuria degli Amanuenſi, ſtati mutati in alcuni antichi Martirologj nei nomi dei *SS. Preſto*, e *Giacinto*, e non già i nomi dei *SS. Preſto*, e *Giacinto* nei nomi dei *SS. Proto*, e *Giacinto*.

§. 19. Vaglia però quanto fin ora ſi è detto, per quello, che può valere. Noi appoggiamo il nome di *Proco* alla Lapide; Noi il Martirio, al Vaſo colle croſte languigne; e ſappiamo, che pel pubblico culto, e per la dinominazione di Santo, ciò baſta. Eſponeſi dunque il Corpo, che vi mandiamo, al pubblico, s'infiammi la voſtra divozione, e del rimanente del Clero, e del Popolo, verſo queſte nuove Sante Reliquie: e ſappiate, che i Corpi, e le Reliquie de' Santi ſogliono eſſere per miſericordia di Dio un valido preſidio per tener lontane dalle Città, nelle quali ſono collocate, e venerate, le diſgrazie, dalle quali ſarebbero oppreſſe. Al Martire Teodoro S. Gregorio Niſſeno attribuiſce l'eſſere ſtata preſervata la Città, in cui era il ſuo Sacro Corpo, da un'imminente devaſtazione minacciatale dagli Sciti, come può vederſi nella ſua Orazione ſopra lo ſteſſo Martire. Lo ſteſſo ſcrive Evagrio al lib. 4. cap. 27. del Martire Sergio, che liberò la Città, in cui era il ſuo Sacro Corpo, da una terribile invaſione di Coſroe. Abbiamo di ſopra nominato il noſtro Padre Abbate Trombelli. Ora di nuovo lo nominiamo; avendo eſſo pure nella cit. diſſert. 7. al cap. 14. e ſeguenti, dimoſtrato con molta felicità ed erudizione, queſto ſteſſo aſſunto. E quì intanto abbracciandovi con Paterno affetto vi diamo l'Apoſtolica Benedizione.

Si comanda d'eſporre al pubblico culto il Corpo di S. Proco.

Le Reliquie de' Santi ſogliono preſervare le Città da molte diſgrazie.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 10. Aprilis 1745. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Dat. 10. Aprilis 1745. Pontif. V.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectis Filiis Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis.

Litteræ Apostol. in forma Brevis Capitulo & Canonicis Ecclesiæ Metrop. Bonon. scriptæ.

Dilecti Filii Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Insignes, quæ amplissimam istam Metropolitanam Ecclesiam maxime illustrant, & ornant, laudes, & decora, tum opportunis ad divini honoris & Ecclesiasticæ disciplinæ incrementum editis legibus, tum ædificiorum vel accessione vel instauratione, tum denique additis pretiosæ supellectili ornamentis, pro viribus hactenus augere adeo sollicite studuimus, ut officio quidem minime defuisse Nobis ipsi quodammodo blandiamur: amori vero erga Sponsam, quæ gaudium & corona Nostra semper erit, nunquam videamur satisfeciisse. Ut autem constantissimam voluntatem Nostram eidem novo testimonio amplius declaremus, ad cœleste præsidium publicis necessitatibus confirmandum, Corpus S. Proci Martyris e Sancti Thrasonis Cœmeterio eductum & extractum, in eadem Metropolitana semper adservandum, Vobis, paterni Nostri amoris pignus, dono mittimus. Porro de hujus Sancti Martyris inventione, deque certissimis argumentis, notis ac symbolis, per quæ ejus Martyrium exploratissime designatur, pluribus ac subtiliter admodum scribimus in epistola, quam Italico idiomate ad Vos hac ipsa die damus: cui has etiam in forma Brevis literas adjungimus, quas pro publico authenticoque documento futuris temporibus esse volumus. Eapropter Venerabile Sancti Proci Corpus, una cum Ampulla vitrea ipsius Sanguine respersa, qua cum suis Sepulcro conditum (quemadmodum antiquis erat in more positum Martyrum Corpora tumulo mandare) decenter composuimus atque collocavimus in Capsula ex ære auro inducto ad urnæ instar compacta & conformata, elegantissimo opere elaborata, crystallinis sex tabulis undique contecta: quam ad certam perpetuamque rei fidem Nostris in cera hispanica rubri coloris impressis signis obsignavimus. Vobis igitur injungimus & mandamus, ut Sacra tanti Martyris pignora, cum perenni paternæ caritatis Nostræ memoria, ad majorem Divini nominis gloriam, Sanctorumque cultum, in ista Metropolitana Ecclesia publicæ Fidelium veneration exponatis: Fore certo sperantes, ut præsentissimo etiam ejusdem Martyris patrocinio, ampliora in dies divinæ clementiæ munera Vobis comparetis, quibus euntes de virtute in virtutem, ambuletis digne Deo, in omni opere bono fructificantes, & veritatem in caritate facientes, crescatis in illo per omnia, qui est Caput Christus: apud quem assiduas ad opportunam imbecillitati Nostræ opem implorandam preces effundite. Ac Vobis, Dilecti Filii, quos eadem, qua antea præsentes, nunc autem absentes benevolentia complectimur, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ &c. 20. Aprilis 1745. Anno Quinto.

SAN-

Digitized by Google

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIV.

Epiſtola prima ad R. P. Engelbertum Abbatem Monaſterii Campidonenſis, de facultate conſecrandi Abbatialem Eccleſiam Campidonenſem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Abbas Campidonenſis Eccleſiam Abbatialem conſecrat ex privil. Apoſtol.

EX tuis precibus menſe Martii nuper elapſi ad Nos perlatis accepimus, Eccleſiam Abbatialem, cui præes, ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum aliquot Martyrum erectam, vetuſtate & dignitate conſpicuam, cum a Prædeceſſore Noſtro Hadriano PP. I. ſacro Eccleſiæ ritu fuerit conſecrata, occaſione belli contra Suecos initi, decimoſeptimo ſæculo fere dimidio funditus everſam, tandem nobili ædificio rurſus fuiſſe inſtauratam. Cumque juxta Sacrorum Canonum Sanctiones, Eccleſia novo opere inſtructa, nova itidem conſecratione initianda ſit, illud a nobis poſtulaſti, ut ejuſmodi conſecrationis miniſterium tibi, auctoritate Apoſtolica perficiendum demandaretur. Etſi vero tanti privilegii magnitudo Nobis perſpecta eſſet, nihilominus meritorum tuorum intuitu, ipſa quoque Eccleſiæ tuæ inſigni nobilitate, de qua Mabillonius *Analect. tom. 1. ad iter Germanicum*; ipſa item Campidonenſis Monaſterii remotiſſima vetuſtate, cujus initia, privilegia, prærogativas late enumerat Bruſchius *in ſerie Monaſteriorum Germaniæ illuſtr.*, tandemque iis circumſtantiis, in quibus verſabaris, id ſuadentibus, petitam facultatem, iis tamen, quas infra enumerabimus, conditionibus circumſcriptam, ultro concеſſimus. Par enim Nobis viſa eſt, cum ad Sacramenti Confirmationis, tum ad Eccleſiarum Dedicationis Miniſtrum deſignandum, cauſa, & exemplum. Enim vero, quamvis Sacramenti Confirmationis adminiſtratio ita ſoli conveniat Epiſcopo, ut nullus Antiſtes ſimplicem Sacerdotem, qui baptizatos confirmet, poſſit delegare; multis tamen Prædeceſſorum Noſtrorum exemplis docemur, ejuſmodi munus Sacerdotibus, & præcipuis quibuſdam Abbatibus, eſto nullo charactere Epiſcopali inſignitis, fuiſſe collatum; modo extraordinarius Confirmationis Miniſter, Oleo, cui Epiſcopus pridem benedixit, utatur: ut fuſiori calamo ſcripſimus in Noſtro Tractatu *de Synodo Diœceſana*, qui nuper e typis prodiit, *lib. 7. cap. 7. & ſeq.* Haud diſſimili diſpenſatione, Eccleſias conſecrandi privilegium quod alioquin nulli conveoit, niſi Epiſcopali dignitate præfulgeat, Apoſtolicæ auctoritatis limites non excedit, quamvis nulli Epiſcoporum jus ſit, ſimplicem Sacerdotem ad id muneris deſignare. Hinc Nobis jure ac merito ex Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad Eccleſiam Campidonenſis Monaſterii conſecrandam Te Miniſtrum delegimus, his verbis, quæ ex litteris Noſtris Apoſtolicis die 11. Martii proxime præteriti editis hic ſubjicimus: *Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, eamdem Eccleſiam Monaſterii Campidonenſis, juxta præſcriptum in Rituali Romano, ſervatis alias de more ſervandis, recepto prius Oleo Sacro ab Epiſcopo benedicto, pro hac vice tantum, conſecrandi facultatem, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus & indulgemus.* Hinc menſe Majo ſequenti, ejuſdem Eccleſiæ Conſecratio, te id agente, ſolemni ritu, peracta eſt.

Canoniſt. ſententia de jure Epiſcop in Eccl. dicandis.

§. 2. Conveniunt Canoniſtæ, Epiſcopis jus eſſe Eccleſias in eorum Diœceſi exiſtentes conſecrandi, imo & aliam delegandi Epiſcopum, qui, delegatione ſecluſa, conſecrationem citra reatum non poſſet perficere; cum ex præſcripto Synodi Tridentinæ *ſeſſ. 6. cap. 5. de Reformat.*, nefas ſit extraneo Antiſtiti, ſine Ordinarii licentia, in aliena Diœceſi exercere Pontificalia. Addunt vero iidem Canoniſtæ, non poſſe ab Epiſcopo ſimplicem Sacerdotem ad conſecrationis onus obeundum deſignari, quandoquidem uni Summo Pontifici peculiaris hæc juriſdi-

ctio

ctio reſervatur. Ita ſentiunt inter Hiſpanos Gonzalez *Cap. Aqua num.* 3. *& ſeq. de Conſecr. Eccleſ.*, inter Belgas Van Eſpen *Juris Eccleſiaſt. part.* 2. *art.* 16. *num.* 10. inter Germanos Pirhing *ad lib.* 3. *Decretalium art* 4. §. 1. & Schmalzgrueber *ad eumdem tit.* §. 1., noſtroſque inter Italos Tamburini *de jure Abbatum tom.* 1. *diſput.* 23. *quæſt.* 7.

Juxta Canones Eccleſia dicanda eſt ab Epiſc in cujus Territor. ædificat.

§. 3. Hanc Canoniſtarum Sententiam nonnulla Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ monumenta illuſtrant, atque confirmant. In Concilio Arauſicano I., quod anno Chriſti 441. coactum eſt, quodque in Collectione Labbeana refertur *tom.* 3. *pag.* 1449., hæc ad rem noſtram decernuntur: *Si quis Epiſcoporum in alienæ Civitatis Territorio Eccleſiam ædificare diſponit, vel pro fundi ſui negotio, aut Eccleſiaſtica utilitate, vel pro quacumque ſua opportunitate, permiſſa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas, non præſumat dedicationem; quæ illi omnimodis reſervatur, in cujus Territorio Eccleſia aſſurgit.* Neque exemplum Sidonii,

Neque officit Sidonii exemplum.

qui, ut legimus *in Epiſt.* 15. *lib.* 4. Ruthenorum Eccleſiam citra nullam Ordinarii licentiam conſecravit, Eccleſiæ moribus, aut diſciplinæ adverſatur. Sicut enim Savarus *in Notis ad præallatam Sinodii Epiſtolam* animadvertit, nedum Ruthenorum ſed & aliæ, quæ circumpoſitæ erant Eccleſiæ, Paſtoribus, quos Arianæ perſecutionis impetus propulſaverat, jacebant deſtitutæ, quod idem vel ex ejuſdem Sinodii *Epiſt.* 6. *lib.* 7. aperte colligimus: Hinc nil mirum, ſi inconſulto Epiſcopo, qui non aderat, Sidonius ad alienæ Diœceſis Eccleſiam conſecrandam acceſſerit, ne alioquin ſacra illa Ædes eximia Conſecrationis prærogativa fraudaretur.

Ex iiſdem Sacris Canonibus vetitum Presbyteris Eccleſias conſecr. tum Epiſcopis conſecr. Presbyt. delegare.

§. 5. Quod uni aſſeritur Epiſcopo, ex præſtituto Arauſicani Concilii Canone, aperte denegatur Presbyteris in ſecundo Bracarenſi Concilio anno Chriſti 563. ſub Pontifice Joanne III. In memorata Collectione Patris Labbe *tom.* 5 *pag.* 841. recitatus *Can.* 19. hiſce verbis conceptus *Item placuit, ut, ſiquis Presbyter poſt hoc interdictum auſus fuerit Chriſma benedicere, aut Eccl. aut Altare conſecrare, a ſuo officio deponatur; nam & antiqui hoc Canones vetuerunt.* Sed propius ad rem noſtram Concilium Hiſpalenſe ſecundum, cui anno 619. præfuit S. Iſidorus, aperte docet, non poſſe Epiſcopos ſimplicem Sacerdotem delegare ad Eccleſiarum Conſecrationem perficiendam. Splendidi hujuſce monumenti verba ſic habent: *Septimo examine relatum eſt Nobis, venerandiſſimum quondam Agapium Cordubenſis Urbis Epiſcopum frequenter Presbyteros deſtinaſſe, qui, abſente Pontifice, Altaria erigerent, Baſilicas conſecrarent. Quod quidem non eſt mirum id præcepiſſe virum Eccleſiaſticis diſciplinis ignarum, & ſtatim a ſæculari militia in Sacerdotale Miniſterium delegatum. Ergo, ne ultra talis Nobis licentia uſurpetur, communi ſententia ſtatuendum oportuit: ſcientes, quia ſicut Presbytero illicita Conſecratio eſt Altaris, ita & conſtitutio.*

Dubium, an Hiſpalenſis Concilii Can. non etiam de Chorepiſcopis meminerit.

§. 6. Codices nonnulli, in quibus præfati Canonis verba exſcribuntur, nedum Presbyteros, ſed & Chorepiſcopos nominant, quibus Eccleſiarum dedicatio, etiamſi Epiſcopi delegatio faveat, pari jure denegatur. Verum Cardinalis de Aguirre *in Collectione maxima Conciliorum Hiſpaniæ tom.* 2. *pag* 464. accuratiorum Codicum fidem ſecutus, Chorepiſcoporum nomen, aliena manu additum, expungit; non enim de Chorepiſcopis, ſed de ſolis Presbyteris, Hiſpalenſis Concilii Canon ſermonem habet. Præterea doctus idem ſcriptor *loco citato pag.* 473. poſtquam ſatis probavit, Epiſtolam 88. quæ S. Leoni a nonnullis tribuitur, tanti Pontificis fœtum non eſſe, ſed illam ex Canone ſeptimo Hiſpalenſis Concilii fuiſſe deſumptam; tandem concludit, Chorepiſcoporum nomen Canoni inſertum, in ipſam Epiſtolam, quæ ex Canone illo concinnata eſt, facile deſcendiſſe.

Chorepiſcopi fere omnes Sacerdotes dumtaxat fuere.

§. 7. Etſi vero daremus, Hiſpalenſis Concilii Canonem Presbyteros atque Chorepiſcopos una ſociaſſe, nihil inde conficitur; jam enim noſtra ætate communis eruditorum opinio eſt, Chorepiſcopos, ſi paucos excipias Epiſcopali charactere decoratos, puros putoſque Sacerdotes fuiſſe. Qua de re conſulendi Bellarminus *lib.* 1. *de Clericis cap.* 17., Hallier *de Sacris Ordinationibus ſect.* 5 *cap.* 2., Morinus *Exercitat.* 3 *cap* 2. Thomaſſinus *de Eccleſiaſtica diſciplina part.* 1 *lib.* 2. *cap.* 1. Carolus de Freine *in verb. Chorepiſcopi*, Vitaſſe *in Appendice ad diſſer.*

Digitized by Google

tationem de Epiſcopis art. 3., Le Droit *lib.* 8. *ſect. ult.* Hoc in ſenſu Hiſpalenſis Concilii Canon commode accipitur, ut nimirum de iis Chorepiſcopis, qui Presbyteratus metam non excedunt, ſit intelligendus. Juvatur hæc interpretatio ex alia lectione ejuſdem Canonis, quem ex Concilio Hiſpalenſi ſupra recitavimus, ſi editionem Conciliorum, quæ anno 1585. ſub auſpiciis Sixti V. Prædeceſſoris Noſtri Venetiis procuſa eſt, conſulamus. Enim vero *vol.* 3. *pag.* 55. *num.* 7. in ipſo Canonis contextu, Chorepiſcopi, ac Presbyteri una ſociantur, ita tamen, ut par utriſque tribuatur auctoritas. Canonis verba hic atteximus. *Septimo examine relatum eſt Nobis, venerandiſſimum quondam Agapitum Cordubenſis Urbis Epiſcopum frequenter Chorepiſcopos, vel Presbyteros ordinaſſe, qui tamen juxta Canones unum ſunt &c.*, qua verborum additione, nullum, ut cuique patet, Chorepiſcopos, inter ac Presbyteros, ſtatuitur diſcrimen.

§. 8. Cardinalis Bellarminus *lib.* 2. *de Confirmat cap.* 12. docet, ineſſe Epiſcopo integram, abſolutam, & quæ a nullo dependeat, authoritatem miniſtrandi Confirmationis, atque Ordinis Sacramenta, quibus Nos addimus & ipſam Eccleſiarum Conſecrationem. Ex quo fit, ut poſſint Antiſtites in propria Diœceſi ejuſmodi juriſdictione pro libito uti; quamvis, ſi forte qui Epiſcopis præſit, id prohibeat, vel impediat, hoc in caſu actus Superiore vetante exercitus, illicitus quidem ſit, non etiam fruſtraneus. Verum, eodem Bellarmino teſte *in loco cit.* longe diſſimilis, ubi de ſimplici Sacerdote ſermo eſt, militat ratio. Etſi namque Ordinis poteſtas, quæ ex vi characteris Sacerdoti tribuitur, plena, integra, atque abſoluta, ſit in Baptiſmi, atque Euchariſtiæ Sacramentis conficiendis; inops tamen, inchoata, atque a Superioris nutu dependens habenda eſt Sacerdotum poteſtas, quod ad collationem Confirmationis, ac Minorum Ordinum, atque ex pari ratione quoad ipſam Eccleſiarum Conſecrationem. Hinc ſequitur, ut, niſi Superioris acceſſerit delegatio, mutila hæc, atque infirma Sacerdotum auctoritas, neque in licitum, neque in validum actum erumpere poſſit.

Epiſc. natiua poteſtas in Eccleſiarum conſecratione: ſimplicium Sacerdot. nullæ.

§. 9. S. Thomas, Theologorum facile princeps, *in lib.* 4 *ſententiar. diſt.* 7. *quæſt.* 3. *art.* 1. *quæſtiunc.* 3. aſſerit, Epiſcopatum, nihil Sacerdotio *per relationem ad Corpus Domini verum*, ſed multo potiorem juriſdictionem conferre, habito reſpectu *ad Corpus Domini myſticum*. Ex quo infert, Summum Eccleſiæ Pontificem, Epiſcoporum omnium caput, in quo poteſtatis omnimoda reſidet plenitudo, eam, qua pollet abſolutiſſimam auctoritatem in Corpus Chriſti myſticum hoc eſt in Eccleſiam, exercere poſſe, ideoque ad ea perficienda, quæ ad myſticum Chriſti Corpus quoquomodo pertinent, ſummo jure Sacerdotibus, qui ex Ordinis, ac præcipuo quodam jure Euchariſtiæ Sacramentum conficiunt poteſtatem conferre, quod tamen Diaconis, *qui non habent perficere Corpus Domini verum*, jure ac merito denegantur. Huic nixus fundamento S. Doctor affirmat, ſimplicem Sacerdotem, a Summo Pontifice delegatum, Sacramentum Confirmationis, ac minores Ordines rite miniſtrare, Quidni ergo & Eccleſias poterit conſecrare? Simplices Sacerdotes in extraordinarios Confirmationis, ac minorum Ordinum Miniſtros pluries fuiſſe deſignatos, latis probavimus in prælaudato Tractatu Noſtro *de Synodo Diœceſana*. Illud ergo inquirendum ſupereſt, quonam tempore delegatam ad conſecrandas Eccleſias juriſdictionem in uſum revocaverint.

Cum tamen hi poteſtat. habeant in Corpus Chriſti verum.

§. 10. Ad id demonſtrandum nonnulli proferunt Diplomata Stephani II. quem putant jus tribuiſſe S. Anſelmo Abbati Monaſterii Nonantulani in territorio Mutinenſi, ut *Altaria ſimul, & Eccleſiam Apoſtolica auctoritate conſecraret*, verba ſunt Pontificii Diplomatis apud Ughell. *Ital. Sac. tom* 2. *in ſerie Epiſcoporum Mutinenſium pag.* 84. *poſtremæ editionis*, cujus item Diplomatis ſeriem exhibet Abbas Muratorius *tom.* 1. *part.* 2. *ſcriptor. rer. Italicar. in Opuſcul. de Fundatione Monaſterii Nonantulan. pag.* 190. ac Bullarium Romanum Romæ excuſum anno 1739. *tom.* 1. *Conſtitut.* 2. inter eas, quæ Stephano II. adſcribuntur, *pag.* 250. Verum, ſi Apoſtolicæ Conſtitutionis verba paulo accuratius perpendantur, legenti patebit, Stephanum Pontificem Sergio Ravennatenſi Archiepiſcopo, non etiam Abbati Anſelmo, Sergii dumtaxat conſocio, auctoritatem contuliſſe, S. Silveſtri, aliorumque Sanctorum Reliquias deferret Nonantulam, ibique Eccle-

Exemplis agitur: illud Steph. II. de conſecration. Eccleſiæ Monaſt. Nonantulani ad rem non facit.

Digitized by Google

eccleſiam, ac Altaria initiaret; quandoquidem ea ætate vigebat adhuc mos, & diſciplina, quæ inſequentibus item temporibus aliquandiu obtinuit, ut nimirum nefas eſſet Epiſcopis Eccleſias, inconſulto Pontifice, conſecrare. Quo pertinent verba illa Nicolai I. ad Conſulta Archiepiſcopi Veſonſionenſis, relata *in cap.* 5. *tom.* 1. *Spicilegii* Lucæ d'Achery *pag.* 597. *Quomodo autem Chorepiſcopos poſſe dicimus Eccleſiam conſecrare, quam nulli Epiſcoporum licet ſine Noſtro præcepto ſecundum ſanctas regulas dedicare?* Veteſtam hanc Eccleſiæ diſciplinam colligimus *ex Can. de locorum* 4. *de Conſecrat. diſt.* 5., atque ex iis, quæ ediſſerunt Gonzalez *in Cap. Ad hæc, de Conſecrat. Eccleſ.* n. 11. *in fin.* Grananet. *ad lib.* 3. *Decretal. tit.* 36. *in notis ad Cap. Ad hæc, de Religioſis Domibus, num.* 3. *& ſeq.*, & Garnerius *in notis ad lib. Diurn. Romanorum Pontificum cap.* 5. *pag.* 91. Cæterum, ut in viam, a qua paulatim defleximus, regrediamur, Abbatiæ Nonantulanæ Eccleſiam a Ravennatenſi Archiepiſcopo fuiſſe initiatam, Auctor eſt Pater Mabillonus *part.* 1. *ſæcul.* IV. *Sanctorum Ordinis Benedictini tom.* 2. *pag.* 146. *n.* 62. *editionis Lucenſis*, ubi refert geminam in territorio Nonantulano, Stephani Papæ II. juſſu, peractam Eccl. Conſecrationem, alteram quidem a Geminiano Mutinenſi Epiſc. alteram vero ab Archiep. Ravennatenſi Sergio, qui poſt abſolutum ſacris ritus miniſterium, tridui ſpatio cum Anſelmo Abbate, ejuſque Monachis commoratus eſt.

Eccleſiam conſecr. ſi polluatur ſacerdotib. ex privil. A poſtol. reconciliari poſſe exem. pla probant quampluri. ma.

§ 11. Hoc igitur monumento poſthabito, ad alia progrediamur. Conſtat cum primis, ſoli Epiſcopo jus competere Eccleſias conſecratas, ſi polluantur, reconciliandi; contra vero ſimplici Sacerdoti id omnino vetitum, quamvis Epiſcopalis interceſſerit delegatio. *Aqua per Epiſcopum benedicta Eccleſiam reconciliari poſſe per alium Epiſcopum, non negamus: per Sacerdotes ſimplices, hoc fieri de cætero prohibentes: non obſtante conſuetudine Provinciæ Bracarenſis, quæ dicenda eſt potius corruptela*: verba ſunt Gregorii IX. *in cap. Aqua, de Conſecratione Eccleſiæ.* Poſſe tamen Summum Pontificem ejuſmodi auctoritatem vel ſimplici Sacerdoti conferre, fatetur Abbas *in dicto cap. Aqua*; quodque rem plane conficit, eamdem auctoritatem pluries contuliſſe, teſtatur Innocentius *ad præfatum Caput, Aqua*, ita ſcribens: *audivimus ante, quod Papa pluribus Epiſcopis indulſit, quod per ſimplices Sacerdotes poſſent reconciliare Eccleſias, aqua tamen per Epiſcopum benedicta.* Nec deſunt e Regularium numero, qui de hujulmodi privilegio ſibi plaudant, adhibita tamen aqua ab Epiſcopo benedicta, ut ſcite animadvertit P. Bremond Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter *tom.* 8. *Bullarii Ordinis Prædicator. tit.* 1. *quæſt.* 4. Eadem Baſilicæ Vaticanæ Canonicis, nimirum Priori, ex Conſtitutione Innocentii VI. quæ in nupero Bullarii Vaticani *tom.* 1. *pag.* 361. late exſcribitur, nec non Altariſtæ, ex privilegio Urbani V., cujus autographum in Archivio ejuſdem Baſilicæ ſervatur, tribuitur facultas, ut Baſilicam ipſam, ejuſque Cappellas, ac Cœmeteria polluta, aquæ ab Epiſcopo benedictæ uſu, valeant reconciliare. Hæc tamen in iis dumtaxat Eccleſiis, quas conſecratio diſtinguit, locum habent; ſecus pollutas Eccleſias, quas ſola benedictio, non etiam conſecratio ſanctificavit, reconciliare, cuique Sacerdotum conceditur, adhibita luſtrali aqua, citra ullam delegationis neceſſitatem: *ſi Eccleſia non conſecrata*, (inquit Gregorius IX. *cap. Si Eccleſiæ, de Conſecratione Eccleſiæ*) *cujuſcumque ſeminis fuerit, aut ſanguinis effuſione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne Divinæ Laudis organa ſuſpendantur.*

Si vero polluta Eccleſia benedicta tantum fuerit, citra ullum privileg. poterit a Pres. byt. reconciliari.

Facultas Altaria conſecr. ex indulto Pii IV. Abbatib. Caſſinenſ. conceſſa.

§. 12. Sicuti Eccleſiæ pollutæ reconciliatio, ita & ſolemnis conſecratio a Summo Pontifice vel ſimplici Sacerdoti jure demandatur; eſtne nec ad expiandam polutam, neque ad conſecrandam novam Eccleſiam, fas ſit Epiſcopis ſimplicis Sacerdotis miniſterio uti. Ita cenſent Azorius *Inſtitut. Moral. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 4. & Anacletus *ad lib.* 3. *Decretal. tit.* 40. §. 2. *n.* 32. & 33. Dictis facta reſpondent; cum multa ſuppetant exempla Romanorum Pontificum, qui Abbatibus Regularibus auctoritatem conſecrandi Altaria in eorum Eccleſiis erecta, conceſſerunt. Quod ad Caſſinenſes Abbates pertinet, luculentiſſimum privilegium ſuppeditant Conſtitutiones Prædeceſſoris Noſtri Pii IV. conſulendæ *in tom.* 1. *Bullar. Ordinis Benedictini ſub n.* 175. & 176.

§. 13.

§. 13. Ab aliis abſtinemus exemplis, cum illorum meminerit notiſſimus Auctor Clericatus *deciſ.* 13. *de Sacrificio Miſſæ n.* 18. *& ſeq & n.* 26. Pari ſilentio miſſa facimus, quæ de celeberrimo Einſildeodi Monaſterio narrantur in Opere, cujus titulus: *Idea Congregationis Helveto Benedictinæ*, quod Opus Typis Monaſterii S. Galii anno 1702. editum hæc habet *pag.* 18.: *Ad annum* 948. *a S. Eberhardo Conradus Conſtantienſis Epiſcopus Sacellum conſecraturus invitabatur. At prævenit illum in benedictionibus ſummus e Cœlo Sacerdos, illudque Divina manu ſacravit, humana, niſi oleum & operam perdere mallet, a Conſecratione ceſſare juſſa.* Quidquid enim ſit de veritate hiſtoriæ, nihil inde, quod Noſtram juvet cauſam, licet colligere. Mira Conſecratio Sacelli in Monaſt. Einſilden. ſi vera, in exempl. proferri nequit.

§. 14. Illud vero ratum, indubiumque eſt, Paulum III. Prædec. Noſtrum Abbati Ludovico, ejuſque in Einſildenſi Abbatia Succeſſoribus copiam feciſſe, ut quandiu hæreſes obtinerent, Eccleſias, Oratoria, ac Cœmeteria dedicareot. Pontificium Diploma ann. 1542. die 19. Decembris evulgatum eſt, quod rurſum Pius IV., Noſter item Prædeceſſor, ſuis Litteris Apoſtolicis ann. 1562. nova ſanctione roboravit, ſervato eodem verborum tenore, qui ſic habet: *Quod ipſe Ludovicus, & pro tempore exiſtens Abbas Monaſterii hujuſmodi, durantibus dictis hæreſibus, præfatum Monaſterium, & quæcumque ad illud pertinentia, Eccleſias, Oratoria, Cœmeteria, & loca hactenus conſecrata & benedicta, quovis modo per tempore polluta, reconciliare, & nondum conſecrata, & benedicta, nec non Calices, Patenas, Libros, veſtimenta, & alia mobilia, ac etiam Tabernacula cuſtodiæ Euchariſtiæ, conſecrare & benedicere.* Diplom. quidem Pauli III. & Pii IV. Einſild. Monaſt. Abbatib. jus tribuunt Eccleſias conſecr.

§. 15. Neque ejuſmodi privilegia ignota delituere; quo enim tempore Rhodio-rum Archiepiſcopus Nuncii Apoſtolici munere in partibus Helvetiorum ſungebatur, Diplomatum Authographis in judicium delatis, atque iis probe diſcuſſis, præfatus Archiepiſcopus, Partibus hinc inde contradicentibus, hanc contra Miniſtros Curiæ Epiſcopalis Conſtantiæ ſententiam tulit, *viſis documentis exhibitis, ex quibus conſtat manifeſte, Reverendiſſimos Abbates Einſildenſes pro tempore, a biſcentum circiter annis, uſque ad moderna tempora, quamplurimos, & varios actus ſolemnes ac publicos Conſecrationis hujuſmodi, geſſiſſe, & exercuiſſe &c. dicimus, decernimus, & definitive pronunciamus, Reverendiſſimum Abbatem prædictum manutenendum, conſervandum, ac defendendum fore & eſſe in quieta, & in pacifica poſſeſſione Juris conſecrandi Eccleſias, & Cappellas ſuo Monaſterio ſubjectas, & incorporatas, pro ut Nos ipſi manutenemus, conſervamus, atque defendimus.* Quæ quidem ſententia viget adhuc. Quod ſi forte eveniat, ut ea in Judicii proſecutione aliquando revocetur, non jam ob defectum Apoſtolicorum Diplomatum, quæ Abbatibus conceſſa fuere, id eveniet, ſed potius privilegiorum abuſus, qui præfinitos limites exceſſit, damnabitur. Eadem diplomata Nuncii Apoſtol. ſententia probata.

§. 16. Præterea extat Elenchus, quem Nos ipſi perlegimus, in quo Eccleſiæ, quas Corbejenſis Abbas dicavit, enumerantur dumtaxat, ſed inſuper momenta adduntur, ac probationes compoſitæ in actibus Tribunalis Romanæ Rotæ, occaſione litis, quæ inter Paderbonæ Epiſcopum, & memoratum Abbatem exarſit; quam deinde ſequuta eſt deciſio Rotalis coram Millino, nunc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, die 3. Februarii 1745. Porro Corbejenſes Abbates, Apoſtolicis privilegiis deſtituti, ad ejuſmodi conſecrationes perficiendas manum profecto non admoviſſent; ex quo indubia redditur ſententia, quæ docet, Romanum Pontificem poſſe Sacerdotibus, iis potiſſimum, qui in Abbates evaſerunt, auctoritatem ad Eccleſias conſecrandas conferre: quodque caput eſt, ejuſmodi auctoritatem a Noſtris Prædeceſſoribus reipſa in uſum fuiſſe revocatam. Aliud argument. ex Abbat. Corbejenſis monumentis petitum.

§. 17. Quo tandem ſpectent, quæ huc uſque narravimus, atque in hac Epiſtola quam tibi damus, collegimus, a Nobis ſi quæras, ingenuos animi Noſtri ſenſus aperire non dedignabimur. Ad Noſtras pervenit manus Libellus hoc eodem anno Campidoniæ editus cujus titulus: *Triplex Triumphus Campid.* quod nempe circa conſecrationem Abbatialis Eccleſiæ ex Apoſtolico privilegio a te peractam, totus occupetur. In hoc Libello auctoritas a Nobis tibi collata uſque adeo extollitur, ut *inaudita* di- Hujus Epiſt. conſcribendæ cauſa & occaſio.

catur; ejusmodi privilegii nullum in Monachorum cartis extare vestigium tuto asseritur; tandemque concessio tibi facta facilis nimirum indulgentiæ portentum nominatur quod Germaniam universam in sui traxit admirationem. Equidem putamus, hæc atque his similia, magnificis verbis ideo jactari, ut beneficii magnitudo extollatur, atque ut majores Benefactori grates referantur. Haud temere tamen suspicari licet, posse nonnullos, ex iis, quæ liberius scribuntur, in eam adduci opinionem, ut credant. Nos hac in re aliquid, quod Prædecessores Nostri intactum reliquere, tibi exequendum demandasse. Etsi vero a graviori censura immune sit opus, quod Romanus Pontifex ex indicta sibi auctoritate, quam in præsenti casu nemo inficiatur, in actum revocat; nihilominus ad quascumque ambages tollendas, illud tibi significandum duximus, morem hunc designandi Abbates, qui Ecclesias Chrismate per Episcopum benedicto consecrent, nec novum esse, nec a Nobis primo fuisse introductum.

Privileg. Abbati Campid. concessum, nec novum, nec sine causa.

§. 18. Equidem Tamburinus hac in re versatissimus, in Opere & loco a Nobis supra memorato, ait, se nescire, fuerit ne unquam Abbatibus collata potestas, qua Ecclesias initiarent. Si hac verborum servata mensura Libellus loqueretur, jam nullus Nostræ huic Epistolæ fuisset locus: verum, cum in exagerationem effusus, modum excesserit, oportuit, ut de iis, quæ & Nostrum Diploma vindicant, & præposteram, quam ex Libello quis haurire posset, interpretationem evertunt, hic una colligeremus. Quocirca, ut rem hanc paucis conficiamus, fatemur, te ad consecrandam Abbatialem Ecclesiam a Nobis electum, magno utique, & eximio privilegio fuisse decoratum. Ejusmodi tamen privilegii alia succurrunt exempla, quæ a Nostris Prædecessoribus ad Nos permanarunt. Multa item ac gravia Nobis præsto fuerunt argumenta, ut petitam delegationem tibi concederemus. Horum nonnulla in Litteris Nostris Apostolicis die 12. Martii præsentis anni editis indicavimus; alia, multo item in pretio habenda, præterire maluimus; cum nulla Nos adigat ratio, ut imos animi Nostri recessus tibibi, sive aliis manifestemus.

Altera Abbatis Campid. petitio, ut aut solus, aut una cum Ep aliam Ecclesiam consecraret rejicitur Affertur rario, cur privileg. alterius consecr. Ecclesiæ denegetur. Exponit. quoque, cur consecratio ab Episc. Abb. insimul non fit peragenda.

§. 20. Consecratione peracta, ac Libello, cujus supra meminimus, evulgato, cum jam nulla tibi ad aliam consecrationem peragendam facultas superesset, quanduquidem pro una dumtaxat vice, privilegium concessimus, esto, in cæteris Prædecessorum Nostrorum Diplomatibus favore Abbatum, ejusmodi limitatio nulliqi occurrat, iterum oblatis tuo nomine precibus postulasti, ut Ecclesiam Ordinis S. Eranciſci intra jurisdictionis tuæ limites erectam, aut solus, aut una cum Episcopo consecrares. Verum postulata rejecimus; nec Nobis grave erit in postrema harum Litterarum parte rationem, ac causas attexere, ob quas privilegium duximus denegandum.

§. 21. Et primo, quod ad Ecclesiæ Ordinis S. Francisci consecrationem attinet, jam, ut putamus, eam, quæ Nobis difficultatem ingerit, rationem facile assequeris. Quod si ea adhuc tibi impervia sit. Nos ultro dabimus. Solida nimirum Nos urget suspicio, ne, beati animi impetu abreptus, eadem repetas, & majori fortasse verborum vi, ac amplitudine ingemines, quæ in Libello de triplici Triumpho nuper conscripta sunt. Quod vero alteram postulati partem attingit, de consecrationis ritu ab Episcopo ac Abbate insimul peragendo, in Ecclesiæ moribus, ac disciplinæ nullatenus Nobis consonare videtur. Porro si de Sacerdotum degradatione casus incidat, possunt sane, ex præscripto Synodi Tridentinæ *Sess. 13. cap. 4 de Reform.* Episcopi atque Abbates ad id exequendum una convenire. Si privilegia, quæ summi Pontifices electis Episcopis nonnunquam concessere, inspiciamus, haud inficiamur, Episcoporum consecrationem, quæ a tribus Episcopis perficienda esset, ab eorum uno, ac duobus sive Abbatibus, sive aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis, impleri posse, cum aliquando difficile admodum sit, tres Episcopos una convenire; nec invalida, sed solum illicita sit Episcopi consecratio, quam unus peragit Episcopus citra Apostolicam dispensationem, ut ex communiori opinione docent Cabassutius *in Notit. Ecclesiast. sæculi IV. ad Can. 3. Nicænum*, Christianus Lupus *ad Concilia Generalia & Provincialia t. 1. p. 29. & p. 33.* Juvenin *de Sacramentis dissert. 9. de Ordini-*

bus

bus in ſpecie quæſt. 1. *de Epiſcopatu cap.* 4. Cardinalis Gotti *de Euchariſtia t.* 15. *de Epiſcopatu dub.* 4. §. 1. & 2.

§. 22. At vero nullum ſupppetit exemplum, quod in Eccleſiarum conſecrationibus, Epiſcopum atque Abbatem una componat. Deſunt Pontificum Privilegia; Epiſcoporum diſpenſationes fruſtra quæruntur, cum nequeant Epiſcopi Abbates in conſecrationum Comminiſtros deſignare. Nec mirum ſubeat, ſi nulla occurrunt exempla, quæ hac in re Abbates Epiſcopis addant conſocios, cum poſſint Epiſcopi, ſeclulo alterius miniſterio, conſecrationis munus obire. Neque Abbatum miniſtra manus Epiſcopo, qui Eccleſiam conſecrat, pondus addit, aut numerum, ut in Sacerdotum degratione, aut Electi conſecratione revera ſuperaddit. Mirari quoque non debet, ſi aſſeramus, Epiſcopis jus nullum eſſe, ut in Eccleſiis dicandis, Abbates in Comminiſtros aſſumant; quandoquidem Abbates & ſimplices Sacerdotes pari in numero habendi. Nequit Sacerdos in Comminiſtrum eligi ab Epiſcopo; nec Abbas igitur poterit in Comminiſtrum deſignari. Hæc ſunt, quæ, rerum circumſtantiis ita ſuadentibus, tibi duximus ſignificanda. Interim vero tibi, tuiſque Confratribus Apoſtolicam Benedictionem impartimur.

Epiſcop. & Abbat. Eccleſias ſimul conſecraſſe, nullo probatur exemplo.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 16. Novemb. 1748. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Dat. 16. Nov. 1748. Pont. IX.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PP. XIV.

Epiſtola ſecunda, ad R. P. Engelbertum Abbatem Monaſterii Campidonenſis, de Conſecratione Eccleſiæ S. Apollinaris Romæ Sanctitate Sua peracta.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Quomodo dedicatio Eccleſiæ S. Apollinaris peracta fuerit, enarratur.

PEracta a Nobis eſt Conſecratio Eccleſiæ S. Apollinaris, electo in Comminiſtrum Cardinale Gentili Epiſcopo Præneſtino, & univerſo Cardinalium adſtante Collegio. Sacris Ritibus, qui cum intra, tum extra Eccleſiam præſcribuntur, initium Nos ipſi dedimus, iſidemque ſupremam manum impoſuimus; quæ vero ab initio ad exitum intercurrunt opera, Cardinalis Comminiſter implevit, Ara Major Noſtro ſumptu erecta, Noſtris item manibus dicata eſt; nec alius, præter Nos, Græcas, Latinaſque Alphabeti Litteras ſuper cineres exaravit. Interim vero Cardinalis Conſocius, & Coadjutor, Pontificalibus indumentis ornatus, Faldiſtorio inſidens, expleto conſecrationis ritu, Miſſam ad Altare a Nobis pridem dicatum, de more celebravit; fas enim Epiſcopo conſecranti, Romano Pontificali id permittente Miſſam alteri Sacerdoti celebrandam committere, ſi pares ad id agendum ſuppetant vires; ut Nobis plane contigit, qui idcirco in privata Apoſtolici Palatii Noſtri Cappella ſacrum pridem obivimus. Quo item tempore ſolemnem Altaris Conſecrationem peregimus, Dilectus Filius Noſter Carolus Albertus Cavalchini primo Epiſcopus, mox Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, in Eccleſia Beatæ Virgini dicata, ac S. Apollinari Templo ita contermina, ut unum veluti Corpus cum illo conſtituat, Noſtro juſſu Altare Sacro Ritu initiavit.

Ratio adoiti in dedicatione Comminiſtri expo. nitur.

§. 2. Cumque ad Noſtram devenerit notitiam, prædictam methodum adhibitam, a nonnullis fuiſſe reprobatam; eo ſub obtentu, quod integra Eccleſiæ Conſecratio aut a Nobis fieri, aut integra Eccleſiæ Conſecratio aut a Nobis fieri, aut integra alteri demandari debebat, non inopportunum eſſe arbitrati in

mus, tibi, Dilecte Fili, in hac fæcunda epſtnla aperire conſilii Noſtri rationes, ob quas Eccleſiæ Sancti Apollinaris Cnnſecraticnem peregimus modn ſupra expoſito; tibi enim hac ipſa die aliam ſcripſimus ep.ſtolam de Eccleſiarum Cnnſecratione tractantem.

Dedicatinnum ritus in Eccleſia perantiqus, ac myſteriis refertur.

§. 3. Cardinalis Bona *Rev. Liturgicar lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. affirmat, Sacrum Eccleſias dicandi Ritum e veteri io novum Teſtamentum, atque ab Apoſtolis in eorum Succeſſnres tu lle *translatum*. Non eadem tamen Eccleſiæ d ſciplina in Conſecrationibus peragendis ubique ſemper obtinuit. Eulebius, qui veterem dedicatinoum Ritum exhibet, neque Benedictinnes aquæ luſtralis uſu, neque Cruces Sacro inungendas Chriſmate, unquam cnmmemorat: ex quo Dallæus *in Tract. adverſus traditiones Latinorum lib.* 3. *cap.* 15. perperam infert, ſacrns holce Ritus tunc temporis nondum obtinuiſſe: Imn vero Dallæo adhuc deteriot Joſua Arndius *in Lexico Eccleſiaſticarum antiquitatum pag.* 1085. non veretur aſſerere, veteres Eccleſiarum conſecrationes ſolis precibus, concionibus, atque hymnis fuiſſe inſtitutas: quam ſententiam ſibi adoptavit Gotofredus VVictus *de altaribus cap.* 11. *num.* 15. Hæc tamen, quæ ab Hæreticis inlano ore jactantur, inania ſunt, nec ulli ſubnixa fundamento. Si enim, ut ſcite ratincinatur Sineſius *in Epiſtola* 67. *pag.* 211. *juxta editiones Pariſien. anno* 1633. ſola precum prolatio par eſt ad Eccleſias dicand s, jam locus nullus, non Oppidum, non Caſtrum occurret, cui dedicatinnis prærogativa nun conveniat; quandoquidem vix, ac ne vix quidem ullus poterit inveniri locus in quo aliquæ preces, hymni, laudes ad Deum effu æ aliquando non fuerint. Quod igitur hac in re inuſſenſo pede affirmari poteſt, illud eſt, Eccleſiarum conſecrationes Sacrum Opus eſſe, quod ſolemni Ritu, precibus, aliiſque ab Eccleſia præſcriptis actionibus, Epiſcoporum miniſteria perficitur; quamvis lateat adhuc, quo primum tempore multiplices illi dedicationum Ritus inœperint. Vetuſtos tamen eſſe fateri oportet, ac refertos myſteriis, quæ a ſacris Noſtris Scriptoribus elucidantur; quo inter primns locn eminet undecimo Eccleſiæ ſæculo Ivo Carnntenſis *in Sermone* 4. *de Sacramentis Dedicationis* ubi de Crucibus, quæ Saero inunguntur Chriſmate, ſermnnem habens, ita loquitur: *De conſecrato Altari chriſmantur in parietibus illæ duodecim Cruces, quæ Typum gerunt Apoſtolicum; qui & primitias ſpiritus acceperunt, ut Crucis myſterium populis & gentibus manifeſtare ſtuduerunt.* De Crucibus item, ac de candelis, quæ coram iiſdem Crucibus in Eccleſiæ cnnſecratione accenduntur, diſſerit Gretterus *de Cruce lib.* 2. *cap.* 7. §. *Sacra hæc Dedicationis &c.*

Conſecrationem Eccleſiæ vel ab uno Epiſcopo, vel a pluribus inſimul perfici poſſe, ſcriptorum auctoritate comprobatur.

§. 4. Eccleſiarum conſecratio duobus modis peragitur: vel etenim ab unn conſecratur Epiſcopn; qund ut plurimum cnntingit, uti etiam adoptavit Vaneſpen. *Juris Eccleſiaſtici, par.* 2. *tit.* 16. *num.* 10. vel a pluribus inſimul Epiſcopis, Garnerius *in Notis ad lib. Diurn. Romanorum Pontificum tit.* 3. *cap.* 16. ea Textus verba expendens, *petique, ut eadem Eccleſia ſolemniter debeat conſecrari*, animadvertit, geminum conſecration s Ritum nbtinuiſſe, alterum quidem communem, quem unus nperabatur Epiſcnpus; ſnlennem alterum, ad qoem viciniores Epiſcopi conveniebant: *Obſerva*, inquit Garnerius, *geminum conſecrationis modum, communem unum, de quo ſuperiores formulæ, alterum ſolemnem, ad quem vicini Epiſcopi convocantur. Talis fuit dedicatio Baſilicæ, quæ Synodo ſecundæ Arauxicanæ cauſam dedit.* Conluendus in rem hanc Bellottus *de Ritibus Eccleſiæ Laudunenſis pag.* 859. *num.* 3. *& ſeqq.* Neque profecto credendum eſt, Eccleſiam ab unn Epiſcopo fuiſſe conſecratam, cæteris tantum aſſiſtentibus; cum certum ſit, omnes fuiſſe Comminiſtros, & omnes ſociam manum adhibuiſſe. Audiendus P. Martene *de antiquis Eccleſiæ Ritibus tom.* 2. *poſtremæ editionis Antuerpienſis lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. ita ſcribens: *Cæterum non ſolum ut ſpectatores, & teſtes, quod forte exiſtimabit aliquis, ſed ut Coadjutores, & Miniſtri, ad ejuſmodi Eccleſiarum Dedicationes convocabantur Epiſcopi; in quibus ſuas quique adimplebant.* Idem repetit Sacerdos Joſeph Catalani *in ſuis ad Romanum Pontificalem Operoſis Notis tom.* 2. *tit.* 2. *num.* 9. Ut hanc, quam tractamus, materiam magis adhuc illuſtret, eruditus Martene nonnulla prodiit ex

Digitized by Google

empla cuique consulenda; quibus Nos duo superaddimus, unum ex Venantio Honorio, cui etiam Fortunati nomen tribuitur, excerptum *in lib. 3. ad Felicem Episcopum de dedicatione suæ Ecclesiæ*, ubi Euphronium, Victorium, Donunlum, Domititanum, & Macarium consecrationis Comministros expresse nominat, quos omnes Episcopos revera fuisse probat Broverus *in Notis ad Venantii Honorii Opus lib. 3. cap. 4.* Alterum vero longe illustrius exemplum consecrationis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Valle, quæ contigit anno 1608. suppeditat d'Acherius *t. 6. Veter. edition. pag. 44.* ubi sic legimus: *Domnus VVillhelmus Carpentoratensis Episcopus, sive Dominus VVillhelmus Tolonensis Episcopus, moniti vice Domini Rostagni Aquensis Metropolitani Episcopi, anno Incarnati Verbi 1068. indict. 6. sub die 6. Idus Januarii hanc dedicaverunt Ecclesiam.* Idem exemplis quoque confirmatur.

§. 5. Concordant ipsorum Romanorum Pontificum gesta. In actis Concilii Rhemensis sub Leone IX. legitur, ab eo fuisse peractam consecrationem Basilicæ S. Rhemigii hoc, qui sequitur, modo: *Dominus Papa, convocatis Episcopis . . . . Rhemensem Archiepiscopum cum Lisojensi Episcopo ternam circuitionem cum Crucibus & Sanctorum Reliquiis, secundum Ecclesiasticum Ordinem, exterius constituit agere, ibique consecrationis officium adimplere; ipsi vero cum sibi necessaria reliquis remanens, interius Divini Tabernaculi sanctificationem strenue diligenterque exequitur.* Adduntur in eandem rem Romanorum Pontificum gesta, & primum Leonis IX.

§. 6. Gelasius II. consecravit Metropolitanam Ecclesiam Pisanam, &, uti legitur in Codice apud Ughellium *in Italia Sacra tom. 3. pag. 377.*, *consecrationi adjutores & consecratores interfuerunt quamplurimum Episcopi.* Gelasii II.

§. 7. Calixto II. facta fuit Ecclesiæ consecratio, de qua *tom. 4. Gallicæ Christianæ pag. 794. editionis anni 1656.*, & Pontifex consecravit *Altare Dominicum*, idest *Majus*, aliique tres Episcopi Ecclesiæ consecrationem perfecerunt *Tunc Pontificis ipsius jussu Ecclesiam dedicarunt.* Calisti II.

§. 8. Alia plura cumulari possunt exempla; sed iis omissis, sufficere posse videtur illud Summi Pontificis Urbani VIII, qui die 18. Novembris 1626. Basilicam Vaticanam consecravit. De hoc solemni Ritu loquuntur Bonanni *tom. 2. Numismatum Romanorum Pontificum pag. 574*, Paullus Alaleon Cæremoniarum Magister *in Diario*, ac Liber Turnarius Capituli S. Petri, qui in Archivo Basilicæ diligenter servatur. Omnium tamen accuratissimam historiam exhibet Diarium Vaticanum a Sacerdote Francisco Speroni Romano ejusdem Basilicæ Manionario, concinnatum, quod inter manuscripta celebris Bibliothecæ, quam Cardinalis Renatus Imperialis in publicam Eruditorum institutit utilitatem, numeratur. Ita vero in hujusce Diarii *pag. 353.* rei series attexitur. Summus Pontifex Porticus Ecclesiæ benedictionem exorsus, sed Cardinalibus Episcopali charactere insignitis, nimirum Ginnasio, Peretto, Madruzzio, Sabellio, Lanti, ac Leni demandavit, ut extimos Templi parietes circumirent, ac illis benedicerent; quod in ea, quæ cuique obtigerat, Molis parte peractum est. Pari methodo, ut legimus *pag. 359.* interioribus Ecclesiæ muris collata benedictio; unam siquidem Templi partem ipsemet Pontifex dicandam suscepit; aliam vero sex iisdem Cardinalibus perficiendam reliquit. Ab Altaris consecratione Urbanus abstinuit; jam enim, ut in Alaleonis Diario, & Basilicæ Vaticanæ adnotatur, Clemens VIII. Urbani Prædecessor Aram maximam Vaticani Templi consecraverat. Urbani VIII. in dedicario ne Basilicæ Vaticanæ.

§. 9. Quodque notatu dignum est, apud Scriptores Moralis Theologiæ adeo certa est Ecclesiarum dedicatio plurium Episcoporum ministerio obeunda, ut nullam de ea instituant dispensationem; sed ea supposita & admissa, ad alias quæstiones progrediantur. Quærunt hi apud Henriquez *de Indulgentiis cap 31. §. 2.*, an Episcopi, qui ad unum idemque dedicationis opus perficiendum conveniunt, Indulgentiam dispensare possint majorem, & potiorem ea, quam unus Episcopus consecrationis Minister conferre solet, anni scilicet unius, iis, qui consecrationis die, aut dierum quadraginta, iis, qui anniversario dedicationis die recurrente, Ecclesiam visitaverint, *ex cap. Cum ex eo, §. Ad hæc, de pœnitentiis & remissionibus, & cap. ad hæc, eod. tit, in sexto.* Porro hæc Theologorum disquisitio Moralium Theologorum consensus accedit.

ſitio conſecrationem Eccleſiarum plurium Epiſcoporum opere peragi poſſe, non tam affirmat, quam præſupponit: uti bene obſervat Paſqualig. *de ſacrificio novæ legis quæſt. 514. numer.* 3. ubi propoſita quæſtione, an poſſit Eccleſia conſecrari a pluribus Epiſcopis, retentaque affirmante opinione, hæc habet: *Secunda ſententia aſſerit, poſſe conſecrari a pluribus Epiſcopis ſimul concurrentibus ad conſecrationem. Ita ſupponunt potius, quam diſputent, plures Doctores, dum quærunt, an, quando plures Epiſcopi conſecrant Eccleſiam, poſſint ſinguli concedere illum annum Indulgentiæ, quam poteſt concedere, quando unus tantum conſecrat.*

Munus benedicendi, ungendique Cruces inter plures Epiſcopos conſecrantes partiri fas eſt.

§. 10. Non ab uno ergo tantum, ſed a pluribus Epiſcopis ejuſdem Eccleſiæ dedicatio fieri poteſt. Sed, cum adhuc examinandum ſuperſit, ut in hypotheſi, in qua a pluribus Epiſcopis ejuſdem Eccleſiæ fieret dedicatio, alter ex eis ſolus duodecim juxta morem Cruces benedicere & ungere debeat, vel hoc miniſterium inter eoſdem dividi poſſit, ita ut decem ex. gr. Cruces ab uno conſecrari poſſint, & reliquæ duæ ab altero, quemadmodum a Nobis factum eſt in conſecratione Eccleſiæ Sancti Apollinaris, in qua decem Cruces a Cardinali Epiſcopo Comminiſtro, & reliquæ quæ a Nobis ipſis conſecratæ ſunt, alia ſubdimus exempla, quæ ſuadent, licite fieri poſſe quidquid a Nobis factum, & modo expoſitum eſt.

Urbani exemplum in id affectus.

§. 11. Urbanus Papa II. ſæculo undecimo Eccleſiam Majorem conſecravit Monaſterii Turonenſis, Sacri Ritus hiſtoriam deſcribit Anonymus apud Patrem Mabillonium *tom.* 5. *ſuorum Annalium pag.* 364. *Editionis Pariſienſis anno* 1713. Ea vero ſic habet Rodulphus Turonenſis Archiepiſcopus, Urbani juſſu, Sanctorum Reliquias, quæ ad Eccleſiam translatæ fuerant, ſub Altari collocavit. Ita textus Anonymi: *A Rodulpho Turonum Archiepiſcopo, ſub Dominico Altari, jubente Papa (Reliquiæ) fuerunt collocatæ.* Eodem die Summus Pontifex una cum Rangerio Rhegienſi Archiepiſc. Comminiſtro, Græcum ac Latinum Alphabetum conſcripſit, Cruces inunxit, ac poſtremo Aram dicavit. *Qua die idem (Pontifex)* ita proſequitur Anonymus, *cum Rangerio Archiepiſcopo Rhogienſi duplex Alphabetum Græcum & Latinum in Baſilica deſcripſit, & ipſius Baſilicæ parietibus Crucis ſignum ex oleo impoſuit, atque Altare Crucifixi ſacravit.* Si ergo Pontifex una cum Archiepiſcopo Alphabetum exaravit, ſi Cruces inunxit, oportet fateamur, aliquas Alphabeti Litteras, atque e Crucibus nonnullas, ipſius Archiepiſcopi manu fuiſſe obſignatas. Ita namque ipſa textus docet Littera; ita hiſtorica ſuadet narratio, quæ Sacros Ritus a Pontifice, atque Epiſcopo conjunctim peractos, ab iis ſegregat, quos Pontifex, nullo in Comminiſtrum adhibito, ſolus perfecit. Hi vero ſic ab Anonymo explicantur: *Denique Pontifex ipſe Dominicum Altare, in quo ineffabile Corporis Chriſti Sacramentum cum multis Sanctorum Reliquiis collocatum eſt, ipſamque Baſilicam conſecravit in honorem Sanctæ Crucis, ac Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ.*

Alterum Urbani III.

§. 12. Urbanus Papa III. in diſtrictu Veronenſi Eccleſiam dedicavit Sancti Juliani de Lepia, ſeu Lepida. Duo Altaria in ea dedicatione conſecrata fuerunt: unum in Cappella ſubterranea Sanctæ Mariæ; aliud in Eccleſia ſuperiore Sancti Juliani. Inter Pontificem, & alios duos Epiſcopos Comminiſtros miniſteria diviſa ſunt, & Epiſcopi Cruces benedixerunt & unxerunt: cumque id alio modo peragi non potuerit, niſi alter ex Epiſcopis aliquas Cruces, & alter alias benedixerit; ſi enim alter Crucem unxiſſet, & alius verba benedictionis protuliſſet, vel alter benedixiſſet & unxiſſet eamdem Crucem, quam alius benedixerat, & unxerat, res undequaque abſona, & ritibus Eccleſiæ adverſa fuiſſet. Exemplum hoc ſatis aptum eſſe videtur rei, de qua nunc agitur, & ut oſtendatur, non novum eſſe, ut in dedicatione Eccleſiæ, quæ fiat a plurib us Epiſcopis, miniſterium etiam benedictionis & conſecrationis Crucem inter eos modo prædicto dividatur.

Monumentum dedicationis Eccleſiæ S. Juliani ab Urbano III. peractæ.

§. 13. Ughellus *tom.* 5. *Italiæ Sacræ pag.* 868 Inſtrumentum exhibet dedicationis memoriæ Eccleſiæ Sancti Juliani. En ejus verba: *D. Jonathas Concordienſis Epiſcopus, & D. Aldemarinus Xantorenſis Epiſcopus . . . intraverunt in ſupraſciptam Eccleſiam, & fecerunt aquam benedictam cum ſale, cinere, & vino, & ſanctificaverunt Altaria B. Mariæ Virginis, & S. Juliani Martyris cum a-*

quæ

i benedicta, & iverunt de intus per circuitum ſupraſcriptæ Eccleſiæ tribus ibus, & fecerunt fieri quadrivium in prædicta Eccleſia cum cinere, & ſcripſerunt litteras quadrivior de cinere, & unxerunt pedes prædictorum Altarium, menſas cum oleo exorcizato, & Chriſmate, & fecerunt duodecim Cruces deus per circuitum iſtius Eccleſiæ. Deſcribitur deinde delatio SS. Reliquiarum Eccleſiam, & poſtremo hæc adduntur: *Illo facto, D. Papa conſecravit, & firmavit propriis manibus Altare Sanctæ Mariæ, quod eſt intus Truina, cum iſmate, & collocavit de Reliquiis prædictis in Altari, & confirmavit menaltarium cum oleo & Chriſmate, fecit ardere quinque grana Incenſi ſuper ilmenſam, & præcepit Epiſcopo Concordienſi, ut collocaree Reliquiar S Jui cum aliis Reliquiis in Altare, quod eſt foris, & conſecraret illud in homi Sancti Juliani, qui ſtatim fecit præceptum Domini Apoſtolici.* Hicque per ſſennam adnotare fas ſit, *Truinæ* nomen, cujus du Cangius non meminit *in Gloſſario*, ſignificare inferiorem Cappellam ad Sepulchra Sanctorum: in ſupra to quippe Inſtrumento Altare S Juliani, quo erat *Foris*, contraponitur Al- S. Mariæ *intus in Truina*. Interpretationem confirmat inſcriptio ad ſepulm SS. Benigni, & Chari in Agro Veronenſi, quam exhibet Ughellius *tom.* ag. 864. B. *anno Domini* 1214. *Indic.* 13. *de Menſe Maii . . . . incæptum opus huius Truinæ, & eodem anno perfectum. & de menſe Novembris Pater D. Fr. Theobaldus Dei gratia Epiſcop. Veronenſis diligenter repoſuit quias, ſeu Corpora SS. Benigni, & Chari &c.* Derivatur forte a Trua, , apud Varronem, ſubterraneum meatum, ſeu cuniculum ſignificat ad exandas aquas; ex qua, *Truinæ* ſubteranenum ſpecus, *Naſcondiglio*. Hinc in Sancti Cæſarii Arelatenſis *truere*, pro *abſcondi*, legitur *lib.* 1. *num.* 26.: *lle publica voce, elevatis oculis, & manibus in Cælum, dixit: Domine Jeriſte, ne in locum ultra Apri acceſſum habeant; & eadem hora uſque in entem diem nunquam ibi truerunt*: ideſt *abſconditi ſunt*; quamquam Mabilis interpretetur; *deſtruxerunt*: & ejus ſocii Maurini Patres, *inventi ſunt*, uir antiquo Gallico *invenire*.

Truinæ nomen quid ſignifice, explicatur.

14. Qui dedicationis materiam tractant Morales Theologi, pari fere meo Eccleſiarum conſecrationem, atque ſacramentorum naturam explicant; ion niſi in latiori quadam ſignificatione Eccleſiarum dedicatio Sacramentis netetur; quatenus ſcilicet aut Cœleſtis Templi, aut animæ, quam gratia fi:at, ſignum eſt myſticum. Itaque docent, Sacrum Chriſma, quo Cruces ,untur, conſecrationis materiam eſſe; formam vero conſtituunt in hiſce verquæ in ipſa Chriſmatis unctione proferuntur; *ſanctificetur, & conſecretur 'emplum in nomine Patris, & Spiritus Sancti*; nec diffitentur, Eccleſiæ cratione ab Archiepiſcopo una cum Suffraganeis perfici poſſe; modo unus, que ſit Archiepiſcopus, qui & Cruces inungit, & formam pronunciat. ſlendus Cleticatus *de Sacrificio Miſſæ deciſion.* 41. *numero* 24. *& ſequen-*

Morales Theologi pari fere ratione Eccleſiarum conſecrationem & Sacramentorum naturam explant.

15. Nolumus hic ſententiam modo propoſitam de materia, & forma dedica- Eccleſiarum impugnare. Illud tantum addimus, fieri aliquando poſſe, ut ipſa Sacramentorum adminiſtratione, ſi partes ſubjecti ab invicem ſejunnt, uni parti ab uno Miniſtro, alteri ab altero, materia ac forma ſeorſim etur, & validus & licitus ſit actus. In Eccleſia Græca Extremæ Unctio. icramentum a pluribus Sacerdotibus adminiſtratur, de quo plura apud Ar. n *de concordia Eccleſiæ Occidenatalis, atque Orientalis lib.* 3. *cap* 6., & hodie modus hic adminiſtrationis Sacramenti Extremæ Unctionis admitti. ro ad Italo Græcos, dummodo credant, illud Sacramentum, ſervata debiteria & forma, ab uno Presbytero valide & licite confici, ut in Noſtra tutione *Etſi Paſtoralis, la* 57. §. 5. *num.* 3. & 4. *Bullalii Noſtri tom.* 1. eleſia quoque Occidentali hoc ipſum olim factum fuit, quemadmodum legi in Noſtro Tractatu *de Synodo Diœceſana lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 3. & veriadmodum eſt, rem tunc ſic peractam fuiſſe, ut idem organum ſenſus uerit a pluribus Sacerdotibus inunctum, nec unus Sacerdos materiam ſenſui

Plures Comminiſtri Sacramentum Extremæ Unctionis valide conferunt.

ap-

applicaverit, & alter super eo formam protulerit, sed quod singuli diversos sensus unxerint, & verba unctioni correspondentia effuderint. Legi possunt Chardont *in Historia de Sacramentis tom. 4 cap. 1. de Sacramento Extremæ Unctionis*, Cardinalis Gottus *in Theologia Scholastico Dogmatica tom. 4. in 3. part. D. Thomæ, tom. 15. Operis quæst. 3. de Ministri Extremæ Unctionis dub. 2. §. 2. num. 12.* Benedictus de Gaetanis *in Tractato de suprema Unctione cap. 11. in fine*. Favet modus hic administrationis Sacramenti Extremæ Unctionis, Ecclesiarum dedicationi, in qua alter ex Episcopis aliquas Cruces inungat, & insimul preces proferat, & alter alias Cruces inungat, easque inungendo, super ipsis effundat, proferatque preces; quemadmodum bene argumentatur Pasqualig. *de Sacrificio novæ Legis quæst. 514. nnm. 6.* Quod si subdatur, modo in Ecclesia Occidentali ab uno tantum Presbytero valide & licite administrari Sacramentum Extremæ Unctionis; id libenter admittetur, cum sic in Ritualibus Ecclesiæ statutum sit; dummodo tamen admittatur, quod, legitima concurrente causa, etsi Ritualia obstent, nedum valide, sed etiam licite hodie in Occidentali Sacramentum Extremæ Unctionis administretur a pluribus Sacerdotibus, quorum unus unum organum sensus inungat, proferatque formam, aliique idem præstent super aliis sensuum organis: quod satis est pro re, de qua nunc agitur. Si aliquæ partes jam fuerint unctæ ab uno Sacerdote, qui ob morbum deficiat, potest alter Sacerdos unctiones reliquas prosequi; in quo, licet dividatur ministerium, adhuc valide & licite conficitur Sacramentum. Ita expresse S. Thomas *in 4. Sentent. dist. 23. quæst. 1. artic. 1. quæstiuncula 2. ad 3. Dicendum, quod, quamvis in Eucharistia, si post consecrationem Panis moriatur Sacerdos, alius Sacerdos possit ad consecrationem Vini incipere, ubi ille dimisit, vel etiam incipere a capite super aliam materiam; tamen in Extrema Unctione non potest a capite incipere, sed debet semper procedere, quia unctio bis in eadem parte facta tantum valet, ac si consecraretur bis eadem Hostia, quod nullo modo faciendum est*: Ita etiam Durandus ibi *quæst. 1.*, Petrus de Palude *quæst. 2. in fine*, Sotus *quæst 1. §. Aliud tamen*, Suarez *tom. 4. in 3. part. disput. 43. sect. 2. num. 4. & 5.*, alleiens, esse communem sententiam; Toletus *lib. 7. cap. 2. num. 3.* Ludovicus Meratius *tom. 3. de Extrema Unctione sect. 1. num. 4.* atque ita fieri statuisse Ecclesiam, scribit Platelius *cap. 3. num. 471. tom. 7.*, ubi forte nomine statuti Ecclesiæ, intelligit generalem consuetudinem. Posse etiam modo dicto dividi unctiones inter duos Sacerdotes ob instans periculum vitæ infirmi, ut sic citius ungatur, non pauci Theologi admittunt, Toletus, Suarez *nnm. 8.* alios citans; in quo casu, Sacramentum esse validum pro certo affirmat: *Quia*, ait, *unitas personæ ministrantis non est essentialis*; negat vero extra necessitatem licite fieri, quia contra usum Ecclesiæ. Concordat Cardinalis de Lauræa *in 4. sentent. tom. 3. disp. 21. art. 9. num 114.*, cui Nos etiam adhæsimus in citato Tractatu *de Synodo Diœcesana lib. 7 cap. 19. num 5.*

Resolutionem in Causa Ulyssponen. a Congregatione Rituum editam, non obstare, demonstratur.

§. 16. At repones, fuisse olim a Congregatione Rituum resolutum, Consecrationem Ecclesiæ ab uno Episcopo inchoatam, si ex aliqua causa non perficiatur ex improviso casu, debere ab alio Episcopo denuo inchoari & perfici. Resolutio edita est in causa *Ulyssiponensi* die 12. Aprilis 1614., ex qua intulit Episcopus Pax Jordanus *tom. 1. Lucubrat. lib. 5. tit. 9. num. 7.*, unum & solum Episcopum debere totam consecrationem perficere. Resolutio, de qua mox sermo habitus est, refertur a Barbola *in Collect decis. Apostolic. verb consecratio*. At idem Barbola alibi, *part.* videlicet 2. *Juris Ecclesiastici lib. 1. cap. 2. num 52.* factum narrat, cujus occasione declaratio emanavit. En ejus verba: *Cum in Diœcesi Ulyssiponensi quidam Suffraganeus Archiepiscopi, de ejus ordine & mandato, Ecclesiam quamdam consecrare inceperit cum omnibus Cæremoniis descriptis in Pontificali Romano, & circa medium consecrationis improviso accidenti correptus ipse Episcopus defecerit, & Ecclesiæ Consecrationem perficere non potuerit: pro parte ipsius Archiepiscopi a S. Rituum Congregatione quæsitum, an ab alio Archiepiscopo Ecclesiæ prædictæ incœpta Consecratio continuanda sit, vel potius de novo inchoanda? Quæ quidem S. Congregatio commisit prius hujusmodi articuli exa-*

mina-

ationem Illuſtriſſimo E. Cardinali Bellarmino: qui in alia Congregatione ſenten. ſuam declaravit, poſſe utroque modo ſine ſcrupulo fieri, nempe, vel novo oare a principio, vel ipſam cœptam continuare, & perficere: ſed melius videri, ut de novo ab alio Epiſcopo inchoaretur &c. Et proſequitur narran- quod ſub die 12. Aprilis propoſito dubio in Congregatione ordinaria, S. C. uit, iterum totam Eccleſiam a principio conſecrandam, quia credebatur Epi- us defeciſſe antequam ullam Crucem inungeret.

Cœpta præ. dem conſecrationis partes non poſſunt cum extremis, ſi longum intercedat temporis intervallum, in ullam & integram conſecrationem coaleſcere.

17. Cenſuit ergo Cardinalis Bellarminus, Conſecrationis partem ab Epiſco- eficiente factam, poſſe ſine ſcrupulo continuari cum ea, quam ſecundus pro- eretur Epiſcopus. Addidit deinde, fore melius, ſi Conſecratio de novo ab Epiſcopo inchoaretur, prout etiam Congregatio cenſuit: non quia timuerit, iplicitatem Miniſtri obſtaturam valori Conſecrationis, ſed quia in caſu pro- o notabiliſſima intercedebat temporis interruptio; erat enim expectanda Con- ationis reſponſio, quæ nonniſi poſt aliquot menſes ad Archiepiſcopum Ulyſip- nſem poterat pervenire. Concurrente autem notabili temporis intercapedine, es Conſecrt. factæ nedum a duobus Epiſc. ſed etiam ab uno & eodem, coa- ere non poſſunt in unam & integram Conſecrat. idque facit, ut Conſecratio debeat perinde ac ſi numquam cœpta fuiſſet; uti docent auctores ipſi, qui ittunt, plures Miniſtros concurrente legitima cauſa, poſſe inungere infirmum infirmorum: quemadmodum videri poteſt apud Ludovicum Meratium *tom. Sacramentis diſput.* 10 *de Extrema Unctione num.* 8., nec non concordant qui admittunt, dedicationem Eccleſiarum fieri poſſe a pluribus Epiſcopis, iadmodum legi poteſt apud Paſqualigum *de Sacrificio novæ Legis quæſt.* 514. 9.

Quid in cauſa fuerit cur Pontifex in dedicatione Templi S. Apollinaris, non ómnes ſolus Cruces benedixerit & conſecraverit.

18. Quod ſi quæratur, qua de cauſa, Nobis annuentibus, decem priores es fuerunt in Conſecratione Eccleſiæ Sancti Apollinaris benedictæ & con- tæ a Cardinali Epiſcopo Comminiſtro, & ultimæ duæ a Nobis; ingenue ndebimus, de noſtrorum genuum ſtabilitate timuiſſe in toties repetito aſcen- : deſcenſu per ſcalas, etſi tali nunquam timore fuerimus correpti, dum in i ætate conſtituti Eccleſias in Diœceſi & Civitate Bononienſi conſecravimus, ſemper ſoli peregimus. Sed quæ in una ætate fiunt, in alia fieri non poſ-

En tibi, Dilecte Fili, tota rei ſeries, poſt quam tibi tuisque Confratribus lolicam Benedictionem impertimur.

Dat. 16. Nov. 1747. Pont. anno IX.

itum Romæ apud S Mariam Majorem die 16. Novembris 1748. Pontificatus ri Anno Nono.

LETTERA CIRCOLARE

i Sagra Congregazione della Diſciplina, diretta a' Superiori Regolari d'Ita. , e dell' Iſole Adjacenti, ſopra il dubbio; ſe li Confeſſori Regolari, non rati, ſiano obbligati ad intervenire alla Conferenza dei Caſi Morali, ordi- ta dalli Veſcovi nelle loro Dioceſi?

Occaſione alla diſputa.

LTRE *volte è ſtata eſaminata nelle Sagre Congregazioni l' Iſtanza di alcu- ni Veſcovi, di potere aſtringere i Confeſſori Regolari, non Curati, a dove tervenire alla Conferenza de' Caſi Morali, da detti Veſcovi in certi giorni Settimana deſtinati, e varie furono le Riſoluzioni, ſecondo la diverſità de ſi, i quali nelle medeſime furono propoſti. Eſſendoſi poi conoſciuto il pregiu- che recava all' Oſſervanza della Diſciplina Regolare il dovere aſſiſtere alla Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di loro Clauſtrali, e l' abuſo, che ſi era introdotto tra i Confeſſori ſuddetti, i qua- preteſto di dovere aſſiſtere alla detta Conferenza, non volevano indi inter- e all' altra ſtabilita dalla ſa. me. di Clemente VIII., e dalle loro Coſtituzio- ntro i Chioſtri: per poterſi in tanto dare l' opportuno rimedio a queſti inconve- nien-*

nienti, molti Procuratori Generali, ſpecialmente quelli de i Minori Conventuali, hanno ſtimato coſa neceſſaria il dover far ricorſo in queſta S. C. della Diſciplina, per poterne ſentire la finale riſoluzione, colla quale ſi poteſſero in avvenire togliere i contraſti. Riferitaſi perciò queſta Cauſa in eſſa S. C. dall' Eminentiſſimo Signor Cardinal Guadagni Prefetto della medeſima ſotto il ſeguente Dubbio:

Dubbio propoſto in Congregazione della Diſciplina Regolare.

Se li Confeſſori Regolari, non Curati, ſiano, o non, obbligati ad intervenire alle Conferenze de i Caſi di Coſcienza da i Veſcovi nelle di loro Chieſe Secolari ſtabilite?

Riſoluzione del medeſimo.

§. 2. *Et eſſendoſi, prima di dare la riſpoſta al Dubbio ſuddetto, conſiderato, che queſta materia era ſtata già magiſtralmente eſaminata, e riſoluta a favore delli Regolari nella S. C. del Concilio, nel tempo, in cui la Santità di Noſtro Signore* PP. BENEDETTO XIV. *era Segretario della medeſima, in una Cauſa d' Acquapendente = Viſitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718., inſerita nella Notificazione 15. = al §. De i Confeſſori Regolari, nel Com. 3. delle Notificazioni, & Editti della Santità Sua, quando era Arciveſcovo di Bologna. Fu di comun conſenſo riſpoſto al Dubbio ſuddetto nel dì 29. Maggio del corrente Anno 1752.*

Negative, & dantur Decreta alias in re hac emanata. Scilicet., a S. C. Concilii in una Aquipendii Viſitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718. & in Foroſempronien. 12. Maji 1685. *Riferita nel Foglio della citata Cauſa d' Acquapendente.* Et ex S. C. ſuper ſtatu Regularium, in una Maceraten 15. Januarii 1681. *Quali tutte ſi danno per extenſum nel fine della preſente Lettera.*

Provvedimenti per far tenere ai Regolari la lezione di Morale, e per far loro oſſervare il Decreto di Clem. VIII

§. 3. *Paſsò poi eſſa S. C. nel dare l' opportuno Provedimento ſopra l' abuſo introdotto in alcuni Conventi, ne i quali o per negligenza, o per ignoranza de i Decreti ſuddetti, non vi ſi tiene la lezione della Morale, nè vi ſi fanno le Conferenze de i Caſi giuſta il Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Coſtituzioni Regolari, con ordinare, ſiccome colla preſente ordina a tutti i Superiori Regolari d' Italia, e delle Iſole adjacenti, l' eſatta, e puntuale oſſervanza del citato Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Coſtituzioni circa la Lezione della Morale, e la Conferenza de i Caſi di Coſcienza, da farſi impreteribilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine, tanto in quelli nelli quali vi è la ſufficiente Famiglia di Religioſi, quanto ne i piccioli Conventi, dove però vi ſono Confeſſori Regolari approvati da i Veſcovi per aſcoltare le Confeſſioni dei Secolari. E coll' eſpreſſa condizione, che qual' ora dentro i Chioſtri non veniſſero eſeguiti ad unguem i Decreti di Clemente VIII., e le Coſtituzioni del loro Ordine, le quali preſcrivono la Lezione della Morale, e la Conferenza dei Caſi di Coſcienza, da farſi dentro i loro Conventi, e Monaſteri, in detto caſo ſiano tenuti, ed obbligati i Confeſſori ſuddetti Regolari d' aſſiſtere, & intervenire alla Conferenza dei Caſi ſtabilita dai Veſcovi. S' incarica intanto a' detti Superiori Regolari, di fare eſeguire quanto nella preſente Lettera ſi contiene, acciò con effetto veſtaſſero adempiti i Decreti di Clemente VIII., e le Coſtituzioni dei loro reſpettivi Ordini, le quali hanno preſcritta, e ſtabilita la detta Lezione di Morale, e Conferenza di Caſi, come un Punto principale dell' oſſervanza della Regolare diſciplina dentro i Chioſtri: E di dover traſmettere la preſente Lettera in tutti i loro Conventi, e Monaſteri, con farla ivi leggere due volte l' anno, tenerla affiſſa nel luogo ſolito, e regiſtrarla nelle loro Segretarie, acciò non ſi poſſa allegare cauſa d' ignoranza in contrario. Per eſſere così, e non altrimente, l' intenzione di Noſtro Signore, a cui eſſendo ſtata fatta da Monſignor Segretario la Relazione di tutto il contenuto nella preſente Lettera, ſi è benignamente degnato di approvarlo, e di confermarlo. Dato dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto dì 8. Novembre 1752.*

P. G. A. Card. Guadagni Prefetto.

F. Solazzi Arciveſcovo di Tebe Segretario.

DE-

Digitized by Google

DECRETUM

SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII

In una Aquipendii Visitationis Sacrorum Liminum editum 22. Martii 1718.

IN relatione Status Ecclesiæ, de more ab Episcopo Aquipendii ad hanc Sacram Congregationem transmissa, legitur, ab eodem institutas fuisse in sua diœcesi Conferentias, sive Congregationes pro discutiendis Casibus Conferentiæ, quæ singulo quoque Mense coguntur, cuique diligentissime interveniunt omnes Parochi, & Sacerdotes, quibus fidelium Sacramentales Confessiones commissæ sunt, & reliquus Ecclesiasticorum Cœtus. Decret. S. Congreg. Conc. de quo sup.

In eadem Relatione habetur, quatuor esse Conventus Regularium in Civitate Aquipendii, Augustinianorum videlicet, Minor. Conventualium, & PP. Minorum Observantiæ, & Religiosos in iisdem degentes sæpe sæpius non esse in numero a Sanctionibus Apostolicis præscripto.

Rursus in citata legitur Relatione, alios quinque esse Religiosorum Conventus in Diœcesi, duos PP. Minorum Observantiæ, alterum in Terra Canini, alterum in Terra Farnesii, ubi pariter extitit Conventus Capuccinorum: quartus Conventus Fratrum illæ Servorum B. M. V., qui est in Terra Ischiæ; & postremus est Conventus Carmelitarum in Oppido Cellularum, qui est Episcopali Visitationi subiectus.

Tandem in Relatione, aliis prætermissis dubiis, quæ specialem non merentur discussionem, proponit Episcopus, an, Regularibus, qui suorum Subditorum Confessiones audire cupiunt, liberum sibi sit & licitum, conditionem in concedendis facultatibus injungere, interessendi videlicet mensfruis Disceptationibus, & Congregationibus Casuum Conscientiæ?

Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non esse novum: clar. etenim mem. Card. de Luca in adnotationibus ad Concilium Tridentinum (discurs. 2. num. 22. *dixit, id futurum esse maximopere proficuum, tum, ut Episcopus perfectas habeat opiniones omnium suorum Confessariorum, tum, ut quantum possibile est, uniformis sit Confessariorum doctrina in materia morum, & signanter contractuum, in qua sæpe sæpius Theologi dissident a Theologis, & a Canonistis*: quibus addi posset, *Collationem hanc omnium Confessariorum, tam Sæcularium, quam Regularium, futuram esse non inutilem pro animarum unione; juxta ea, quæ habentur* in actis Ecclesiæ Mediolanensis tom. 2. part. 4. in Instruct. Confess. pag. 647. Ideo Regularium Superiores Confessarios suos sæpius moneant, & ad hanc animorum unionem in Fidelium ædificationem adhortentur, curentque in primis, ut dum in Casuum resolutione, diversa inter eos, & Parochos sententia fuerit, prudenter in eos se gerant, & ad Laicorum notitiam id non veniat, sed ad Nos pro Decisione recurrant.

Negative e contra favent opinioni ea, quæ sequuntur. Primo, quod Episcopus Confessariorum Regularium Doctrinam perfectam habere potest in examine, quod illorum approbationem præcedit, ad terminos Sacri Concilii Trident. sess. 23. cap. 15. de Reform. *Secundo, quod in Decretis pro Reformatione Regularium editis a Clemente Octavo præscribitur, quod in singulis Monasteriis, & Conventibus bis in hebdomada habeatur lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum Conscientiæ, ad quam Fratres omnes convenire tenentur: Tertio, quod hic in Urbe, in lectem & septem Conventibus fiunt Congregationes Casuum Conscientiæ, illisque interveniunt Parochi tantummodo, & Confessarii ex Clero Sæculari, non vero Regularas, in quorum Conventibus prædictæ casuum lectiones habentur; Quarto tandem, quod ab hac Sacra Congregatione die 22. Maji 1685., uti habetur* lib. Decretorum 35. fol. 258., *prodiit hæc resolutio in quadam Causa Forosempronien. Accessus ad Congregationem Casuum Conscientiæ.*

Epiſcopus exponit, in Civitate Foroſempronien. duo adeſſe Regularium Cœnobia, unum ſcilicet Minorum Conventualium S. Franciſci, alterum vero Barnabitarum, quæ propter exiguum Religiolorum numerum inibi degentium, ſubjecta ſunt juriſdictioni Ordinarii ex Decreto San. mem. Innocentii X. incipien., *Ut in parvis*, & licet dicti Religioſi hujuſmodi ſubjectionem agnoſcant, atque patiantur, quo tamen ex eis Sæcularium Confeſſiones, eodem Ordinario approbante, excipiunt, ad Congregationem Caſum Conſcientiæ, quæ ſingulis Menſibus habetur, cuique Confeſſarii omnes interſunt, accedere renuunt; quo circa petit declarari, an prædictos Confeſſarios Regulares cogere poſſit ad intereſſendum præfatæ Congregationi Caſuum Conſcientiæ? Sacta Congr &c. Reſpondit: Negative.

His poſitis, onus erit EE. VV.

An in caſu, de quo agitur, permiſſum eſſe valeat Epiſcopo concedendi Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confeſſiones Sæculatium, injungete, ut interſint Congregationibus Caſuum Conſcientiæ?

Negative: & decretum in Foroſempronien. 12. Maji 1585.

DECRETUM

SACRÆ CONGREGATIONIS

Super Statu Regularium in una Macetaten. 15. Januir. 1682. editum.

Alterum S. Cong. ſuper ſtatu Regularium.

CUM Conventus ſuppreſſi, & poſtea reſtituti, in quibus non degunt de Familia duodecim Religioſi, ſint vigore Decreti: Ut in parvis *ſel. rec. Innocentii X. ſubjecti Viſitationi, correctioni, & omnimodæ Juriſdictioni Ordinariorum Locorum, contigit dubitari, an Religioſi Confeſſores, & non Parochi, in hujuſmodi Conventibus degentes, compelli poſſint ab eiſdem Ordinariis, ut accedant ad Conferentiam Caſuum Conſcientiæ?*

Propoſito hoc Dubio in Sac. Congregatione ſuper Statu Regularium habita in Palatio Vaticano die 15. Januarii 1682., Eminentiſſimi PP. cenſuerunt, Ordinarios Locorum poſſe quidem hortari, non autem compellere prædictos Religioſos Confeſſores, non Parochos, ad accedendum ad Conferentiam Caſuum Cpnſcientiæ.

DECRETUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

IN CAUSA

POLONA, SEU LUCEORIEN.

Beatificationis, ſeu declarationis Martyrii Ven. Servi Dei ANDREÆ BOBOLA *Sacerdotis Profeſſi Societatis Jeſu.*

Dubium primo in Congreg. Rituum propoſitum.

PRopoſita in Congregatione Generali Sacrorum Rituum coram Nobis habita die 13. Maji 1749. Cauſa Beatificationis, ſeu Declaſationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Profeſſi Societ. Jeſu, diſputatoque dubio ſequentibus verbis concepto = *An conſtet de Martyrio, & cauſa Martyrii, nec non de Signis, ſeu Miraculis, in caſu, & ad effectum &c.* = ſequens a Nobis editum fuit reſponſum die 22. ejuſdem menſis, & anni: *Non conſtare* videlicet *de Martyrio, & cauſa Martyrii, per probationes directas, per Teſtes videlicet*

de

de viſu conteſtes idoneos, & aptos, juxta Congregationis praxim, & Sedis Apoſtolicæ inſtitutum. Sed inſimul Poſtulatoribus conceſſum eſt, ut in alia Generali Congregatione dubium ſupradictum iterum proponere poſſent, & Cauſam, in eo quod attinet ad Martyrium, & cauſam Martyrii, proſequi per viam ſubſidiariæ probationis in ſuo genere perfectæ: & in eodem ſupradicto reſponſo nonnulla alia addita fuerunt, quæ fuerant a Poſtulatoribus omiſſa, & quæ demandatum fuit, ut ab iiſdem ſuppleterentur. Ejudem reſolutio.

§. 2. Ad prædicti reſponſi tramites, derelicta a Poſtulatoribus via directa probationis, aliaque inita ſubſidiariæ probationis ſuper Martyrio, & cauſa Martyrii, cæteriſque adamuſſim adimpletis, quæ adimplenda in ſupradicto reſponſo præſcripſeramus; cum in alia Congregatione Generali Sacrorum Rituum coram Nobis habita die 26. Novembris 1754. ab ipſis fuerit iterum propoſita Cauſa Beatificationis, ſeu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Profeſſi Soc. Jeſu, & iterato fuerit diſputatum dubium = *An conſtet de Martyrio, & cauſa Martyrii, nec non de Signis, & Miraculis in cauſa &c.* = etſi ante acceſſum ad Congregationem tum Scripturæ Poſtulatorum, tum etiam Conſultorum omnium ſuffragia, Nobis juxta morem ſcripto exhibita, a Nobis diligenter perlecta fuiſſent, & ſingula rationum momenta a Procuratoribus, & Advocatis viva quoque voce coram Nobis expoſita propriis auribus excepiſſemus, & Congregationi deinde dicta die intereſſentes, omnia & ſingula, quæ a Venerabilibus Fratribus Noſtris Cardinalibus prædictæ Congregationi addictis deducta ſunt, audiviſſemus, a Noſtra tamen promenda ſententia tunc abſtinuimus, & intereſſentes rogavimus, ut ſuis precibus a Patre luminum humilitet peterent, ut Nobis præſto eſſe, mentemque Noſtram illuſtrare dignatetur, antequam ſuper propoſito dubio reſponſum a Nobis ederetur. Iteratum ejuſdem dubii examen ex præſcripta methodo comproban. di martyrium & cauſam Martyrii per viam ſubſidiariæ probationis.

§. 3. Poſt hæc, aliorum precibus Noſtras, quoque conjunximus, reſumptoque negotio, & omnibus iterum mature perpenſis, habitaque potiſſimum ratione tercentorum fere Teſtium in Proceſſibus tum Ordinariis, tum Apoſtolicis juridice examinatorum, qui de Martyrio, cauſaque Martyrii, & perſeverantia finali, etſi uno, aut altero exceptis, qui ſunt de viſu, de auditu deponentes, moralem conſtituunt certitudinem, quæ, ſi non impoſſibile, imprudens tamen redderet judicium de oppoſito; inhæreotes etiam ſuffragiis Conſultorum, & Cardinalium Congregationi Sac. Rituum adſcriptorum, qui in mox exponendam, in ſufficienti, juxta morem ejuſdem Congregationis, numero, ſententiam devenerant, Divino iterum in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio ferventiſſime implorato præſidio, Decretum edimus, quod Secretario Congregationis propriis manibus conſignamus, in quo ſtatuimus, & declaramus, Martyrium, & cauſam Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Profeſſi Societatis Jeſu ita probari, ut tuto procedi poſſit ad ulteriora, nimirum ad diſcuſſionem, & approbationem quatuor Miraculorum, juxta formam Decreti Generalis die 23. Aprilis 1741. enunciati in ſuper memorato reſponſo Noſtro edito 22. Maji 1749.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 9. Februarii 1755. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquinto. Dat die 9. Feb. 1755. Pont. XV.

D. F. Card Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. Martinſenus S. R. C. Secr.

EPI.

EPISTOLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIV. ad Reverendiſſimum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononienſem Archiepiſcopum, de S. Philocali Martyris Corpore.

Dilecto Filio Noſtro Cardinali Vincentio Malvetio Bononiæ Archiepiſcopo.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sororis Imeldæ de Lambertinis pia vota pro alicujus Sancti Corpore obtinendo, collocandoque in interiore Monaſterii Eccleſia.

SOror Imelda de Lambertinis Monialis Profeſſa in iſto S. Mariæ Novæ Monaſterio, utpote Filia Noſtri quondam Fratris Joannis Lambertini Senatoris, Noſtra etiam Neptis eſt ſecundum carnem ut Pontificio dicendi genere utamur. Ea cum a Nobis, ex religioſo animi ſtudio poſtulaſſet, ut alicujus Sancti Corpore in interiori Monaſterii ſui Eccleſia collocando donaretur, haudquaquam reſpondimus perinde, ut duo ex Prædeceſſoribus Noſtris Gregorius IV., & Clemens itidem IV. reſponderunt, ſe videlicet non habere, unde piis hujuſmodi precibus ſatisfacerent. Tunc enim Romæ non omnia ſacra Cœmeteria fuerant detecta, quæ deinceps alia aliis temporibus detecta ſunt; quemadmodum Ipſi Nos poſt celeberrimum Virum Joannem Mabillonium animadvertimus in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. & 12.* Sed cum feliciter accidiſſet, ut nonnullæ apud Cuſtodes haberentur inſignes Reliquiæ, nonnullaque Sanctorum Corpora ex Cœmeteriis, ſeu Catacumbis prædictis eruta, unum ſelegimus quod in Urna ſacra ſigillis clauſa honorifice, ut par eſt, reconditum, & non ſine multa diligentia cuſtoditum, Bononiam tranſmitti juſſimus, ut in prædicta Eccleſia decenter reponeretur; quam quidem Urnam ad hunc finem in tuas manus prius deferendam curavimus, ut tu eam poſtquam receperis, ad præfatum Monaſterium mitteas cum debita veneratione; ſimulque præeſſe velis, quando eadem in loco ſibi deſtinato collocabitur. Cultus enim ſacrarum Reliquiarum una eſt ex Paſtoralibus curis, quas Sacra Tridentina Synodus Epiſcoporum ſolertiæ vult eſſe commendatas. Cum tu cætera Paſtoralis officii munera diligentiſſime adimpleas, id quod Nobis eſt maximæ cauſa lætitiæ, non dubitamus, quin idem facturus ſis in hac quoque re, quam nunc tuæ ſedulitati committimus. Ut autem ea, quæ de hoc Sancto Corpore ſciri potuerunt, omnia comperta habeas, ne tibi grave ſit legendo percurrere, quas contigit Nobis in hoc argumento ſive conjecturis, ſive librorum ſtudio notitias coadunare.

Cœmeterium, ex quo illud erutum fuit.

§. 2. Sanctum Corpus, quod iſthuc tranſmittimus, erutum fuit ex antiquo Pontiani Cœmeterio foris Portuenſem Portam quingentis circiter paſſibus procul ab Urbe, quod alio nomine appellatur nunc Cœmeterium *SS. Abdon, & Sennen*, nunc vero etiam *ad Urſum Pileatum* propter quamdam Urſi Statuam ibidem olim erectam. De hujus porro Cœmeterii ſive antiquitate, ſive religioſo cultu, agunt ſatis ſuperque tum celebris vir Paulus Aringhius *in Jua Roma ſubterranea Tom. 2. lib. 2. cap. 19.*, cum diligentiſſimus Canonicus Marcus Antonius Boldettus in ſuo Opere, cui titulus: *Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de' SS. Martiri, e d' altri Antichi Criſtiani, Tom. 2. pag. 340.* Cum autem ſacrum Corpus, de quo ſermo eſt, repertum ſit cum Vaſe ſanguine reſperſo, nihil certius deſiderari poteſt, ut, juxta rigidioris Criticæ leges vel ſeveriſſimas, tuto affirmari queat, Corpus hoc, ſive Oſſa, procul dubio eſſe Corpus, atque Oſſa unius alicujus, qui pro Chriſti Fide Martyrium paſſus eſt: de qua re uberius & fuſius diſſeruimus tum in citato Opere Noſtro *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. a num. 22. uſque ad finem*; tum etiam in Epiſtola Bononiæ typis edita, quam 22. Kalend. Maji anno 1745. ad iſtius Eccleſiæ Metropolitanæ Capitulum dedimus, ſimul cum S. Proci Corpore, quod in S. Thraſonis Cœmeterio repertum fuerat.

§. 3. Nomen huic Sancto *Philocalus* eſt, quod perinde ſonat atque amans pulchri,

LETTERA DELLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE BENEDETTO PAPA XIV. al Signor Cardinal Vincenzo Malvezzi Arcivescovo di Bologna, sopra il Corpo di San Filocalo Martire.

Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio Malvetio Bononiæ Archiepiscopo.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pio desiderio di Suor Imelda Lambertini di ottenere un Corpo Santo affin di situarlo nella interior Chiesa del Monastero.

LA Madre Suor Imelda Lambertini Monaca Professa in codesto Monastero di Santa Maria Nuova, come figlia del fu Senatore Giovanni Lambertini Nostro Fratello, e Nostra Nipote *secundum carnem*, usando il linguaggio Pontificio. Avendoci essa fatta una divota premura per avere un Corpo Santo da collocare nella Chiesa interiore del suo Monastero, non le abbiamo risposto, come risposero i due Nostri Predecessori Gregorio IV., e Clemente IV., che non avevano il modo di compiacere simili richieste: imperocchè nel tempo loro non erano scoperti tutti i Sacri Cimiterj, o siano Catacombe, che dipoi si sono andate scoprendo; come dopo il celebre Padre Mabillon, è stato da Noi osservato nella Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. & 12.* Ma essendosi per buona sorte ritrovate appresso i Custodi alcune insigni Reliquie, ed alcuni Corpi estratti dai Luoghi predetti, ne abbiamo scelto uno, che abbiamo fatto rinchiudere in una Sacra Urna, che mandiamo ben custodita a Bologna, acciò sia decentemente collocata nella predetta Chiesa. L'indirizziamo a Lei, acciò abbia la bontà di riceverla, e di trasmetterla colla dovuta decenza al Monastero, pregandola anche ad assistere alla collocazione della stessa nel luogo, che sarà preparato, essendo la decente collocazione delle Reliquie una parte delle Pastorali sollecitudini imposta dal sacro Concilio di Trento al Vescovo. Siamo sicuri, che adempiendo Ella con tanta esattezza le altre cure Pastorali, il che è di una nostra grandissima consolazione, non lascierà di fare lo stesso in quella, che ora le commettiamo. Ed acciò non le manchi veruna notizia di quanto appartiene al Corpo Santo, che trasmettiamo, avrà la sofferenza di leggere quanto in questo proposito abbiamo potuto considerare, e radunare.

Cemeterio dal quale è stato cavato il Corpo suddetto.

§. 2. Il Corpo Santo, che trasmettiamo, è stato estratto da un Cimiterio, che è fuori di Porta Portese un mezzo miglio in circa, e che è l'antico Cimiterio detto di Ponziano, altre volte anche chiamato Cimiterio *SS. Abdon & Sennen*, ed altre volte *ad Ursum Pileatum* per la Statua di un Orso ivi collocata. Quanto all'antichità, e venerazione di questo Cimiterio, basta vedere il celebre Paolo Arringhi *nella sua Roma Sotterranea al t. 1. lib. 2. cap. 19.*, ed anche il diligente Canonico Marco Antonio Boldetti *nelle Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri; e d'altri antichi Cristiani di Roma al Tom. 2. pag. 340.* Ed essendosi ritrovato il sacro Corpo, che trasmettiamo, col Vaso tinto di sangue non v'è cosa più certa, anche aderendo al parere de' Critici più severi, per poter sicuramente asserire, che il Corpo, o siano le Ossa, sieno il Corpo, e le Ossa di uno, che per la Fede di Cristo ha sopportato il Martirio. Di tutto ciò si è da Noi diffusamente trattato nella citata Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. dal num. 22. fino al fine*, ed anche nella Nostra Lettera dei 20. di Aprile 1745. stampata in Bologna, ed indirizzata al Capitolo di cotesta Metropolitana, quando trasmettemmo il Corpo di S. Proco, ritrovato in questo Cimiterio di San Trasone.

§. 3. Il nome del Santo è *Filocalo*, che significa Amante del bello, non di quel-

Quæritur num Philocalus, quod huic Sancto Corpori nomen eſt, appellativum ſit, an vere proprium.

chri, non quidem in eo ſenſu, quatenus pulchrum apud Latinos idem eſt ac formoſum, ſed quatenus pro decoro ſæpe explicatur apud eoſdem, & indecoro ſeu turpi contrarium eſt. Atque hinc fortaſſe quis dubitare queat, utrum *Philocali* nomen ſit huic Sancto proprium, an potius appellativum? Sanctis enim Corporibus, quæ a Catacumbis extrahuntur, ſolet interdum nomen aliquod appellativum imponi, *Juſti* videlicet, *Candidi*, *Victoris*, & ſimilium. Nos non ignoramus laudabilem hujuſmodi conſuetudinem. Nos de illa egimus *in ſupradicto capite* 27. *& ſeq.* Nos adverſariorum oppoſitionibus ſatisfecimus, qui falſo criminabantur id legitimo Sanctorum cultui obeſſe, & magno pietati ac Religioni detrimento eſſe; Nos ſuperius allatam hujus vocis *Philocalus* explicationem ultro recipimus: *Erat autem illis in diebus archimedicus regionis Hollandrinorum, vir Philocalus, ac devotorum pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonderdank:* ut habetur in Vita S. Liduinæ a Bollandianis edita *Tom. 1. Aprilis, die* 14. nihilo tamen minus affirmare omni cum veritate poſſumus, nomen *Philocali* haudquaquam appellativum eſſe in hoc caſu, ſed omnino proprium hujus Sancti; neque enim raro contingere ſolet, ut idem nomen alias appellativum ſit, alias proprium. Atque id non aliunde, præterquam ex circumſtantiis cui poteſt, utro modo ſcilicet, appellative ne, an proprie, accipi debeat. Ut cætera exempla ſilentio prætereamus, perſpicuum eſt & hoc, & evidenter conſtat in ſupra indicatis nominibus *Juſti*, *Candidi*, & *Victoris*, quæ cum ſint appellativa, Sanctiſque ignotis, ſive Baptizatis, quorum Corpora ex Cœmeteriis eruuntur, imponi communiter ſoleant, ſunt etiam peculiariter propria multorum Sanctorum, qui ſub hoc non appellativo, ſed proprio eorum nomine, *Juſti* videlicet, *Candidi*, & *Victoris*, in Martyrologio Romano enunciantur.

Philocali nomen reperire eſt in Eccleſiaſticis monumentis.

§. 4. Sed ſermonem ad hoc *Philocali* nomen contrahentes, ac miſſa facientes profana monumenta, in quibus facile occurrere poteſt tanquam proprium *Philocali* nomen, ut videre eſt in clariſſimi Muratorii *Theſauro Inſcriptionum Tom.* 2. & ſtando intra limites hiſtoriæ tantum ſacræ, animadvertimus, unum ex Epiſcopis, qui anno 325. in prima Nicæna Synodo Fidei definitioni contra Arium ſubſcripſerunt, fuiſſe Philocalum quemdam Epiſcopum Paneadis in Provincia Phœniciæ primæ, ut conſtat ex *Tom.* 1. *Concilior.* Collectionis Harduini *col.* 314. *D.* & ex P. le Quien *Tom.* 2. *Orientis Chriſtiani pag.* 831. *B.* Notatum invenimus inter Epiſcopos, qui anno 449. in pſeudo-Concilio Epheſino, ſeu latrocinali, ſubſcripſerunt condemnationi Sancti Flaviani, Philocalum alium Zigilenſem Epiſcopum in Lybia, ut conſtat ex Actis prædicti Concilii *Tom.* 2. *col.* 86. *D*, *col.* 268. *C*, *col.* 272. *B.* ejuſdem Collectionis, atque ex citato P. le Quien *pag.* 365. *C.* Legimus denique S. Philocalum Martyrem Alexandrinum *die* 21. *Martii* enunciatum in celebri Martyrologio per Florentinium edito, atque illuſtrato. Conſonant cætera D. Hieronymi Martyrologia apud Bollandianos *Tom.* 3. *Martii pag.* 319. *die* 21., qua etiam die conſuli poteſt Franciſci Mariæ de Aſte Archiepiſcopi Hydruntini *Diſceptatio in Martyrologium Romanum*, *nota E.*

Non idem tamen noſter Philocalus cum illis.

§. 5. Ex eo quod reperiatur, ut oſtendimus, in relatis Martyrologiis *S. Philocali* nomen, non propterea inferre volumus, Corpus S. Philocali, quod nunc Bononiam tranſmittimus, eſſe idem cum Corpore S. Philocali, de quo mentio fit in mox laudatis Martyrologiis. Sanctus enim Philocalus noſter Romæ obiit, utpote qui in uno ex Romanis Cœmeteriis ſepultus condebatur cum ſigno Martyrii: alter vero, de quo mentionem faciunt ſupra citata Martyrologia, procul ab Urbe Roma, nempe Alexandriæ in Ægypto, paſſus, procul item ſepultus fuit. Sed nomina Epiſcoporum, qui Concilio Nicæno, & Epheſino Conciliabulo ſubſcripſerunt, ſub hoc nomine *Philocali*, nomen quoque *S. Philocali* M., de quo præfata Martyrologia ſermonem habent, ideo recenſere placuit, ut innoteſceret, nomen *Philocali*, etſi aliquando appellativum, apud Chriſtianos fuiſ-

ſe,

quello, che i Latini dissero *pulchrum*, ma piuttosto di quello, che chiamarono *decorum*, e che si oppone all'*indecorum*, o sia *turpe*. E da ciò qualcheduno potrebbe essere indotto a sospettare, che il nome di *Filocalo* non fosse nome proprio del Santo, ma nome appellativo; essendo cosa praticata, che ai Corpi de' Santi, che si estraggono dalle Catacombe, s'imponga qualche volta qualche nome appellativo, come di *Giusto*, di *Candido*, di *Vittore*. Noi siamo informati di questo costume; Noi ne abbiamo trattato *nel Nostro sopraddetto cap.* 27. *num.* 2. *e seq.* Noi ne abbiamo esposti i fondamenti, ai quali è appoggiata questa disciplina: Noi abbiamo risposto alle obbiezioni di chi falsamente diceva, che ciò pregiudicava al Culto de' Santi; Noi ammettiamo l'intelligenza di sopra riferita della parola *Filocalo*. *Erat autem illis in diebus Archimedicus regionis Hollandrinorum, vir Philocalus, ac devotorum pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonderdank:* come si legge nella Vita di S. Lidivina, stampata *nel tom.* 2. *dell' Aprile* de' Bollandisti *al giorno* 14. ma, tutto ciò non stante, possiamo asserire, che il nome di *Filocalo* è nome proprio del Santo, e non è in veruna maniera nome appellativo; essendo frequenti gli esempj di uno stesso nome, che alle volte è proprio, ed altre volte è nome appellativo: dipendendo dalle circostanze lo stabilire, a quale delle dette due classi debba il nome riferirsi. Ciò si vede, per lasciare tanti altri esempj, nei nomi di *Giusto*, *Candido*, e *Vittore*, che sono i nomi appellativi di sopra indicati, che mettono ai Corpi estratti dalle Catacombe, e che però volgarmente si dicono Santi Battezzati: essendovi nel Martirologio Romano molti Santi col nome di *Giusto*, di *Candido*, e di *Vittore*, che era nome proprio di loro, e non appellativo.

Si cerca, se il nome di Filocalo, con cui chiamasi questo Santo, sia proprio, o appellativo.

§. 4. Ma, restringendo il discorso al nome di *Filocalo*, non vogliamo entrare ne' monumenti profani, ne' quali ci sarebbe facile il ritrovare il nome di *Filocalo*, come nome proprio, nel qual proposito basta dar mano *al tom.* 2. *del Tesoro delle Iscrizioni* raccolte dal celebre Muratori. Ci restringeremo ai monumenti sacri, e diremo, ritrovarsi fra i Vescovi, che nel primo Concilio Niceno tenuto l'anno 325. sottoscrissero la definizione della Fede contra Arrio, Filocalo Vescovo de Paneade nella Provincia di Fenicia prima, come può vedersi *nel to.* 1. *de' Concilj* della Collazione dell' Arduino *col.* 314. *D.*, e nelle Opere del P. Quien *tom.* 2. *Orientis Christiani pag.* 831. *B.* Diremo, ritrovarsi fra que' Vescovi, che nell'anno 449. nel secondo Concilio latrocinale Efesino si sottoscrissero alla condanna di S. Flaviano, un certo Filocalo Vescovo Zagilense nella Libia, come può vedersi negli Atti del detto Concilio nella Raccolta dell'Arduino *tom.* 2. *col.* 85. *D*, *col.* 268. *C*, *col.* 272. *B*, e nel citato le Quien *pag.* 639. *C.* Diremo finalmente, ritrovarsi *ai* 21. *di Marzo* nel celebre Martirologio pubblicato ed illustrato dal Fiorentini un S. Filocalo Martire in Alessandria: e concordano gli altri Martirologj Geronimiani *nel tom.* 3. de' Bollandiani *nel Mese di Marzo pag.* 519. *al giorno* 21. *del detto Mese*: e sopra lo stesso giorno 21. di Marzo può vedersi l'Arcivescovo d'Otranto Francesco Maria d'Aste *nella sua Dissertazione sopra il Martirologio Romano sotto la nota E.*

Il nome di Filocalo si trova ne' monumenti Ecclesiastici.

§. 5. Coll'aver Noi osservato nei predetti Martirologj il nome di *S. Filocalo*, non intendiamo di asserire, che il Corpo di S. Filocalo, che ora trasmettiamo a Bologna, sia di quel S. Filocalo, di cui si fa menzione ne' citati Martirologj; essendo morto il nostro in Roma, essendo stato il suo Corpo ritrovato colle divise del Martirio in uno di questi Nostri Cemiterj, ed essendo stato l'altro, di cui parlano i citati Martirologj, martirizzato lungi da Roma, e lungi da Roma sepolto, cioè in Alessandria di Egitto. Ma abbiamo commemorati i nomi de' Vescovi sottoscritti al Concilio Niceno, ed al Conciliabolo Efesino, col nome di *Filocalo*, ed il Santo Martire Filocalo, di cui si fa menzione ne' Martirologj indicati, per far vedere, che se alcune volte il nome di *Filocalo* ha fatta la figura di nome appellativo, appresso i Cristiani è stato altre volte

Non è però il medesimo il nostro.

se quandoque etiam proprium cum nimis a veritate alienum sit, quod quis alio nomine, quam proprio, Conciliis se subscribat; & quod in Martyrologiis alicujus Sancti nominatim mentio fiat, proprio nomine non indicato.

Non adhuc satis probatom Philocali nomen, proprium esse Sancto de quo res est.

§. 6. Fatemur quidem, non satis esse hoc ad plenam Nostri argumenti probationem faciendam; neque enim sufficiens ratio est ad hoc probandum, quod nomen *Philocali* sæpe usurpatum sit in significatione propria & nullo modo appellativa; sed necesse est præterea illud evincere, quod nomen hoc non tam proprium re vera illius Sancti sit, cujus Corpus Bononiam transmittimus; quod putamus comprobari posse evidenter.

Id tamen evincit inscript. Sepulchro, quo sacrum Corpus condebatur appositæ.

§. 7. Corpus hujus Sancti non fuit repertum in Catacumbis sine nomine, neque *Philocali* nomen illi impositum est, ne remaneret sine nomine. Sepulcro ubi sacrum Corpus tumulabatur, inscriptum erat nomen *Philocalus* his eemet verbis; *Philocalus in pace*. Cum autem nomina sepulchris inscribantur ad indicandam personam, quæ ibi sepulta est; facile intelligitur, nomen *Philocali* inscriptum sepulchro hujus martyris esse non posse appellativum, sed esse nomen proprium ejusdem, adeoque Sanctum Corpus, quod Bononiam mittimus, esse Corpus S. *Philocali*, qui pro Christi Fide Martyrium passus est; quod non solum probant illa verba *in pace*, quæ, ut habent veteres Inscriptiones in Catacumbis repertæ, Martyribus communia sunt æque ac Christifidelibus ibidem sepultis; sed eruitur ex Vase sanguinis, signo indubitato Martyrii, quod pro Christo martyr sustinuit, ut Nos quoque adnotavimus in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. c. 27. num. 16.*

Quæstio de Theophili nomine, quod in Actis Apostolorum legitur.

§. 8. Divinarum Scripturarum explanatoribus, & Cornelio a Lapide in primis, Augustino Calmet, Joanni Baptistæ du Hamel, Nostro quoque bonæ memoriæ Vincentio Ludovico Cardinali Gotti *in tom. 5. Veritatis Catholicæ Religionis cap. 3. par. 2. num. 2.* investigandum relinquimus, utrum Theophilus ille, de quo scimus habetur *in cap. 1. Act. Apostol.* = *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere & docere* = esset unus aliquis hoc proprio nomine insignitus; an potius sub Theophili appellativo nomine intelligi debeat quisquis cum Deo charitate conjungitur. Nobis satis est potuisse demonstrare, *Philocali* nomen hic proprium omnino esse; non appellativum. Propterea te paterno cordis affectu etiam atque etiam complectentes, tibi, Dilecte Fili Noster, tuoque Gregi, quem tanta cum laude moderaris, & cui tamdiu præesse Nobis quoque contigit, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum 20. Maji 1755. Pont. XV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maji 1755. Pontificatus Nostri anno Decimoquinto.

DE

adoprato come nome proprio: essendo impossibile, che chi si sottoscrive ad un Concilio, non si sottoscriva col nome proprio: e che ne' Martirologj, volendosi far menzione di un Santo, indicando chi era, non si faccia coll'esprimere il di lui nome proprio

§. 6. Conosciamo, che ciò non basta per la compiuta ed adeguata prova del nostro assunto, non bastando per l'effetto, di cui si tratta, l'aver dimostrato, che il nome di *Filocalo* è stato più volte usurpato come nome proprio, e non come appellativo. E' assolutamente necessario, che si dimostri esser nome proprio, ed esser tale quello, con cui vien chiamato il Santo, il di cui Corpo trasmettiam a Bologna. Ma Noi crediamo potersi ciò evidentemente comprovare.

Non pare abbastanza provato che il nome di Filocalo sia proprio al nostro Santo.

§. 7. Non è stato ritrovato il Corpo Santo nelle Catacombe senza nome, nè il nome di *Filocalo* gli è stato dato, per non lasciarlo senza nome. Il nome di *Filocalo* era impresso nel Sepolcro, in cui giaceva il Sacro Corpo, e le parole erano le seguenti. *Philocalus in pace*. E mettendosi i nomi ne' Sepolcri per additare chi in esso è sepolto, vi vuole poco a comprendere, che il nome di *Filocalo* posto nel Sepolcro del nostro Martire, non può essere nome appellativo, ma che è vero nome di lui proprio, e che il Corpo, che trasmettiamo a Bologna, è il Corpo di S. Filocalo martirizzato per la Fede di Cristo: comprovandosi il di lui Martirio non già dalle sole parole *in pace*, che nelle antiche iscrizioni, che si trovano nelle Catacombe, sono comuni ai Martiri, ed ai Cristiani in esse sepolti; ma dal Vaso intinto di Sangue, che è la certa divisa del Martirio sofferto per Cristo: il che anche da Noi è stato avvertito nella Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 26.*

Lo dimostra però evidentemente l'Iscrizione incisa nel Sepolcro del medesimo.

§. 8. Lascieremo agl' Interpreti delle Divine Scritture, e particolarmente a Cornelio a Lapide, al Calmet, al du Hamel, ed anche alla buona memoria del Nostro Cardinale Gotti *nel tom. 3. della Verità della Cattolica Religione al cap. 3. pag. 2. n. 2.* l'investigare, se quel Teofilo, di cui si parla *nel cap. 1. degli Atti degli Apostoli* = *Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere, & docere.* = fosse una particolare persona, che avesse il detto nome, o pure se quel Teofilo fosse nome appellativo, indicante chiunque è amico di Dio, e ci contenteremo d'aver provato, che *Filocalo* nel caso Nostro è nome proprio. Ed abbracciandola con pienezza di cuore paterno diamo a Lei, ed a quel Grege, che ella con tanta edificazione governa, ed a cui per tanti anni Noi stessi abbiamo presieduto, l'Apostolica Benedizione.

Disputa sopra il nome di Teofilo, che ritrovasi negli atti degli Apostoli.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maji 1755. Pontificatus Nostri anno Decimoquinto.

Data li 20. Maggio 1755. del Pontificato XV.

APPENDIX
DECRETUM
SANTISSIMI DOMINI NOSTRI.
BENEDICTI PAPÆ XIV.
IN CAUSA
NEAPOLITANA

Beatificationis & Canonizationis Ven. servi Dei PAULI BULARIS *S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.*

Dubium in Congregatione Rituum propositum.

CONgregatio Generalis Sacrorum Rituum habita fuit coram Nobis die 27. præteriti mensis Januarii, & in Causa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Pauli Bularis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati propositum fuit dubium sequentibus verbis conceptum: *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, &c.*

Omnia prius a Pontifice ante Congregationem sunt diligenter expensa.

§. 2. Congregationi interfuimus, nec ad eam imparati accessimus; accessimus enim post perlectas Scripturas & Informationes tum Postulatorum, tum Fidei Promotoris, post lecta Consultorum Congregationis suffragia Nobis præcedenter juxta morem in scriptis exhibita, post auditas Advocatorum Causæ verbales informationes. In ipsa Congregatione propriis auribus audivimus sententias Dilectorum Filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum adscriptorum, quas super prædicto dubio oretenus protulerunt; sed nullum a Nobis editum fuit responsum, ut, secundis adhibitis curis, portectisque Deo Optimo Maximo jugibus precibus, opportuniori tempore Nostram ederemus super proposito dubio sententiam.

Sed responsum in aliud tempus rejectum.

Validitas processuum auctoritate Ordinaria confectorum in hac causa, haud levi ejus detrimento, numquam examinata.

§. 3. Dum in minoribus Promotoris Fidei munere fungebamur, animadvertimus, plures in Causa Venerabilis Servi Dei Pauli Bularis confectos fuisse Processus auctoritate Ordinaria, & Apostolica, nec unquam fuisse examinatam, multoque minus approbatam validitatem Processuum auctoritate Ordinaria confectorum Cajetani videlicet, Placentini, & Neapolitani, ex quo non exiguum integritati, & valori probationum damnum derivabat; Testes enim in dictis Processibus examinati, qui, attento eorum numero, fide ipsorum dictis debita, adminiculis, quibus eorum attestationes erant roboratæ, consonantia cum Testibus examinatis in Processibus Apostolicis, probationis gradum attingere potuissent, si validitas Processuum, in quibus fuerunt examinati, fuisset discussa & approbata; Cessantibus discussione & approbatione validitatis, solius adminiculi vim & robur poterant obtinere, juxta Congregationis praxim, de qua in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 2. cap. 5.* Sed, cum in toto Causæ decursu nulla de validitate Processuum promota fuisset indago, necessarium esse existimavimus sedulo inspicere, an validi re vera essent memorati Processus auctoritate Ordinaria confecti, & an omissio examinis involuntariæ quodammodo negligentiæ esset adscribenda, vel potius derivasse dicenda esset ex metu, quod eorum validitas approbari non posset.

Eam ipse Pontifex ad examen revocavit, & Decretum pro validitate tulit.

§. 4. Ut id autem in aperto tandem poneretur, prædictos Processus ad Nos asferri mandavimus, & quamvis longa, quinquagenaria videlicet, & ultra, in examine Causarum Beatificationis, & Canonizationis experientia, potuissemus Nobis ipsis blandiri de Nostrarum virium sufficientia in examine validitatis prædictorum Processuum, advocari nihilominus fecimus Dilectum Filium Benedictum Veterani Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatum, diligentissimum Fidei Promotorem a Nobis constitutum, cui prædictos Processus consignavimus, & ipsius sententia tum voce, tum scriptis Nobis exposita, communicato cum ipso consilio, Decretum edidimus

limus die 1. currentis menſis Februarii, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum conſignatum, in quo conſtare decrevimus de validitate Proceſſuum Cajetani, Placentini, & Neapolitani, Ordinaria auctoritate confectorum in Cauſa Venerabilis Servi Dei Pauli Bularis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.

§. 5 Aliæ præterea poſt Congregationem habitam die 27. præteriti menſis Januarii adhibitæ ſunt ſcrupuloſæ diligentiæ, ne in re tanti momenti aliquid prætermiſſum dici poſſet, quod videri & examinari potuiſſet. Deum Optimum Maximum jugibus precibus obſecravimus, ut Nobis præſto eſſe, & mentem Noſtram illuſtrare dignaretur: poſt quæ, inhærentes unanimibus ſuffragiis Cardinalium, qui Congregationi Sacrorum Rituum habitæ die 27. præteriti menſis Januarii interfuerunt, propoſito in ea dubio ſic reſpondemus, auditoque Sacro, perceptaque Euchariſtica Communione, cum præ impedimento podagræ Miſſam celebrare non potuerimus, ſic reſpondum decreverimus, *Ita conſtare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, ut tuto proceſſi poſſit ad ulteriora, ad diſcuſſionem videlicet quatuor Miraculorum.* Aliis adhibitis quoque diligentiis, ſupra relato dubio, deinde reſponſum datum.

§. 6. Venerabilis Dei Servus Paulus Bularis vixit in ſtatu ſeculari uſque ad annum quadrageſimum ſextum ſuæ ætatis. Nomen deinde dedit Congregationi Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur, & in dicta Congregatione permanſit ſpatio annorum undecim. Ad dignitatem Epiſcopalem deinde evectus, præfuit primum Eccleſiæ Placentinæ, & Collegio Cardinalium S. R. E. adſcriptus, translatus deinde fuit ad regimen Archiepiſcopalis Eccleſiæ Neapolitanæ, quæ omnia ſpatio fere decem annorum implevit; ponderatiſque ſedulo omnibus, quæ in unoquoque prædictorum ſtatuum ab eo geſta ſunt, conſtat, ipſum in gradu heroico eas omnes Virtutes frequentibus actibus exercuiſſe; quæ unicuique prædictorum ſtatutum erant proportionatæ & propriæ, cum eximia ſemper charitate erga Deum & proximum, ſpectabili humilitate, & eximia undequaque prudentia. In omni, quem retinuit, vitæ ſtatu Ven. Paulus Bularis omnes virtutes in gradu heroico exercuit.

§. 7. At, cum ea omnia, quæ pertinent ad ſtatum ſecularem, & ſic ad longum vitæ ipſius curſum, & pleraque alia, quæ ſtatum Regularem reſpiciunt, in quo non modicum ſuæ ætatis curſum perfecit, non ſint probata Teſtibus de viſu, ſed Teſtibus aut de auditu a videntibus, aut de auditu auditus, & ea tantum, quæ ſtatum Epiſcopalem, & Cardinalitiam reſpiciunt dignitatem, ſufficienti numero Teſtium de viſu innixa ſint, locus factus eſt Decreto a Nobis edito die 23. Aprilis 1741. & impreſſo in Noſtro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 3. n. 25.* in quo ſtatutum eſt, ut in Cauſis etiam procedentibus per viam non Cultus, ſi Virtutes probatæ ſint per Teſtes de auditu, & ſic per probationes ſubſidiarias, dilata, prout in caſu, abſque culpa & dolo Poſtulatorum, confectione Proceſſuum longe poſt obitum Dei Servi, ſi de validitate Proceſſuum poſt dictum tempus confectorum abunde conſtet, prout in caſu; ſi, Teſtium numero, & qualitate, cæteriſque attentis admiculis, moralis, prout in caſu, conſurgat certitudo, quæ, ſi non impoſſibile, imprudens ſaltem judicium reddat le oppoſito: propoſito de Virtutibus dubio nullatenus reſpondeatur *Conſtare*, deficiente videlicet probatione directa per Teſtes de viſu, ſed reſpondeatur, *Ita conſtare: ut tuto procedi poſſit ad diſcuſſionem quatuor Miraculorum*, auctio videlicet Miraculorum numero, a duobus, quæ olim ſufficiebant pro obtinenda Beatificatione, ad alia duo, & ſic ad quatuor Miracula, ut quod ex humano defuit Teſtimonio, Divino compenſetur. Non tamen omnia teſtibus de viſu comprobantur. Atque hinc propterea propoſito de virtutibus dubio congrua ratione reſponſum.

Præſens Decretum manu Noſtra ſubſcriptum, Noſtroque Sigillo munitum, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum conſignamus, inter Acta ejuſdem Congregationis aſſervandum. Dat. 8. Febr. 1756. Pont. XVI.

Datum hac die 8. Februarii 1756.

BENEDICTUS PAPA XIV.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. *Mareſuſcus S. R. E. Secr.*

ACTA

ACTA CONSISTORIALIA,

Pro Concessione Pallii Patriarchæ Antiocheno Syro Maronitarum.

In Consistorio Secreto habito die 28. *Martii* 1757.

ARGUMENTUM.

DIE duodecima Februarii, Anni 1756. *cum e vivis excessisset Reverendissimus Dominus Simon Petrus Evodius, Patriarcha Antiochenus Syrorum Maronitarum: is nimirum, quem Sanctissimus Dominus Noster* BENEDICTUS XIV. *Pontifex Maximus datis die* 16. *Martii* 1743. *Literis, ad compescendas dissensiones in Electione Patriarchæ subortas, Patriarcham Auctoritate Apostolica constituerat; die autem* 13. *Julii* 1744. *in Consistorio Semipublico, ad complementum Patriarchalis dignitatis, Pallio Pontificio donaverat: Feretris de more Novendialibus. Archiepiscopi & Episcopi ejusdem Nationis Syrorum Maronitarum, quibus eligendi Patriarchæ jus competit, convenerunt in Chesroano apud Anturam in Æde Sancti Josephi: & unanimi omnium consensu, die* 28. *ejusdem mensis Februarii, elegerunt in Patriarcham, Reverendissimum Dominum Tobiam Gazenium, Cypri Archiepiscopum: quemadmodum ex hoc Synodico ipsorum Decreto perspicuum redditur.*

Archiepiscoporum & Episcoporum Decretum Electionis Reverendissimi Domini Tobiæ Gazenii, Archiepiscopi Cypri, in Patriarcham Antiochenum Syrorum Maronitarum.

LAUS DEO SEMPER.

PRæsentibus Literis pateat, Nos infrascriptos in Æde Sancti Josephi apud Anturam convenisse, ibique juxta Sacros Canones, præscriptasque in Sanctis Synodis Constitutiones, elegisse Reverendissimum Dominum Tobiam Gazenium, in Beatissimum Patriarcham Sedis Theopolis Antiochiæ, plenaque omnium nostrorum libertate, atque unanimi consensu, eundem in Patriarcham nostrum, nostræque Nationis Patrem adscivisse; debitam ipsi obedientiam, subjectionemque secundum Statuta Sanctorum Synodorum exhibituros; dummodo idem ipse Formulam Professionis suæ, Pontifici Sanctæ Romanæ sedis exhibeat, Fidemque Catholicam usque ad sanguinis effusionem conservet. In quorum fidem Sancto nostro Concilio hanc syngraphum a nobis subscriptam dedimus die vigesima octava Februarii, Anno 1759.

Archiepiscopi & Episcopi.

Philippus Listræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Joannis Laodiceæ.
Germanus Tripolis.
Michael Damasci.
Antonius Arcæ.
Josaphat Tyri.
Petrus Paneadis.
Joseph Sidonis.
Joseph Beryti.
Joachim Eden.
Arsenius Tagriti.

Po-

Digitized by Google

Poſtea, tum ab Electo Patriarcha Tobia, tum ab Archiepiſcopis & Epiſcopis Electoribus, ad SS. Dominum Noſtrum PP. BENEDICTUM XIV., & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, una cum R. P. D. Arſenio Heliopolitano Archiepiſcopo, ipſius Electi Patriarchæ Oratore & Procuratore, Literæ miſſæ ſunt, quibus demiſſiſſime Sanctitatem Suam rogant, ut electum Patriarcham confirmare, eique Pallium, plenitudinis Pontificiæ Poteſtatis inſigne, concedere dignetur. Sunt autem hujuſmodi.

I.

Epiſtola Electi Patriarchæ Tobiæ Petri Gazenii ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Benedictum Papam XIV.

SANCTISSIME PATER.

EGo Tobias Gazenius Sanctitatis Tuæ ſervus, Cypri olim Archiepiſcopus, nunc vero miſeratione divina Antiochenus Patriarcha, licet indignus, coram ſanctis pedibus Tuis procumbens, eoſque ſubmiſſe ac reverenter, ſicuti Chriſti Domini Vicarium decet, deoſculans, Sanctitati Tuæ expono, duodecima die Februarii, hujus anni, Simonem Patriarcham Antiochenum, deceſſorem meum, ad Deum migraſſe: cui ut requiem donet Dominus, ſuffragio ſanctarum tuarum precum contingat. Die autem vigeſima octava ejuſdem menſis, fratres meos, tuoſque famulos, Archiepiſcopos & Epiſcopos, in Ædе Sancti Joſephi apud Anturam, Patrum Societatis Jeſu, in Chelroana, convenisse, ibique ſecundum Statute Sacri Libanenſis Concilii, ſari ad eligendum novum Patriarcham cum plena libertate, nullaque vi adhibita ſuffragiis, me tametſi immerentem, Patriarcham conſtituiſſe: quemadmodum Sanctitati Tuæ palam faciunt datæ ab ipſis ad Sanctam Apoſtolicam Sedem & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide Literæ. Quoniam vero, Sanctiſſime Pater, Beati Petri Apoſtolorum Principis ea Succeſſor, cui dictum eſt: & Tu converſus confirma fratres tuos: ideo coram pedibus tuis provolutus, enixis precibus a Te peto, ut Pallium mihi Pontificium concedas, meque in Sede Antiochena confirmes: ſicuti deceſſores Tui felicis recordationis cum meis anteceſſoribus facere conſueverunt: idque mihi præſtare digneris per fratrem meum, ſervum autem tuum, Arſenium Heliopolis Archiepiſcopum, quem tamquam Procuratorem meum miſi ad deoſculandum pedes tuos, & ad impetrandam a Te confirmationem: Virum virtutibus ornatum: prudentia, pietate, & patientia in excitatis adverſus ipſum ex invidia perſecutionibus præditum: quem, quum adhuc Monachus eſſet, ego autem ipſe Patriarchalem nondum iniiſſem, ex longa conſuetudine probe cognovi, dignum proinde cenſui, ut illum ad Apoſtolicam Sedem ablegarem. Decebat ſane, ut egomet ad Sacra Apoſtolorum Limina viſitanda accederem: Verum ab hoc me propoſito detinuit, primum quidem immenſa locorum diſtantia; deinde, quia vereor, nequid detrimenti res Maronitarum publicæ, me abſente, capiant. Itaque paterna Tua benignitate fretus, etiam atque etiam rogo, ut meis, meæ Nationis, atque Ablegati ejuſdem Votis obſecundans Pater Beatiſſime, & Pallium mihi tranſmittas, & reliquis me ſpiritualibus temporalibuſque beneficiis cumulare digneris: quæ quantulacumque ſint, in ſummum tamen mihi honorem ceſſura reputabo. Meæ autem erga Te, & Sanctam Sedem Tuam demiſſæ obedientiæ argumentum habes Orthodoxæ Fidei profeſſionem, manu mea ſubſcriptam, quam Tibi Nuncius meus exhibebit. Voveo enim, & promitto, coram Deo & Angelis ejus me Sedi Apoſtolicæ & Romano Pontifici usque ad extremum vitæ ſpiritum ſemper & ubique obtemperaturum: operam inſuper omnem collaturum, ut huic meæ Nationi, quæ perpetuis erga Sanctam Sedem obſequii & reverentiæ documentis claruit, Deo favente, Teque annuente, amputatis diſſentionibus, pacem ac tranquillitatem reſtituam. Interim Tuis ſanctis pedibus iterum demiſſiſſime oſcula dehgens, ut ad

mul-

multos Te annos incolumen ſervet, precibus a Deo Optimo Maximo quam poſſum ſtudioſiſſime condo. Datum die 22. Martii 1756.

Sanctitatis Tuæ Servus
Tobias Petrus Gazenius,
Patriarcha Antiochenus.

II.

Epiſtola ejuſdem Electi Patriarchæ Tobiæ ad Sacram Congregationem de propaganda Fide.

Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Domini.

CErtiores Vos facio, die duodecima Februarii, hujus anni, Simonem Evodium Patriarcham Antiochenum e vivis exceſſiſſe; die autem vigeſima octava ejuſdem menſis congregatos juxta Decreta Sacræ Libanenſis Synodi in Æde S. Joſephi Anturenſi Patrum Societatis Jeſu in Cheſroano Archiepiſcopos & Epiſcopos fratres meos, latis libere ſuffragiis, me licet immerentem, in Patriarcham Antiochenum elegiſſe: quemadmodum ex Litteris ipſorum ad Sanctiſſimum ac Beatiſſimum Pontificem Maximum & ad Sacram Congregationem Veſtram datis perſpicere poteſtis. Quum igitur æquum decenſque ſit, ut optimis traditionibus ſacriſque conſuetudinibus mos geratur; idcirco veſtigiis Deceſſorum meorum ego inſiſtens, a Sanctitate Sua petere decrevi & Pallium Pontificium, & Apoſtolicam in ſede Antiochena confirmationem; ſignum autem, & pignus obedientiæ meæ ac reverentiæ erga Sanctam Romanam Sedem, patebit Sacræ Congregationi Veſtræ ex Formula Profeſſionis Fidei, mea manu ſubſcriptæ, ac ſigillo firmatæ, quam ad Apoſtolicam Sedem tranſmitto. Quamobrem Eminentias Veſtras Reverendiſſimas rogo, ut a Sanctiſſimo Patre Pallium mihi Pontificium, & Confirmationem Apoſtolicam impetretis, una cum gratiis, & privilegiis, quæ meis Deceſſoribus concedi conſueverunt: eidem inſuper Beatiſſimo Patri ſignificetis, quod, niſi me locorum diſtantia, & imminens Nationi meæ ex mea ablentia periculum detinerent, per me ipſum ad viſitanda Sacra Apoſtolorum Limina, & ad accipiendum e manibus Sanctitatis Suæ Pallium accederem. Quam vero ſim Sedi Apoſtolicæ Romaniſque Pontificibus obſequentiſſimus, id palam faciet frater meus Arſenius Archiepiſcopus Heliopolitanus, quem Nuncium meum, Oratorem, ac Procuratorem ablegavi, ut pro me obedientiam exhibeat, & Pallium petat. Illum ſiquidem ad hoc obeundum munus idoneum exiſtimavi, utpote Virum bonis moribus præditum, virtutibus ornatum, mihique probe notum, antequam ad Patriarchalem dignitatem evectus eſſem. Vos igitur poſt Deum obſecro, Eminentiſſimi Domini, ut quas ipſe nomine meo porriget, ne patiſmini irritas eſſe & inanes preces. Interim Deum Optimum Maximum oro & obteſtor, ut totus terrarum Orbis ditioni veſtræ ſubdatur, & obductæ ab adverſariis nebulæ diſſipentur. Datum die 20. Martii 1756.

Tobias Petrus Patriarcha Antiochenus.

III.

Epiſtola Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum BENEDICTUM Papam XIV.

SANCTISSIME PATER.

POſt oſcula Liminum Apoſtolicorum, ſanctorumque pedum tuorum, Nos infraſcripti exponimus, quod die 11. menſis Februarii, ſervus tuus Simon Petrus Patriarcha Antiochenus ex hac luce ad Dominum migravit: oramus, ut

Deus

Deus Sanctitatem Tuam nobis conſervet: poſt illius autem deceſſum, congregati apud Anturam in Cheſroano in Ædе Sancti Joſephi, quæ Patrum Societatis Jeſu eſt, die 28. ejuſdem menſis, latis ſecundùm Decreta Sanctæ Libanenſis noſtræ Synodi ſuffragiis, eligimus ſervuum tuum, fratrem noſtrum, Tobiam Gazenium, Cypri Archiepiſcopum, nobili genere natum, eumque unanimi conſenſu, ſponta. nea voluntate, omnique vi remota, noſtrum Patriarcham conſtituimus. Itaque coram Apoſtolicis pedibus tuis procumbentes, ſupplices petimus, ut eidem Reve. rendiſſimo Domino Patriarchæ noſtro Tobiæ Pallium Apoſtolicum, & Pontificiam in Sede Antiochena Confirmationem concedere digneris: aliis inſuper eumdem cumulare velis rum conſuetis gratiis, cum etiam majoribus, quam quibus prædeceſſores ipſius Patriarchæ ab Apoſtolica Sede ſunt ornati: idque tam propter ipſius generis nobilitatem, morum honeſtatem, in rebus agendis ſolertiam, religionis fervorem; quam propter eximiam, quam Apoſtolicis mandatis tuis ſemper exhibuit obedientiam, impenſoſque ab eodem in Sedis Patriarchalis beneficium, Patriarcharumque obſequium & in procuranda Pontificiarum Tuarum Literarum executione, labores. Rogamus quoque paternam Tuam Clementiam, Pater Beatiſſime, ut oculos tuos ad Sedis noſtræ Patriarchalis favorem benigne convertas non enim Sanctitatem Tuam latere arbitramur, quantis illa malis ob tyrannicam Infidelium oppreſſionem hactenus ſuccubuerit. Demum ſanctis tuis pedibus iterum oſcula defigentes. Deum oramus, ut Beatitudinem Tuam diu incolumem cuea. tur. Datum apud Anturam die 29. Februarii 1756.

Archiepiſcopi & Epiſcopi.

Philippus Lyſtræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Joannes Laodiceæ.
Germanus Tripolis.
Michael Damaſci.
Antonius Arcæ.
Joſaphat Tyri.
Petrus Paneadis.
Joſeph Sidonis.
Joſeph Beryti.
Joachim Eden.
Aſſenius Tagriti.
Abdalla Cypri.

Aliæ præterea ab iiſdem Archiepiſcopis & Epiſcopis Maronitis, necnon a Proceribus Gazeniis, & Habaiſciis, in idem argumentum ſcriptæ ſunt Epiſtolæ, tum ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, tum ad Eminentiſſimos ac Reverendiſſimos Dominos Cardinales Protectores Nationis, & Monachorum Maronitarum: quibus Epiſtolis Electi Patriarchæ Tobiæ merita, omnium aſſenſu & plauſu, enunciantur.

Totius igitur negotii examine per Sanctitatem ſuam ad Eminentiſſimos Patres ejuſdem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide remiſſo, in Congregatione Generali habita die 8. Martii, currentis anni, editum eſt hujuſmodi Decretum.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide,

Habitæ die 8. Martii 1757.

REferente bon. mem. Nicolao Lercario Archiepiſcopo Rhodienſi, Secretario, poſtulationem ab Epiſcopis & Clero Maronitarum de more factam R. P. D. Tobiæ Gazeni Archiepiſcopi Cyri, viri zelo, doctrina, & prudentia, cæteriſque virtutibus plurimum commendati, in Patriarcham Antiochiæ ejuſdem Nationis, in locum R. P. D. Simonis Petri Evodii nuper defuncti, necnon preces eorumdem Epiſcoporum, Cleri, & Populi Maronitarum, pro ſupradictæ poſtulationis admiſſione, & Patriarchæ confirmatione; Sacra Congregatio cenſuit, conſulendum eſſe Sanctiſſimum pro admiſſione prædictæ poſtulationis, & confirmatione ejuſdem R. P. D. Tobiæ Gazeni in Patriarcham Antiochenum nationis Maronitarum.

Quam Sacræ Congregationis ſententiam, Sanctiſſimo Domino Noſtro relatam ab Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Domino Domino Joſepho Cardinali Spinelli Præfecto, in Audientia habita die 18. ejuſdem menſis, Sanctitas Sua in omnibus approbavit, & in Conſiſtorio ad ulteriora procedi mandavit. Datum ex Ædibus dictæ Sacræ Congregationis die 19. Menſis & Anni, quibus ſupra.

N. Antonellus Secretarius.

His præmiſſis, die 27. Martii, ejuſdem anni 1757. indicto de more Secreto Conſiſtorio, poſtquam in eo Propoſitiones Eccleſiarum, & alia occurrentia negotia fuerunt abſoluta, Sanctiſſimus Dominus noſter de Pallio Latino Patriarchis Orientalibus, quoties illud, poſitis omnibus neceſſariis conditionibus, poſtularent, concedendo, deque Maronitis, eorumque ritibus Latino ſimillimis, & eximia in Sanctam Sedem obſequio præfatus, quid in Electione tum hujus novi Patriarchæ Tobiæ, tum deceſſoris ejus Simonis Petri Evodii geſtum fuerit, luculentiſſima hac Allocutione expoſuit.

VENERABILES FRATRES.

QUadraginta jam, & ultra, effluxerunt anni, ex quo, ſuborta controverſia, num Patriarchæ Alexandrino Græci ritus indulgeri poſſet Latinum Pallium, quantumvis idem opportunis prolatis monumentis comprobaret, ſe ſchiſma ejuraſſe, ſuumque legitimum Procuratorem ad Urbem ablegaſſet, qui humiles enixaſque preces ſuas ad ipſum Pallium obtinendum afferret, coacta fuit coram ſanctæ memoriæ Clemente XI. Prædeceſſore noſtro ſatis frequens S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum Congregatio, cui Nos quoque interfuimus, & in qua ſtatutum fuit, ut expetitum Latinum Pallium concederetur; Nobiſque ipſis contigit, pro Advocati Conſiſtorialis munere, quo tunc fungebamur, ipſam Pallii petitionem in Conſiſtorio exponere 1: quod magnæ poſtmodum conſolationi Nobis extitit, quum ſcilicet in manus noſtras ſubinde pervenit vetus decretum, ſeu reſolutio multos ante annos edita 2, per quam ad propoſitum dubium, an Patriarchis Græci ritus Latinum Pallium eſſet concedendum. quoties illud, poſitis omnibus neceſſariis conditionibus, poſtularent, affirmative reſponſum fuit; quæ quidem reſolutio ignota tunc erat, quum Patriarchæ Alexandrino facta eſt Latini Pallii conceſſio 3.

Ex quo autem Nos nullis noſtris meritis ad Summum Pontificatum evecti fuimus, noſtris ipſi manibus Patriarchæ Armeniæ minoris, & Ciliciæ, confirmata prius illius Electione, Latinum Pallium impoſuimus 4. Atque id ipſum in Conſiſto-

1. Vide acta Conſiſtorialia impreſſa inter Conſiſtoriales Orationes ejuſdem Pontificis pag. 319. & ſeq.

2 Videlicet *die* 9. *Junii* 1642.

3 Ut in noſtro Opere *De Synodo Dioeceſ. l.* 13. *c.* 5. *n.*

ſiſtorio ſemipublico, concedendum, tranſmittendumque decrevimus Cyrillo Patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum, poſtquam examini ſubjecta, probataque fuerat illius electio, ipſeque per legitimum ad id conſtitutum Procuratorem, enixis precibus ſibi Latinum Pallium concedi poſtulaverat 5. Quod ipſum Latinum Pallium aliis duobus Patriarchis Armenis, ſubſequentibus temporibus, a Nobis ipſis datum eſt 6.

Quod autem ad Maronitas pertinet, compertum unicuique eſt, eos uti Azymo, non ſecus ac utitur Occidentalis Eccleſia, & ſacra adhibere indumenta noſtris ſimillima 7. Noſtis præterea, Venerabiles Fratres, Nos olim, ad compeſcendas diſſenſiones in eorum Patriarchæ Electione ſubortas Patriarcham Antiochenum Maronitarum illis conſtituiſſe Simonem Petrum Evodium, atque hunc fuiſſe a Maronitis libentiſſime exceptum, eidemque ſubinde conceſſum a Nobis fuiſſe Latinum Pallium, pro quo legitimus ipſius Procurator neceſſariis documentis inſtructus, in Conſiſtorio inſtiterat 8.

E vivis nuper exceſſit præmemoratus Simon Petrus Evodius 9 quumque Maronitæ elegerint ipſi ſucceſſorem, is plane eſt, qui per ſuum Ablegatum, opportuna quæque documenta proferentem, Pallium ſibi concedi poſtulat, quemadmodum mox ipſi audietis ex ipſius legitimo Procuratore, quem jam nunc in Conſiſtorium ab eo, cui id munus eſt, induci mandamus.

Expleta Sanctiſſimi Allocutione, Aulæ Conſiſtorialis foribus apertis per unum ex D. D. Cæremoniarum Magiſtris R. P. D. Philippus Maria Cirelli Prælatus Domeſticus Pontificius, Signaturæ Juſtitiæ Auditor, & Sacri Conſiſtorii Advocatus, & R. P. D. Arſenius Heliopolitanus Archiepiſcopus, Electi Patriarchæ Tobiæ Procurator, introducti fuere, & e regione Pontificis in Lecto ſedentis, flexis genibus, prædictus R. P. D. Cirelli Sacri Conſiſtorii Advocatus Sanctitatem Suam ſic allocutus eſt.

ANtiochena Maronitarum Eccleſia, Sanctitatis Veſtræ auctoritate & providentia maximis olim perturbationibus liberata, enixe petit, ut Pallium e B. Petri Corpore ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis Officii, nunc tradatur ſuo nuperrime electo Patriarchæ R. P. Tobiæ Gazenio Archiepiſcopo Cypri; quem non minus Gentis Maronitarum merita, quam ſua pietas, & probata in Sanctam Sedem fides, & obſervantia commendant, ut hunc honorem obtineat, quem habuit deceſſor ſuus, quemque, uti eſt eximia Sanctitatis Veſtræ in omnes late populos, qui Chriſtiano cenſentur nomine, digna Pontifice Maximo beneficentia, Orientalis Eccleſiæ Patriarchæ, parum uſitato antea exemplo, hoc tempore quinquies impetraverunt.

Ea de re R. P. Arſenius Archiepiſcopus Heliopolitanus Procurator ad Urbem miſſus, demiſſiſſime rogat, ut religioſiſſima, quæ nunquam ad partes factioſorum, aut errantium declinavit, Eccleſia, conſtanti Romanæ Cathedræ judicio, diuturna hujus decoris acceſſione fruatur; atque id ipſum in genua provolutus, Tobiæ Patriarchæ nomine & verbis, inſtanter poſtulat, inſtantius, & inſtantiſſime.

Poſt hæc Sanctiſſimus intermiſſam Allocutionem proſequens, Electionem ipſius Patriarchæ Tobiæ quam libenter, & qua clauſula ſe confirmaſſe, eidemque optatum Pallium benigne concedere, emiſſa prius tam hic in Urbe ab ipſius Procuratore, quam in Monte Libano ab ipſomet Patriarcha Fidei profeſſione; totam denique Syrorum Maronitarum nationem, ne unquam obliviſcantur ſinceram ſuam adhæſionem Catholicæ Fidei & Sedi Apoſtolicæ, monendam eſſe, eiſque ſimul nomine Pontificio Apoſtolicam Benedictionem impertiendam, ornatiſſimis hiſce verbis exponere dignatus eſt.

19 4 *Ch. lib. 13. ejuſd. Operis cap. 15. ſub n. 14.*

5. In noſtra Conſiſtoriali Allocutione *die 3. Febr. 1744.* & impreſſa *Tom. 2. noſtri Bullarii in Appendic. ſub. n. 6.*

6 Scilicet in Conſiſtorio habito *die 23. Sept. 1750.* & in Conſiſtorio habito *die 23. Julii 1754.*

7 Vide noſtra Epiſtola Encyclica *ad Miſſionarios per Orientem conſtitutos, quæ eſt 47. noſtri Bullarii Tom. 4. n. 23. 25. & 31.*

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

AUdistis, Venerabiles Fratres, expositam a legitimo Electi Patriarchæ Procuratore, pro Pallio instantiam. Audistis præterea, quibus illa fundamentis innitatur. In Congregatione negotiis Propagandę Fidei prępposita, jam expensa fuerunt Electionis validitas, Electi merita, quique peractam Electionem consequutus est, omnium assensus & plausus. De his omnibus ad Nos accuratissime relatum fuit: Nosque exhibitum a Congregatione consilium sequentes, Electionem ipsam libenter confirmavimus. In ipsa Confirmatione clausulam illam prætermisimus, per quam aliæ nonnunquam Electiones validari solent, *etiam quoad substantialia*; quum nihil in ea desideretur ex iis, quæ ad validitatem actus, juxta Orientalem disciplinam, necessaria existimantur; neque vero affirmari pro certo valeat, Occidentalis Ecclesiæ leges, quibus aliquæ inductæ fuerunt substantiales Electionum nullitates, Orientalem quoque Ecclesiam afficere, de qua in ipsis legibus nulla occurrit mentio 9. Quæ quum ita sint, annuentes precibus ab Electi Patriarchæ Procuratore expositis, libenti animo optatum Pallium ipsi concedimus; ita tamen ut idem legitimus Procurator, nomine illius, a quo constitutus est, priusquam ipsi fiat Palii traditio, Professionem Fidei emittat, juxta formulam ab Urbano VIII. Prædecessore nostro statutam; & id ipsum subinde fiat ab ipsomet Patriarcha: cui impense injungimus, ut suos Maronitas moneat, ne unquam obliviscantur sinceram Nationis suæ adhæsionem Catholicæ Fidei, & Sedi Apostolicæ, quæ tanto eos amore amplexa est, & complectitur; eisdemque simul nostro nomine Apostolicam Benedictionem impertiatur.

9 Vid. citata nostri Encyclica - quæ est 47. *Tom. 4. nostri Bullari n.* 44.

Postquam absolutum est Confitterium, quoniam præmemorati Patriarchæ Tobiæ Procurator R. P. Arsenius Heliopolitanus Archiepiscopus desiderio flagrabat, quo singulari impertito beneficio, Sanctitati suæ, ejusdem Patriarchæ nomine, gratias saltem privatim redderet, quum in publico id facere ei non liuerit: ideo post Confitterium voti compos a Pontifice perhumaniter factus, in intimo sub Cubiculo flexis genibus, hunc in modum verba fecit Arabice, quæ deinde Latine a R. P. D. Joseph Simonio Assemano, Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto, Sanctissimi Domini Nostri Prælato Domestico, & utriusque Signaturæ Referendario, reddita sunt.

BEATISSIME PATER.

TOt, ac tanta sunt eximiæ Tuæ in Antiochenum Electum meum, atque a Te in hoc Augustissimo Consensu confirmatum Patriarcham Tobiam Petrum Gazenium, benevolentiæ, charitatis, ac benignitatis argumenta, ut fateri ultro compellar, vires mihi non suppetere, quo dignas Sanctitati Tuæ grates rependam. Conabor tamen genuinos ipsius Patriarchæ sensus, sinceraque grati animi significationes pro modulo meo palam contestari. Est enim, Sanctissime Pater, est meus Patriarcha, obsequentissimus Apostolicæ Sedis filius, suæque erga Sanctitatem Tuam obedientiæ signa minime dubia, non verbis tantum, sed illustribus etiam factis, dedit: tum nempe, quum nullam interposuit moram, quin facto a Te judicio de controversa olim Patriarchali dignitate, statim acquiesceret, constitutoque Auctoritate Tua Patriarchæ Simoni Evodio, suo proximo Decessori, sese submitteret. Qua agendi moderatione, quantum virtutis suæ opinio omnibus accreverit, datis ad ipsum humanissimis Literis, Beatitudo tua declaravit. Itaque idem ipse, qui jussis Tuis obtemperans, ut tetetrimum illud schisma ex duplici in Patriarcham Electione conflatum extingueretur, delata sibi dignitate te confestim abdicavit, facile erit unicuique animo concipere, quam sit in posterum luculentiora erga Sanctam Sedem observantiæ suæ documenta præbiturus, posteaquam & Patriarchalis dignitatis, unanimi Antistitum Maronitarum suffragio collatæ, Confirmatione, & honore Pallii de Corpore B.a-

Digitized by Google

ti Petri ſumpti, ipſum honorificentiſsime cumulaſti. Quamobrem ſicuti hactenus habuiſti, Pontifex Optime Maxime, Eccleſiarumque Orientalium amantiſsime, ita nunc, & ſemper habebis Antiochenum Patriarcham Tobiam, & beneficiorum Tuorum gratum memoremque, & Pontificiorum mandatorum obſervantiſsimum.

BREVIA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

Ad Patriarcham, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Proceres Maronitarum.

I.

Venerabili Fratri Tobiæ Petro Patriarchæ Antiocheno Maronitarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

ET Venerabilem Fratrem Arſenium Archiepiſcopum Heliopolis a Fraternitate Tua ad Nos, atque Apoſtolicam hanc Sanctam Sedem omnium Eccleſiarum Catholici Orbis Matrem & Magiſtram ablegatum, & humaniſsimas literas præclaris tuæ erga Nos obſervantiæ, & debitæ erga eamdem Sanctam Sedem reverentiæ, obedientiæque documentis inſignes Nobis inſcriptas, Nobiſque a memorato Arſenio Archiepiſcopo redditas, ea, qua Prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, Noſque ipſi alias proſecuti fueramus, Pontificia benignitate & Apoſtolica caritate excepimus. Quemadmodum autem Nobis permoleſtum accidit omnium, viam nimirum univerſæ carnis ingreſſum, & uti in juſto remuneratore ſupremo Paſtorum Principes JESU CHRISTO ſperare decet, ad æterna beatæ ſtationis in Cælis tabernacula receptum fuiſſe cl. mem. Simonem, dum in humanis ageret, Patriarcham Antiochenum multis nominibus commendatum; ita ingenti lætitia in Domino exultavimus, quod Tu, Venerabilis Frater, in ejus locum & Patriarchalem Sedem per unanimem Venerabilium Fratrum Antiſtitum ſuffragantium concordiam electus, ſuffectuſque fueris. Nobis ſane comertum, exploratumque erat, Fraternitatem Tuam Sacerdotalibus, Paſtoralibuſque virtutibus inſignitam, in excolenda Chriſti Vinea Tibi commiſſa laudabiliter elaborare; atque adeo Nobis pro certo pollicemur, Te, Venerabilis Frater, majori dignitate, auctoritate, & honore cumulatum, majori ſollicitudine, vigilantia, operaque fore adnixurum, ut iſtam inclytam Maronitarum Nationem, e qua diſtrictam æterno Judici JESU CHRISTO rationem reddere debes, Apoſtolicæ huic Sanctæ Sedi ſemper addictiſſimam, & veluti ſolem inter offuſiſsimas errorum tenebras, & caligines lucidius præfulgentem, magis magiſque confirmes, illuſtres, adaugeas, & promoveas. Porro quod ad Electionem tuam a Nobis probandam, confirmandamque, Palliumque de Corpore Sancti Petri Apoſtolorum Principis ſumtum Tibi mittendum, enixis precibus expoſcis, Fraternitati Tuæ perſuaſum eſſe cupimus, Nos, a graviſsima diuturnaque infirmitate ipſum per ineffabilem divinitatis abundantiam convaleſcentes, ubi Nobis interum fuit, ne quidquam per Nos moraretur, e lecto Secretum cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Conſiſtorium habuiſſe. In hoc itaque Conſiſtorio Electionem tuam approbavimus, & Apoſtolica auctoritate noſtra confirmavimus, Palliumque de more Tibi tradendum mandavimus, prout ex aliis noſtris Apoſtolicis Literis plenius intelliges. Nec dubitamus, quin idem Arſenius

Ar-

Archiepiſcopus Ablegatus tuus, a quo & Pallium accipies, de omnibus per in hoc negotio actis geſtiſque Fraternitatem Tuam fuſius edoceat. Præterea Fraternitatem Tuam, quam plurimi facimus, magnoque honore proſequimur, & Apoſtolica caritate in vinculo unitatis complectimur, vehementer rogamus, atque in Domino hortamur, ut noſtram imbecillitatem in ferventioribus tuis apud Deum obſecrationibus commendatam habere ſatagas. Cæterum, Venerabilis Frater, bono animo eſto, prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple, certa bonum certamen Fidei, apprehende vitam æternam cum corona juſtitiæ, quam repoſitam digne laborantibus in Cælo reddet Tibi quoque Dominus in illa die juſtus Judex. Nos interim ad proſperi ſucceſſus, divinique præſidii auſpicium, & ſtudiolæ noſtræ ad Fraternitati tuæ, univerſæque Maronitarum Nationi, cum opportuna ſeſe dederit occaſio, gratificandum voluntatis pignus, Apoſtolicam Benedictionem uberrima cum cæleſtium chariſmatum copia conjunctam, Tibi, Venerabilis Frater, eidemque Maronitarum Nationi tuæ, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXX. Aprilis MDCCLVII. Pontificatus noſtri Anno Decimoſeptimo.

Cajetanus Amatus.

II.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Patriarchatus Antiocheni Nationis Maronitarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

XXII. Non eſt celebranda Miſſa operto capit. Canones id prohibentes adducti a nobis ſunt in Notificatione 14. Tom 2. quæ 34. eſt Latinæ editionis §. 2. edit. Ital. Latinæ vero Sect. 1. num. 53. *Inter alios vero Canones ad litteram id habet Can.* Nullus Epiſcopus de Conſecrat. diſt. 1. Nullus Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, ad ſolemnia Miſſarum celebranda præſumat cum biculo intrroire, aut velato capite Altario Dei aſſiſtere. *Quidquid autem ſit de eo, quod Vaſquez Tom. 3. in 3. part. Diſput. 232. cap 4. refert, in Polonia Sacerdotes etiam Regulares in hyeme operto capite Miſſam dicere uſque ad Conſecrationem; conſuevit dari licentia capite operto Miſſam legendi excepto Canone, ſi teſtentur Medici ex capitis nudatione ſanitatis periculum imminere. Paulum V. conceſſiſſe legitur in aliquibus Orientis Eccleſiis Miſſas integras una cum Canone operto capite celebrari, cum iis in regionibus in urbana habeatur capitis denudatio. Raymundus citat. Tom. 6. pagin. 499. columna 2. & Henaus Tom 2. de Sacrificio diſput. 27. ſection. 2. numer. 10. admittunt, operto capite Miſſam, & Canonem dici poſſe, ſi alias timeatur ſaluti Sacerdotis, in regionibus præſertim frigidis. Ideoque Navarrus lib. 3. de celebrat. Miſſarum, Conſil. 7. num. 5. edit. Venet. 1621, hæc adfert:* Non deſinunt Sacramenta Divina reverenter tractari, eo quod ex juſta cauſa, & neceſſitate vitandi frigoris, vel doloris capitis, pileolo aliquo honeſto caput tegatur. *Concordat Salmero Tom. 14. in pp. 1. ad Corinth. cap. 11. diſput: 18. pag. 144. edit. Colon. 1614. & Henaus cit. ſect. 2. num. 20. ita cum Arriaga concludit:* Non eſt cenſendum, Deum malle omitti Sacrificium, aut quod graviter Sacerdotes de ſalute periclitentur, quam quod habeant tecta capita; cum hoc ipſum, quod extra neceſſitatem eſſet irreverentia, deſinat eſſe talis in ſimilibus caſibus. *Præterea Sacerdotibus vetitum eſt deferre fictitia capillitia, prout liquet ex documentis a Nobis congeſtis in Tractatu de Synodo Diœceſana edit. noviſſ. lib. 11. cap. 9. maximeque ea prohibitio ſe extendit ad celebrationem Miſſæ, attamen per ſpeciem aliquam tolerantiæ, ut Clericis concedatur etiam Miſſam celebrare ſic coopertis, dummodo corona, ſeu tenſura clericalis aperta ſemper maneat.*

XXIII. Agendum jam eſt de modis excogitatis, quibus facilior reddi tur Laicis Sa-

Digitized by Google

nel detto Concilio ad istanza de' Vescovi ad Incmaro Vescovo di Laon, cieco, nipote d' Incmaro Remense, il celebrare la Messa; ed attestando il Soto *in 4. Sent. dist. 9. quæst. 1. art. 2.* di aver veduto nel Concilio di Trento un Vescovo cieco, che celebrava quotidianamente la Messa colla dispensa del Papa. Ma nel tempo che *in minoribus* eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, dopo essere stata ben discussa ed esaminata la materia, dopo essersi veduti gli Autori più gravi, allegati da Noi nel foglio, che in quell' occasione pubblicammo, e che si ritrova stampato *nel tom. 4. del Tesoro delle Risoluzioni della detta Congregazione pag. 102. e seg. dell' elezione d' Urbino*, fu concessa ad un degno Paroco Fiorentino affatto cieco, al di cui favore concorrevano varie rilevanti circostanze, la grazia di poter celebrare la Messa coll' assistenza d' un altro Sacerdote, essendo stata proposta la causa ai 2. di Agosto del 1727. e risoluta nel giorno 23. dello stesso mese ed anno. Nè mancano altri simili esempj di concessioni di dispense fatte dipoi.

XXII. Non si può celebrare la Messa col capo coperto. I Canoni che ciò vietano, sono da Noi allegati *nella nostra notificazione decimaquarta del tom. secondo* che è *la trentesimaquarta nell' edizione Latina, al §. quarto*, il che pure vien comprovato da Noi *nel nostro tom. primo della Santa Messa alla sezion. prima cap. quarto §. secondo dell' edizione Italiana* e *alla sez prima n. cinquantesimoterzo dell' edizione Latina*; essendo, oltre gli altri Canoni, letterale quello che incomincia *Nullus Episcopus, de Consecrat. dist. 1.* le di cui parole sono le seguenti: *Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, ad solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite Altario Dei assistere*. E, ciò che siasi di quello che racconta il Vasquez *nel tom. 3 sopra la 3. part. disp. 232. cap. 4.* che nella Polonia i Sacerdoti anche Regolari dicono la Messa nel tempo d' inverno tenendo il capo coperto fino alla consecrazione; è introdotta l' usanza di concedere il celebrare la Messa col capo coperto, tenendolo però scoperto nel tempo del Canone, e della Consecrazione, quando vi concorra l' attestazione de' Medici della necessità in cui si trova il Sacerdote di tener coperta la testa celebrando la Messa per non recar pregiudizio alla sua salute. E del Pontefice Paolo V. si legge, che in alcune Chiese Orientali concesse il celebrare la Messa col capo coperto anche nel tempo del Canone, e della Consecrazione; riputandosi in quelle regioni cosa incivile il tenere il capo scoperto. E il Reynaudo *nel citat. tom. sesto pag. 499. col. 2.* e l' Henao *nel tom. 2. de Sacrificio disputat. 27. sez 2. numer. 10. e numer. 20.* ammettono il tenere il capo coperto anche nel tempo del Canone, e della Consecrazione, pel timore del detrimento della salute, a cui sarebbero sottoposti i Sacerdoti che dicono la Messa ne' paesi soggetti al gran freddo, ancorchè lo tenessero scoperto nel solo tempo del Canone, e della Consecrazione. Onde il Navarro nel *libr. 3. de celebrat. Missar. consil. 7. n. 5. dell edizione Veneta del 1621.* così la discorre: *Non desinunt Sacramenta Divina reverenter tractari, to quod ex justa causa & necessitate vitandi frigoris, vel doloris capitis pileolo aliquo honesto caput tegatur*. Concorda il Salmerone *al tom quattordici nell' epistol. prima ad Corinthios capitolo undecimo disput. decima ottava p. 144. della stampa di Colonia del 1614.* E l' Henao *nella cit. sess. 2 num. 20.* così conchiude coll' Arriaga *disp. 55. sez. 4. num. 19. Non est censendum, Deum malle omitti Sacrificium, aut quod graviter Sacerdotes de salute periclitentur, quam quod habeant tecta capita; cum hoc ipsum, quod extra necessitatem esset irreverentia, desinat esse talis in similibus casibus*. In oltre è proibito agli Ecclesiastici il portare la parrucca, come può vedersi ne' monumenti da Noi raccolti nel nostro Trattato *de Synodo Diœcesana* dell' ultima stampa *al lib. 11. cap 9.* e molto più l' andare con essa all' Altare, e celebrare con essa la Messa: e, ciò non ostante, si è introdotta una specie di tolleranza a prò di quelli che hanno la licenza di portare la parrucca, di portarla anche all' Altare celebrando la Messa, purchè sempre resti scoperta la corona Clericale.

XXIII. Succede il discorrere delle facilità ritrovate, acciò i laici, non ostanti le

Sacramentorum perceptio, non obſtantibus quibuſdam difficultatibus. Notum cuique eſt, celebratam olim in mari Miſſam, quæ ficca dicebatur, quæque prohibitæ eſt; nunc autem facultas conceditur Miſſæ veræ celebrandæ, ſi tamen navis ſecura ſit, remota a littore, mare tranquillum, & præter Sacerdotem celebrantem adſit Presbyter, aut Diaconus alius, qui exurgente forte quopiam motu ſalicis effuſionem prævertat: ſingula videri poſſunt Tom. 2. de Sacrificio Miſſæ Seſſ. 2. cap. 2. §. 3. pag. 156. edit. Ital. Latinæ vero Sect. 2. num. 49. & ſeq. Atque ne prolixior ſit oratio, indicare ſufficiet, modum quoque adinventum eſſe miniſtrandi Sacram Euchariſtiam infirmo, conſecratam particulam deglutire non valenti, nec minus peſte laboranti, quin Sacerdos miniſtrans eam contrahendi periculum ſubeat; quoad primum videatur in Tract. de Sacrificio Miſſæ Tom. 2. Sect. 2. cap. 6. §. 4. edit. Ital. & Sect 2. num. 170. edit. Latinæ. Secundum habetur in Tractatu de Synodo Diœceſana edit. noviſſ. lib 13. cap. 19. num. 21. & ſeq. Ex quibus omnibus confirmantur ſuperius dicta, nimirum ſi omni ratione proſpectum eſt Sacerdotibus ſimplicibus celebrare non valentibus, ut poſſint nihilominus Sacris operari: ſi omni poſſibili modo Laicis Sacramenta miniſtrantur, non debent accumulari ſcrupuli & ſubtilitates ad arcendos Presbyteros in dignitatibus Eccleſiaſticis conſtitutos, & Epiſcopos præſertim a celebranda Miſſa ſedentaria, ſi debilitate pedum laborent: cum præcipuum Epiſcoporum officium ſit, offerre Deo ſacrificium pro populo curæ ſuæ concredito, & pro ſeipſo.

XXIV. Id ſane diſertis verbis docet S. Paulus Epiſt. ad Hebr. cap 5. verſ. 1. & ſeq. Omnis namque Pontif. ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit iis, qui ignorant, & errant: quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis: *& in ejuſd. epiſt. cap. 8. verſ. 3.* Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur. *Inde poſt prolixum ſermonem in idem caput 5. concludit Joannes Gagneus:* Munus ergo aſſumpti Pontificis eſt orare, & pro ſuis, & pro populi delictis ſacrificia offerre, & agnoſcere ſe peccatorem, atque ita populi peccatis condolere. *Gagneo aſſentiuntur Guilelmus Eſtius, Salmero, & Cornelius a Lapide in Commentariis in citatum caput 5. Neque regerenda hic eſt ſuperius allata objectio, ceſſare motivum ædificandi populum per celebrationem, cum hæc perfici nequeat a ſedente niſi in Capella, aut Oratorio privato ad evitandam populo demirationem; neque enim populi ædificatio princeps cauſa celebrandi eſt, ſed oblatio ſacrificii pro populo, quæ obtinetur æque per celebrationem in Oratorio. Præterea populus videns Epiſcopum ſuum celebrare, quo poteſt, modo, ſcienſque ſedentem celebrare ex conceſſione Pontificia, tantum abeſt, ut offendatur, quin potius ædificetur.*

XXV. Bene omnia haberent, inquies, ſi prout exempla habentur conceſſæ Epiſcopis licentiæ, ſedendo Miſſam celebrandi, illa ad Canonem quoque, adeoque ad totam, & integram Miſſam ſe extenderet, in hoc enim cardo rei vertitur. Antiquitatis ſacræ monumento evolventi occurrit S. Lucianus Martyr, qui in perſecutione Maximiani fidelium eodem ſecum carcere detentorum deſiderio Sacro Miſſæ Sacrificio aſſiſtendi factus ſatis, ipſo Epiphaniæ feſto die in terram extenſus, & pectore tanquam ara uſus Sacris eſt operatus, prout videre eſt in Actis

apud

le difficoltà che s'incontrano, possano ricevere i Sagramenti: E' noto ad ognuno, che, sebbene una volta in mare celebravasi unicamente la Messa, detta secca, che poi fu proibita, oggidì si concede il privilegio della celebrazione della Messa vera, acciò i laici e gli altri, che sono della nave, non restino senz'assistere al Divin Sagrificio, quando però la nave sia sicura, sia molto lontana dal lido, il mare sia tranquillo, ed oltre il Celebrante, vi sia un altro Sacerdote, o Diacono il quale sia pronto ad occorrere colla mano, nel caso che insorgesse qualche moto, per cui potesse temersi, che il Calice si rovesciasse; come può il tutto vedersi *nel nostro tom. 2. della Santa Messa sez. 2. cap. 1. §. 3. pag. 256. dell'edizione Italiana, e nell'edizione Latina sez. 2. num. 49. e seg.* E per non dilungarci di soverchio accenneremo, non essersi tralasciato di pensare al modo, con cui può amministrarsi il Sagramento dell'Eucaristia all'ammalato che non può inghiottire la sacra Particola, ed ancora al modo d'amministrare il Sagramento dell'Eucaristia agli appestati, senza che il Sacerdote, che l'amministra, contragga la peste, come, quanto al primo capo, può vedersi nel nostro Trattato *della Santa Messa al tom. 2. sez. 2. cap. 6. §. 4. dell'edizione Italiana*, ed *alla sez. 2. num. 170. dell'edizione Latina*, e quanto al secondo capo del nostro Trattato *de Synodo Diœcesana* dell'ultima stampa *al lib. 13. cap. 19. num. 21. & seq.* Per le quali cose tutte ripiglia vigore quanto poc'anzi si detto, che essendosi pensato a dare ogni possibile ajuto ai semplici Sacerdoti inabilitati a celebrare la Messa, acciò la possano celebrare, ed ai laici impediti a ricever i Sagramenti, acciò li possano ricevere, non debbasi poi con tanti scrupoli e sottigliezze procurar d'impedire ai Personaggi costituiti nelle più sublimi dignità Ecclesiastiche, e molto più ai Vescovi che non possono reggersi su i piedi, il celebrare la Messa sedendo in tutto il tempo della celebrazione, essendo particolarmente uffizio del Vescovo l'offerire a Dio il Sagrifizio della Messa pel popolo alla sua cura commesso, ed anche per se stesso.

XXIV. Ecco le parole di S. Paolo *nell'epistola agli Ebrei al cap. 5. vers. 1. e seg. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit iis, qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis*: e *nel cap. 8. della stessa lettera al vers. 3. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur*. Per lo che Giovanni Gagneo *sopra il detto capitolo* 5. dopo un lungo discorso così conchiude: *Munus ergo assumpti Pontificis est orare, & pro suis ac pro populi delictis sacrificia offerre, & agnoscere se peccatorem, atque ita populi peccatis condolere*. E col Gagneo concordano Guglielmo Estio, il Salmerone, e Cornelio a Lapide *ne' Commenti sopra il cit. cap.* 5. non meritando d'esser valutata la riflessione addotta di sopra, che dovendosi celebrare dal Vescovo sedente la Messa, non in Chiesa, ma nell'Oratorio privato, per non recar maraviglia al popolo che la vedesse celebrare nel modo predetto, cessa il fine della predetta celebrazione, che è l'edificazione del popolo; imperocchè non è l'edificazione del popolo la causa principale della celebrazione della Messa, ma è l'offerire il Sagrifizio per esso, il che si fa celebrando anche la Messa nell'Oratorio: oltre di che il popolo che sta intento alle operazioni del Vescovo, sapendo, che il Vescovo celebra la Messa in quella maniera che può, dee restar edificato del proprio Pastore, e non scandalizzato; tanto più, quando sa, che così celebra, avendo ottenuta dal Papa la dispensa.

XXV. Tutto va bene, dirassi; ma a buon conto non si ritrova esempio, che di dispense concesse anche ai Vescovi di celebrare la Messa sedendo, ma non nel tempo del Canone, e della Consecrazione; nè si ritrova esempio di dispense di celebrare la Messa sedendo in tutto il tempo della celebrazione che è il punto della presente indagine. Scorrendo la sacra antichità, ritrovasi, che S. Luciano Martire nella persecuzione di Massimiano, per soddisfare alla divozione de' Cristiani, che seco rinchiusi in carcere bramavano d'assistere al Sagrifizio della

apud Bollandiſtas Tom. Januarii pag. 361. num. 14. Theodoretus Cypri Epiſcopus in gratiam Sancti Eremicolæ, qui Miſſæ nunquam interfuerat, allatis in ipſius tugurium ſacris vaſis, manibus Diaconorum pro altari uſus Sacram confecit Euchariſtiam, prout ipſemet refert in Philotheo cap. 20. Uranius in epiſtola de obitu Paulini apud Bollandiſtas Tom. 4. Junii pag. 168. num. 2. teſtatur, quod cum ad decumbentem S. Paulinum Nolanum Epiſcopum alii duo Præſules inviſerent, ægrotus licet, cum aliis Miſſam celebraverit erecta prope lectum ara: Et quaſi profecturus ad Dominum, jubet, ſibi ante lectulum ſuum ſacra miniſteria exhiberi: ſcilicet ut una cum Sanctis Epiſcopis oblato ſacrificio, animam ſuam Domino commendaret: *quod & factum indicatur, num. 3.* Et cum hæc omnia Sanctus Epiſcopus læto, ac perfecto ordine celebraſſet: *Neque, quod aliqui contendunt, illa Uranii verba de perceptione Sacræ Euchariſtiæ, non item de celebratione Miſſæ intelligenda ſunt, huic enim ſuffragantur Tillemontius Tom. 14. in Actis Sancti Paulini art. 32. pag. 139. edit. Venet. doctiſſimuſque Pater Magiſter Orſi Magiſter Sacri Palatii Apoſtolici Tom. 12. Hiſt. Eccleſ. lib. 18. num. 76. pag. 375.*

XXVI. *Specioſa quidem ſunt exempla ſuperius allata, præſentique caſui optime conveniunt; verum antiqua ſunt, & præcedentia tempus illud, quo in modernos ritus fuit reducta Miſſæ forma. At vero S. Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus mortuus eſt ſub initium Sæculi noni; Ignatius vero Epiſcopus Nicænus, Taraſii diſcipulus & illius vitæ ſcriptor videndus apud Baronium ad annum 806. & apud Bollandiſtas Tom. 3. Februarii pag. 586. num. 47. hunc in modum deſcribit celebrationem Miſſæ a Sancto Patriarcha graviter decumbente peractam:* Ingruens morbus, & valde gravem ei dolorem afferens, non perſuaſit, ut obliviſceretur perpetui, & Divini Officii. Nam & morbo, & ſenio laborans, nequaquam ſatiabatur ſacroſancti Myſterii celebratione, ſed intenſo amore ad Deum ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innixus menſæ ligneæ, quæ ponebatur ante Aram Divinam, Sancta peragebat, infirmus videlicet: *quod eſt, ventre, & pectore adniti tabulæ, partemque corporis reliquam, pedibus ſuſtentando. De S. Ivone Presbytero, & Parocho Britanniæ Armoricenſis anno 1303. defuncto legitur, quod pedibus inſiſtere non valens hoc Miſſam celebraverit modo:* Fuit adeo infirmus, & debilis, quod ſe non poterat ſuſtinere; immo interdum ſuſtentabatur per aliquos aſſiſtentes, & ſic Miſſam celebravit in Cappella ſua: *prout videre eſt tom. 4. Maji apud Bollandianos pag. 541. A. num. 17. atque teſtis de viſu fatetur apud eoſdem Bollandianos loc. cit. pag. 560. C. num. 65. Mauritius vero Gaufridus in prolixa deſcriptione vitæ S. Ivonis in cit. tom. 4. Bollandiſtarum pag. 594. A. cap. 5. num. 59. rem omnem ita complectitur:* Erat autem adeo tunc infirmus, ut præ debilitate corporis nec induere, nec exuere per ſe ſufficeret ſacras veſtes, ſed nec alia pro Miſſa neceſſaria præparare, ad Altare ſe ſuſtinere, aut ad elevandum Corpus Domini ſe juvare, niſi ab aſſiſtentibus Abbatibus Belliportus, & de Begar, & Archidiacono Trecorenſi cum aliis præſentibus ſulciretur.

XXVII. *Propius jam ad ſcopum accedimus; ſed cum diſciplina illius ævi, cujus exempla in medium attulimus, neceſſitatem diſpenſationis Apoſtolicæ ad Miſſæ ſedentariæ celebrationem necdum induxerit, quæ tam ſapienter admodum eſt invecta, ne quiſque infirmitatem ſibi fingens ſedendo celebrare auguſta Myſteria auderet: adferemus porro exempla conceſſarum a Romanis Pontificibus diſpenſationum pro celebratione Miſſæ a ſedentibus, excepto tempore Canonis, de qua haud*

della Meſſa, ſi ſteſe in terra, e nella Feſta dell' Epifania, ſi ſervì del proprio petto, come d'un Altare, per celebrarvi la Meſſa: come ſi vede negli Atti appreſſo i Bollandiſti *nel tom. 1. di Gennajo pag.* 361. *num.* 24. Ritrovaſi, che Teodoreto Veſcovo di Ciro, per far coſa grata ad un ſanto Romito, che ſtando nella ſua ſolitudine, non era mai ſtato preſente alla Meſſa, portatoſi al di lui tugurio coi ſacri vaſi, fece, che le mani de' Diaconi ſerviſſero d' altare, e ſopra eſſe fece la conſecrazione della ſacra Eucariſtia; come eſſo ſteſſo racconta *nel Filoteo al capo* 10. Uriano nella lettera *de obitu Paulini*, appreſſo i Bollandiſti *al tom. 4. di Giugno pag.* 168. *num.* 2. atteſta, che eſſendo infermo S. Paolino Veſcovo di Nola, vennero altri due Veſcovi per viſitarlo, e che con eſſi celebrò, benchè infermo, la Meſſa, avendo fatto alzare un Altare vicino al letto: *Et quaſi profecturus ad Dominum jubet, ſibi ante lectulum ſuum ſacra miniſteria exhiberi; ſc. ut una cum Sanctis Epiſcopis oblato Sacrificio animam ſuam Domino commendaret*; il che anche fu puntualmente eſeguito, come ſi vede *nel num.* 3. *Et cum hæc omnia Sanctus Epiſcopus læto ac perfecto ordine celebraſſet*: non potendoſi ammettere l'intelligenza data da alcuni alle citate parole d' Uriano, cioè, che debbono intenderſi, non della celebrazione della Meſſa, ma del ricevere la ſacra Eucariſtia, eſſendo contrarj a queſta intelligenza, e favorevoli all'altra della celebrazione della Meſſa, il Tillemont *al tom.* 14. *nelle Geſta di S. Paolino art.* 32. *pag.* 139. *della Veneta edizione*, ed il dotto Padre Maeſtro Orſi, Maeſtro di queſto Sacro Palazzo Apoſtolico, *nel tom.* 12. *della Storia Eccleſiaſtica lib.* 28. *num.* 76. *pag* 375.

XXVI. Sono ſenza dubbio ſpecioſi i ſopraddetti eſempj, e poſſono anche ſervire per l'aſſunto preſente: ma ſono antichi, e ſono ſeguiti, prima che la Meſſa foſſe ridotta al ſiſtema dell'ordine, in cui preſentemente ſi ritrova: Morì S. Taraſio Patriarca di Conſtantinopoli nel principio del ſecolo nono, ed Ignazio Veſcovo Niceno di lui diſcepolo, e che ſcriſſe le di lui geſta, come può vederſi appreſſo il Cardinale Baronio *all'anno* 806. ed appreſſo i Bollandiſti *al tom.* 3. *di Feb. pag.* 586. *num.* 47. così deſcrive la celebrazione della Meſſa, che il Santo faceva nel tempo della ſua grave malattia: *Ingruens morbus, & valde gravem ei dolorem afferens, non perſuaſit, ut obliviſceretur perpetui & Divini Officii. Nam & morbo & ſenio laborans, nequaquam ſatiabatur ſacroſancti Myſterii celebratione, ſed intenſo amore ad Deum ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innixus menſæ ligneæ, quæ ponebatur ante Aram Divinam, ſancta peragebat, infirmus ſcilicet*: che vuol dire, appoggiando il ventre, ed il petto alla tavola di legno, e ſoſtentando coi piedi l'altra parte del corpo. Morì nel 1303. S. Ivo Sacerdote e Parroco nella Bretagna Armorica; e di eſſo ſi legge, che, non potendo ſtare in piedi, celebrava la Meſſa nel modo ſeguente: *fuit adeo infirmus, & debilis, quod ſe non poterat ſuſtinere; immo interdum ſuſtentabatur per aliquos aſſiſtentes, & ſic Miſſam celebravit in Cappella ſua*: come può vederſi *nel tom. 4. di Maggio* dei Bollandiſti *pag.* 541. *A. num.* 17. e lo depone un Teſtimonio *de viſu* nel Proceſſo fatto ſopra le di lui Virtù appreſſo gli ſteſſi Bollandiſti *nel luogo citato pag.* 560. *C. n.* 65. e Maurizio Gauſrido nella lunga Vita che ſcriſſe di S. Ivo, *nel cit. tom. 4.* de' Bollandiſti *pag.* 449. *cap.* 6. *n.* 59. così deſcrive il tutto: *Erat autem adeo tunc infirmus, ut præ debilitate corporis nec induere nec exuere per ſe ſufficeret ſacras veſtes, ſed nec alia pro Miſſa neceſſaria præparare, ad Altare ſe ſuſtinere, aut ad levandum Corpus Domini ſe juvare, niſi ab aſſiſtentibus Abbatibus Belliportus, & de Begar, & Archidiacono Trecorenſi cum aliis præſentibus fulciretur.*

XXVII. Incominciano le coſe ad accoſtarſi al ſuo dovuto ſegno; ma, non eſſendo in que' tempi introdotta per anche la diſciplina della neceſſità della diſpenſa Apoſtolica per potere ſedendo celebrare la Meſſa, diſciplina ſaviamente introdotta, acciò non ſia in petto di ciaſcheduno il figurarſi una malattia, e celebrare la Meſſa ſedendo: porteremo gli eſempj delle diſpenſe de' Romani Pontefici, conceſſe ai Perſonaggi qualificati nella Chieſa, ed ai Veſcovi infermi, e che non poſſono reggerſi ſu i piedi, non già di celebrare la Meſſa ſedendo,

haud eſt controverſia, ſed de integra Miſſa a ſedentibus celebrata, de qua in præſentiarum potiſſimum quæſtio agitatur.

XXVIII. *Joannes Renna Venetus factus 3. Novembris 1534. Epiſcopus Algerienſis, indeque anno 1538. die 13. Maji ad Sedem Pampelonis Novæ translatus varias a Paulo III. gratias petiit. Inter alia expoſuit, ſe podagræ morbo omni propemodum membrorum uſu eſſe privatum*: Diverſis infirmitatibus podagræ detentus, quibus fere ad membrorum invaliditatem redactus es: *ideoque Miſſam ſtando celebrare non valens, petiit facultatem Sacris operandi in ſella eo confecta artificio, ut illi inſidens, ſtare videretur*: Ac tibi, qui propter infirmitatem prædictam, Miſſam ſtando celebrare non vales, & zelo devotionis accenſus Miſſam celebrare deſideras, tibi, ut ſedendo in quodam artificio ſedis per te facto, in quo ſedendo ſtare videris, quoties tibi placuerit, Miſſam celebrare, benedictionem elargiri, & alia, quæ ad Epiſcopalem Ordinem pertinent, etiam ſedendo exercere.... tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus: proviſo, quod Divinum Sacramentum debita cum reverentia tractetur, & ſcandalum non ſequatur, &, ſi celebratione tua in artificio prædicto aſtantes ſcandalizari veriſimiliter credi poſſit, celebrationem hujuſmodi non publice, ſed privatim facias. *Breve Cardinalis Hieronymi Ghinuccii manu ſubſcriptum reperitur; ille enim ſcripta roborandi munere fungebatur, prout Ciacconius Tom. 3. pag. 569. refert, adjectum quoque eſt nomen Secretarii Apoſtolici breviori nota ſignatum. Ipſum vero Breve habetur in ſchediis autographis Brevium Pauli III. in Archivio ſecreto anni 1538 num. 466. integrumque exhibebitur ad calcem huius epiſtolæ, ut cujuſque judicium convincatur. Nos quidem mechanicarum rerum ignari ſedis hujus, in qua ſedens ſtare videbatur, examen haud inſtituemus: Id exinde deduxiſſe ſufficiet, Paulum III. Epiſcopo Pampelonenſi facultatem feciſſe per omnem Miſſam ſedendi, ne Canonis quidem, & Conſecrationis tempore excepto.*

XXIX. *Pontifex S. Pius V. primo Pontificat. ſui anno Franciſco Ferrerio Cardinali tituli S. Agnetis ob podagræ moleſtias ſtando Sacris operari non valenti veniam feciſſe, ut in privata Capella ſedens Sacram Liturgiam perageret*: Nos ſpecialem gratiam tibi facere volentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ, ut, quotieſcumque devotionis gratia Miſſam celebrare volueris, ſi eam pedibus ſtando ob ipſas indiſpoſitiones commode celebrare nequiveris, illam ſedendo in Oratorio domus tuæ, ſeu Cappella tua privata, coram familiaribus, & domeſticis tuis duntaxat, ita ut exinde nullus ſcandalum, aut offendiculum capere poſſit, alias tamen rite celebrare valeas, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, licentiam concedimus, & facultatem. *Schediaſma autographum firmatum manu Reverendiſſimi Cæſaris Glorierii ſenioris Brevium Secretarii, in Archivio ſecreto inter diagrammata archetypa S. Pii V. anni 1566. num. 572. aſſervatur. Hoc quoque Breve integrum ſubjiciemus, tum ut cuique innoteſcat, tum, ut levitatis convincantur aſſerentes, rei cujuſpiam exemplum non extare, quod ipſi illud ignorent; ex quo fit, ut dum talium aſſertionum facilitas laboris moleſtiam in alios transfert, ipſis grave accidat, ſi quæ exiſtere negaverant, in lucem protrahantur.*

NAR-

Digitized by Google

eccettuato il tempo del Canone e della Conſecrazione, del che non ſi queſtiona, ma di ſedere in tutto il tempo della Meſſa, al qual punto ſi riduce il preſente eſame.

XXVIII. Giovanni Rena Veneziano, che fu ai 3. Novembre del 1514. fatto Velcovo d'Alghieri, e da queſto Velcovado fu trasferito a quello di Pamplona ai 13. Maggio 1538. domandò al Pontefice Paolo III. varie grazie. Fra le altre eſpoſe, ch'era maltrattato dalla Podagra, in tal maniera che i ſuoi membri erano quaſi reſi affatto inabili: *Diverſis infirmitatibus podagræ detentus, quibus ſere ad membrorum invaliditatem redactus es*, per lo che non potendo celebrare la Meſſa ſtando in piedi, deſiderava poterla celebrare in una ſedia, che aveva fatto fare, ed in cui ſedendo, pareva, che ſteſſe in piedi. *Ac tibi, qui propter infirmitatem prædictam Miſſam ſtando celebrare non vales, & zelo devotionis accenſus Miſſam celebrare deſideras, tibi, ut ſedendo in quodam artificio ſedis per te facto, in quo ſedendo ſtare videris, quoties tibi placuerit, Miſſam celebrare, benedictionem elargiri, & alia, quæ ad Epiſcopalem Ordinem pertinent, etiam ſedendo exercere . . . tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus, proviſo, quod Divinum Sacramentum debita cum reverentia tractetur, & ſcandalum non ſequatur: &, ſi celebratione tua in artificio prædicto aſſantes ſcandalizari verisimiliter credi poſſit, celebrationem hujuſmodi, non publice, ſed privatim facias.* Il Breve ſi ritrova ſottoſcritto dal Cardinale Girolamo Ghinucci, che era quello che aveva l'incombenza di ſottoſcriverli, come può vederſi nel Ciacconio *al tom. 3. pag. 569.* e da uno de Segretarj Apoſtolici, il di cui nome è abbreviato. Il Breve poi ſi ritrova fra le minute originali de' Brevi di Paolo III. nell' Archivio ſegreto all'anno 1538. *num.* 466. ed intiero ſi traſcrive nel fine di queſta Lettera, acciocchè ognuno, leggendolo, poſſa ſoddisfarſi. Noi qui non ci innoltreremo a diſcorrere della ſedia artifiziosa, in cui ſedendo chi celebrava Meſſa, pareva, che ſteſſe in piedi; noo avendo Noi pratica di ſimili coſe: ma diremo, eſſere ſtata da Paolo III. conceſſa la facoltà al Veſcovo di Pamplona di celebrare la Meſſa ſtando ſempre a ſedere, e ſenza l'obbligo di ſtare in piedi nel tempo del Canone e della Conſecrazione.

XXIX. Il Pontefice S. Pio V. nel primo anno del ſuo Pontificato conceſſe al Cardinale Pietro Franceſco Ferreri del Titolo di S. Agneſe il celebrare la Meſſa nella ſua Cappella privata ſedendo, mentre per la grave indiſpoſizione della podagra non poteva celebrare in piedi: *Nos ſpecialem gratiam tibi facere volentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ, ut quotieſcumque devotionis gratia Miſſam celebrare volueris, ſi eam pedibus ſtando ob ipſas indiſpoſitiones commode celebrare nequiveris, illam ſedendo in Oratorio domus tuæ, ſeu Cappella tua privata, cum familiaribus & domeſticis tuis dumtaxat, ita ut exinde nullus ſcandalum, aut offendiculum capere poſſit, alias tamen rite celebrare valeas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus & facultatem.* La minuta originale del Breve è ſottoſcritta da Monſignor Celare Glorieri antico Segretario de' Brevi, ed è nell' Archivio ſegreto fra le minute originali de' Brevi di S. Pio V. dell'anno 1566. *num.* 572. Si dà pure nel fine di queſta Lettera il Breve intero, acciò non ſolamente poſſa ognuno ſoddisfarſi, ma reſti ancora perſuaſo, dirſi da taluni con molta facilità, che non v'è eſempio della tal coſa, perchè eſſi non ne hanno notizia: ed il comodo che ſi riceve dalla ſopraddetta aſſerzione, che traſfonde in altri il peſo di faticare, liberandone l'aſſerente, ſuol finire in amarezza, comparendo ciò, che lo ſteſſo aſſerente aveva detto o non eſſervi, o non ritrovarſi.

NARRATIO

Factorum Romanum Pontificem attingentium, quorum notitia neceſſaria videtur præſentem quæſtionem dijudicaturo.

XXX. *Supervacanea videri potuerunt, quæ deinceps in medium erimus allaturi; ſi enim Summus Pontifex aliis impedimento laborantibus facultatem elargitur Miſſam celebrandi ſedendo, mirarine ſubibit, ſi eadem ex cauſa eadem ipſe utatur œconomia? At vero univerſim loquendo non videtur Pontificiæ dignitati convenire uſus licentiæ aliis conceſſæ. Hinc ut diſpiciatur, an indecens ſit a Pontifice ſedente Miſſam celebrari, diſquirendum, fuerintne Pontifices, qui omnem Miſſæ celebrationem ſedentes perfecerint. Haud equidem magni Nobis moliminis hæc res eſt, cum conceſſuri bonæ memoriæ Cardinali de Roban podagra impedito licentiam celebrandi Miſſam ſedendo excepto Canone, & Conſecratione, omnia ad id argumentum facientia ſolicite conquiſierimus. Neque jam illa congerere valeremus, tum ſenii onere gravati, & ab ægritudinis moleſtiis nondum plene liberi; tum vero maxime carentes libris Nobis longo uſu notiſſimis, quos cum omni noſtra bibliotheca ſelecta Inſtituto Bononienſi dedimus: quanto vero & laboris, & temporis, cujus penuria laboramus, impendio illa in libris, quibus necdum aſſuevimus, inquireremus?*

XXXI. *Honorius IV. anno 1285. in Pontificem electus, Diaconus erat, utique Presbyterio, & Epiſcopatu primum inſigniendus. Hiſtoriographi infirmitatis habitu adfectum teſtantur: Martinus e Minorum cœtu in* Floribus temporum *Joannes Vitoduranus, Andreas Ratisbonenſis, & Hermannus Cornerus in ſuis Chronicis apud Joan. Geog. Eccardum in corpore Hiſtorico medii ævi tom. 1. pag. 1631. pag. 1738. pag. 2088. & tom. 2. pag. 936. Affirmant alii Honorium ea pedum debilitate laboraſſe, ut nequidem incedere potuerit: Riccobaldus Ferrarienſis in Hiſtoria Romanorum Pontificum ad annum 1285. in tom. 9. Rerum Ital. Script. pag. 182. Alii, ea chyragræ, podagræque vehementia afflictabatur, ut digitum digito jungere nequiret, teſte Muratorio Annalium Italiæ tom. 7. pag. 460. Miſſam ſine inſtrumentorum quorundam adminiculo celebrare haud valebat. Ptolomeus Lucenſis lib. 24. Hiſt. Eccleſ. cap. 13. in tom. 11. Rer. Ital. Script. pag. 1191. Raynaldus ad annum 1235. num. 14. Fleurus tom. 18. Hiſt. Eccleſ. pag. 371. & in vita ejuſdem Pontificis Ciacconius tom 2. pag. 247. Burius, Pagius tom. 3. pag. 455. num. 3. auctor vitæ Pontificum Hagæ Comitum editæ tom. 3. pag. 289. Porro Inſtrumenta quibus ad perficiendam celebrationem utebatur, deſcribit P. Franciſcus Pipinus ex Ordine Prædicatorum in Chronica lib. 4. cap. 22.* Pedibus erat ita ægrotus, ut nec ambulare, nec ſtare poſſet: manus autem ſic contractas habebat, ut digitos, exceptis pollicibus, unum ad alterum jungere non poſſet; immo etiam carne ſuperexcreſcente fere unus ab altero ſecerni non poterat. Et, cum celebraret, ponebatur Corpus Domini inter ipſos pollices, & quodam inſtrumento ligneo, quo inſidebat, volvebatur ad populum; *videri cuncta poſſunt cit. tom. 9. Rer. Ital. Script. pag. 727.*

XXXII. *In Commentariis Pii II. anno 1458. ad Pontificatum evecti, poſt prolixam narrationem inſtitutæ ſupplicationis in translatione Capitis S. Andreæ Apoſto-*

NARRATIVE

Di fatti che riſguardano il Romano Pontefice, che ſembrano neceſſarie a chi dee dare il ſuo giudizio ſopra il caſo che è in queſtione.

XXX. A taluno ſembrerà ſuperfluo tutto ciò che or ora riferiremo: imperocchè, ſe il Sommo Pontefice concede ad altri impediti, e che non poſſono ſtare in piedi, il celebrare tutta la Meſſa ſedendo, coſa mai potrà dirſi, ſe, concorrendo la ſteſſa cauſa, prende per sè quel comodo, che dà agli altri? Ma la rifleſſione in tutto e per tutto non ſoddisfa; potendovi eſſere alcune coſe che non accordino colla dignità Pontificia, ancorchè il Papa ad altri le conceda. E però, acciò ſi veda, ſe diſdica al Papa il celebrare ſedendo, è d' uopo vedere, ſe vi ſiano eſempj de' Sommi Pontefici, che non potendo ſtare in piedi abbiano celebrata la Meſſa ſedendo in tutto il tempo d' eſſa. Ciò a Noi non ſarà di gran fatica, avendo radunato quanto potemmo radunare in queſto propoſito, quando dammo alla buona memoria del Cardinale di Rohano, Veſcovo d' Argentina, la licenza di celebrare la Meſſa ſedendo, eccettuato il tempo del Canone, e della Conſecrazione, per l' impedimento della podagra, che non l' avrebbe laſciaro ſtare in piedi tutto il tempo della Meſſa, ma unicamente in quello del Canone, e della Conſecrazione. L' unione delle notizie, che allora facemmo, non ci ſarebbe oggi riuſcito di fare, non ſolo pel grave peſo degli anni, e della noſtra non perfetta guarigione; ma perchè avendo deſtinata la noſtra copioſa, e ſcelta libreria all' Iſtituto di Bologna, ed avendo ad eſſo traſmeſſa una gran parte de' Libri, de' quali avevamo tutta la pratica, ciò ci aſtringe a chiedere ad altri que' Libri più rari, de' quali abbiamo biſogno; il che ci è di non piccolo incomodo, e perdita di tempo, di cui poſcia abbiamo gran careſtia.

XXXI. Onorio IV. fu eletto Sommo Pontefice nel 1285., e non era, che Diacono, in tal maniera che fu d' uopo conſecrarlo Prete, e Pontefice. Gli Iſtorici atteſtano, ch' era abitualmente infermo. Martino Minorita *nel ſuo Flores Temporum*, Giovanni Vitodurano *nella Cronaca*, Andrea di Ratisbona pure *nella Cronaca*, Ermanno Cornero parimente *nella Cronaca*, appreſſo Gio: Giorgio Eccardo *nel ſuo Corpo iſtorico del medio evo al tom. 1. pag. 1631. pag. 1738. pag. 2088. ed al tom. 2. pag. 936.* Altri, ch' era talmente infermo ne' piedi, che non poteva camminare: Riccobaldo Ferrareſe *nella Storia de' Pontefici Romani all' anno 1285 nel tom. 9. Rer. Ital. Script. pag. 182.* Altri, ch' era talmente oppreſſo dalla gotta, che non poteva unire un dito coll' altro: Muratori *negli Annali d' Italia tom. 7. pag. 460.* Altri, che non poteva celebrare la Meſſa, ſe non coll' ajuto d' alcuni ſtrumenti: Tolomeo Lucenſe *al lib. 24. della ſua Stor. Eccleſ. cap. 13. nel tom. 11. Rer. Ital. Script. pag. 1191.* il Raynaldi *all' anno 1285. numer. 14.* il Fleury *al tom. 18. della Storia Eccleſiaſtica pag. 371. e nella Vita del detto Pontefice* il Ciacconio al *tom. 2. pag. 236.* il Burio, il Pagi *al tom. 3. pag. 455. num. 3.* l' Autore delle Vite de' Papi ſtampate all' Haya *al tom. 3. pag. 269* Non manca poi chi deſcrive ancora gli ſtrumenti coll' ajuto de' quali ſedendo celebrava la Meſſa. Queſti è il P. Franceſco Pipino di Bologna, dell' Ordine de' Predicatori, che *nella ſua Cronaca al lib. 2. cap. 22.* così laſciò ſcritto: *Pedibus erat ita ægrotus, ut nec ambulare, nec ſtare poſſet: manus autem ſic contractas habebat, ut digitos, exceptis pollicibus, unum ad alterum jungere non poſſet; immo etiam carne ſuperexcreſcente fere unus ab altero ſecerni non poterat. Et cum celebraret, ponebatur Corpus Domini inter ipſos pollices, & quodam inſtrumento ligneo, quo infidebat volvebatur ad populum*: conforme ſi può vedere *nel cit. tom. 9. Rer. Ital. Script. alla pag. 727.*

XXXII. Ne Commentarj di Pio II. che fu eletto Sommo Pontefice l' anno 1458. *alla pag. 203.* dopo una lunga narrativa della Proceſſione fatta nel traſ-

por-

ſioli ex Achaia eidem Pontifici dono miſſi, hæc adduntur: Die Sabbathi, quæ fuit Aprilis 17. celebrato grandi Officio, cum benediceret populo Pontifex Maximus, promiſit in craſtinum, ob reverentiam Reſurrectionis, in Eccleſia Principis Apoſtolorum ſeſe rem Divinam facturum, portaturumque eo Sacrum Andreæ Caput, ut iterum, atque iterum videretur, quod ex altari Beati Petri abductum, in Palatio clauſerat. Res nova, & inſperata fuit. Nam propter ægritudines & abſentiam Pontificis ante quatuor annos, non viderant Romani ſuum Pontificem Divinam Hoſtiam offerentem. Cumque ſuis pedibus ſtare Pius Præſul nequiret, excogitata ingenia ſunt, ut quaſi ſedens celebraret.

XXXIII. *Pius III. in Pontificem anno* 1503. *electus nonniſi Diaconus erat, atque lethali ulcere impediebatur, ne pedibus poſſet inſiſtere. Sedens itaque Sacerdotio eſt initiatus a Cardinali Tituli S. Petri in Vinculis* 30. *Septembris*, 1. *vero Octobris ejuſdem anni Epiſcopus conſecratus*; *octavo poſtea die diademate Pontificio inſignitus ſedens Miſſam Pontificalem celebravit in Baſilica Vaticana. Omne id habetur libro ultimo ephemeridum Joannis Burcardi Cæremoniarum Sacrarum Magiſtri pag.* 56. 58. & 59. *quem codicem Bibliotheca habebat Cardinalis Silvii Valentis noſtri quondam Status Secretarii, jam vero tenet Reverendiſſimus Ludovicus Valenti ipſius Nepos.*

ANNO MDIII.

Die Veneris 29. Septembris ordinavi ſedem pro Papa, in qua ſedens cruribus extenſis ordinaretur, & celebraret, & menſam longam pro Altari, ut pedes ſubtus extendi poſſent.

Die Sabbathi .... Cardinalis S. Petri ad Vincula ordinavit Papam .... acceſſit in Planeta ad Papam in illa ſede ordinata ad omnia ſedentem &c.

Die Dominica 8. Octobris, S. D. N. delatus in ſede ad hoc ordinata, de qua per totum officium non deſcendit. Sed in ea poſt introitum Eccleſiæ ..., accepit in ea Pallium, & portatus in ea ſuper ſolium, deinde in ea celebravit.

XXXIV. *Dum Romanus Pontifex ſolemniter celebrat, peracta ad Altare conſecratione, ad ſolium ſuum reverſus, recipit Sacram Euchariſtiam ſub ſpeciebus panis, & vini; ſtanti neque ſecundo communicat prout per errorem ſcripſerunt aliqui, viderique id poteſt Tom. V. Tract. noſtri de Sacrificio Miſſæ ſeſſ.* 1. *cap.* 20. §. 1. *edit. Ital. Latinæ veræ ſect.* 1. *num.* 329 *In cæremoniali autem libro Cappellæ Papalis liberum eſt Summo Pontifici porrigendi Sacram Communionem Cardinalibus Diaconis, aliiſque ſolio aſſiſtentibus ſedendo; qua Nos libertate uſi ſumus numquam, Auguſtiſſimum Sacramentum ſtando ſemper diſtribuentes. Electi Pontificis in Epiſcopum conſecrandi ſcapulis a Cardinali conſecrante Evangeliorum liber, capitique manus imponuneur, inde caput, manuſque Sacro Chriſmate inunguntur, Pontifice interea ſemper ſedente. Similiter ſi electus Pontifex Suddiaconatu, Diaconatu, aut Presbyteratu eſſet inſigniendus, Epiſcopus Cardinalis Subdiaconatus Ordinem ei collaturus* Sedenti calicem vacuum cum patena, & urceolos cum vino & aqua, bucale, & manutergium, *librumque Epiſtolarum porrigit. In collatione Diaconatus Cardinalis ordinans ſtans Pontificis ſedentis capiti manum imponens dicit*: Accipe Spiritum Sanctum: *ſedentique Pontifici aptat paramenta, & porrigit librum Evangeliorum. Tandem in collatione Sacerdotii ſedens Pontifex manuum impoſitionem, Olei ſancti, quod Catechumenorum dicitur, unctionem, calicem cum vino & aqua, atque patenam cum hoſtia recipit. Quæ omnia luculenter oſtendunt, haud inconveniens eſſe, ſedere Pontificem in functionibus ſacratiſſimis, atque eo ipſo Miſſam totam a ſedente poſſe celebrari, præſertim ſi pedibus debilitatus inſiſtere non valeat.*

Digitized by Google

porto del Capo di S. Andrea Apoſtolo, venuto dall' Acaja in dono allo ſteſſo Pontefice, ſi leggono le ſeguenti parole: *Die Sabbathi, quæ fuit Aprilis 17. celebrato grandi Officio, cum benediceret populo Pontifex Maximus, promiſit in craſtinum, ob reverentiam Reſurrectionis, in Eccleſia Principis Apoſtolorum ſe ſe rem Divinam facturum, portaturumque eo ſacrum Andreæ Caput, ut iterum atque iterum videretur, quod ex Altari Beati Petri abductum, in Palatio clauſerat. Res nova & inſperata fuit. Nam propter ægritudines, & abſentiam Pontificis ante quatuor annos, non viderant Romani ſuum Pontificem Divinam Hoſtiam offerentem. Cumque ſuis pedibus ſtare Pius Præſul nequiret, excogitata ingenia ſunt, ut quaſi ſedens celebraret.*

XXXIII. Pio III. fu eletto Sommo Pontefice nel 1503., e non era, che Diacono, ed aveva in una gamba una piaga mortale in tal maniera che non poteva ſtare in piedi, Sedendo fu ordinato Prete dal Cardinale di S. Pietro in Vincoli ai 30. di Settembre 1503. e dallo ſteſſo fu conſecrato Veſcovo nel giorno 1. Ottobre: e nel giorno 8. dello ſteſſo meſe fu coronato, e celebrò ſedendo la Meſſa Pontificale nella Baſilica Vaticana. Il tutto ſi vede nel libro ultimo dei Diarj di Giovanni Burcardo, Maeſtro delle ſacre Ceremonie, *alla pag.* 56. 58., e 59., che era nella Libreria del fu Cardinale Silvio Valenti noſtro Segretario di Stato, e che oggi è nelle mani di Monſignor Luigi Valenti di lui Nipote.

ANNO MDIII.

Die Veneris 29. Septembris ordinavit ſedem pro Papa, in qua ſedens genibus extenſis ordinaretur, & celebraret, & menſam longam pro Altari, ut pedes ſubtus extendi poſſent.

Die Sabbathi .... Cardinalis S. Petri ad Vincula ordinavit Papam .... acceſſit in Planeta ad Papam in illa ſede ordinata ad omnia ſedentem &c.

Die Dominica 8 Octobris, S. D. N. delatus in ſede ad hoc ordinata, de qua per totum officium non deſcendit. Sed in ea poſt introitum Eccleſiæ .... accepit in ea Pallium, & portatus in ea ſuper ſolium, deinde in ea celebravit.

XXXIV. Celebrando Pontificalmente il Romano Pontefice, dopo la Conſecrazione fatta all' Altare, ritorna al Soglio ed ivi riceve l' Eucariſtia ſotto le ſpecie del pane e del vino, ma ſtando in piedi; non eſſendo vero ciò che da alcuni viene ſcritto, che ſi comunichi ſedendo: come può vederſi *nel tom. 2. del noſtro Trattato della Santa Meſſa ſez. 2. cap. 20. §. 1. dell' edizione Italiana*, e *nell' edizione Latina alla ſezion. 1. numer.* 339. Ma nel Cerimoniale della Cappella Papale ſi laſcia il Sommo Pontefice in libertà di comunicare i Cardinali Diaconi, e gli altri Perſonaggi del Soglio, ſedendo; il che da Noi mai è ſtato fatto, avendo ſempre comunicato i predetti ſtando in piedi. Dovendoſi il Papa eletto conſecrar Veſcovo ſi dice, che dal Cardinale Veſcovo che fa la Conſecrazione, gli s' impone il libro degli Evangelj ſopra le ſpalle, e le mani ſopra il capo, e ſucceſſivamente ſe gli fa la ſacra unzione col Criſma, tanto nel Capo, quanto nelle mani, ſtando in tutte dette azioni il Papa a ſedere. Parimente, ſe il Papa eletto non foſſe Suddiacono, o non foſſe Diacono, o pure non foſſe Sacerdote, nel Suddiaconato il Cardinal Veſcovo, che conferiſce l'Ordine ſtando in piedi, dà al Sommo Pontefice eletto *ſedenti Calicem vacuum cum Patena, & urceolos cum vino & acqua, bucale, & manutergium*; e gli conſegna il Libro Epiſtolario, ſeguitando eſſo a ſedere. Conferendoſegli il Diaconato, il Cardinale che ordina, ſta in piedi, pone la mano ſopra il capo del Papa ſedente, dicendo: *Accipe Spiritum ſanctum*, ed al Papa ſedente ſi conſegnano i ſacri paramenti, ed il Libro degli Evangelj. E finalmente nell' Ordinazione Sacerdotale s' impongono le mani dall' Ordinante ſopra il capo del Papa ſedente, che pure ſta ſedendo quando il detto Ordinante gli unge le mani coll'Olio ſanto de' Catecumeni, e gli conſegna il Calice col vino e l'acqua, e la Patena coll'oſtia, coſe tutte, che dimoſtrano, non diſdire al Sommo Pontefice nelle più ſacre azioni lo ſtare ſedendo, e rende più facile

a quan-

XXXV. *Atque hæc ſunt, quæ in hac epiſtola exponenda duximus, eorumque diſquiſitioni proponenda, quorum conſilia expectamus, priuſquam, quid agendum, decernamus. Et ſi quidem ſedentes* Miſſam *celebrare ſtatuamus, tuum erit, præparare menſam Altaris cum conſecrato lapide, imagine Salvatoris cruci affixi, luminaribus, aliiſque ad Sacra peragenda neceſſariis; vacuumque ſubtus Altare ſpatium relinquetur extendendis pedibus idoneum. Conſidentes ſingula dexteritate tua ſingulari perficienda, Apoſtolicam tibi Benedictionem peramanter impertimur.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 21. Octobris 1757. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

PAULUS PAPA III.

VENERABILI FRATRI

JOANNI EPISCOPO PAMPILON.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CUpientes commodis tuis, qui diverſis infirmitatibus podagræ detentus, quibus fere ad membrorum invaliditatem redactus es, Limina Apoſtolorum Petri & Pauli viſitare perſonaliter de triennio in triennium commode, ut juraſti, non vales, providere, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, ut tua vita durante, per Procuratorem tuum ad hoc a te ſpecialiter conſtitutum dicta Limina viſitando, ad ea aliter viſitandum minime teneatis, nec ad id invitus a quoquam compelli poſſis: ac tibi, qui propter infirmitatem prædictam, Miſſam ſtando celebrare non vales, & zelo devotionis accenſus Miſſam celebrare deſideras, tibi, ut ſedendo in quodam artificio ſedis per te facto, in quo ſedendo ſtare videaris, quoties tibi placuerit, Miſſam celebrare, benedictionem elargiri, & alia, quæ ad Epiſcopalem Ordinem pertinent, etiam ſedendo exercere; & Horas Canonicas, diurnas, & nocturnas, cum uno, vel duobus Capellanis juxta ordinem Romanæ Curiæ per dilectos filios noſtros Cardinalem Sanctæ Crucis, vel alios antiquitus inſtitutum, prout tibi placuerit, libere & licite dicere ac eaſdem Horas anteponere, & poſtponere, & cumulative unico contextu recitare ſine ſcrupulo conſcientiæ libere & licite poſſis & valeas, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus: proviſo, quod Divinum Sacramentum debita cum reverentia tractetur, & ſcandalum non ſequatur; &, ſi celebrationem tua in artificio prædicto aſtantes ſcandalizari verisimiliter credi poſſit, celebrationem hujuſmodi, non publice, ſed privatim facias. Non obſtantibus Apoſtolicis in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum in Domo Sanctæ Crucis extra muros Nicen. ſub Annulo Piſcatoris 6. Junii MDXXXIII. Pontificatus Noſtri Anno quarto.

Hieronymus Card. Ghinuccius.

Fab. Vigil.

quan-

Digitized by Google

quanto di ſopra ſi è detto, diſcorrendo del celebrare la Meſſa ſedendo anche nel tempo del Canone, non potendo reggerſi ſu i piedi in tutto il tempo del Canone, e della Conſecrazione.

XXXV. Ed ecco quanto abbiamo creduto bene d'eſporre in queſta noſtra Lettera, che comunichiamo anche a quelli, il conſiglio de' quali deſideriamo d'avere, prima di prendere veruna riſoluzione. E quando ſi arrivaſſe a prendere la riſoluzione favorevole alla celebrazione della Meſſa, ſarà ſuo penſiere il far preparare una tavola d'Altare colla Pietra ſacra, coll' Immagine del Crocifiſſo, coi lumi, ed ogni altra coſa che ſi richiede per la Meſſa, laſciando vacuo ciò che reſta ſotto l'Altare, per potervi diſteodere i piedi; eſſendo ſicuriſſimi, che il tutto ſarà fatto ed eſeguito colla ſolita ſua inarrivabile diligenza. E Noi intanto di vero cuore le diamo l'Apoſtolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 11. Octobris 1757. Pontificatus Noſtri anno decimo octavo.

PIUS PAPA V.

DILECTO FILIO NOSTRO

PETRO FRANCISCO

Tituli Sanctæ Agnetis in Agone

PRESBYTERO CARDINALI RERRERIO VOCATO.

Dilecte Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXimia virtutum dona, quibus perſonam tuam illarum largitor illuſtravit Altiſſimus, promerentur, ut votis tuis, præſertim quæ ex devotionis ſervore prodire dignoſcuntur, benigno annuamus affectu. Cum itaque, ſicut Nobis nuper expoſuiſti, tu adeo frequenter gravibus tui corporis indiſpoſitionibus, & præſertim podagra, quæ te aſſidue impeditum tenet, laborare ſolitus ſis, ut quando devotionis tuæ cauſa Miſſam celebrare deſideras quoniam pedibus ſtare non potes, id facere nullo modo valeas; quare Nobis humiliter ſupplicaſti, ut tibi in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur ſpecialem gratiam tibi facere volentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ, ut, quotieſcumque devotionis gratia Miſſam celebrare volueris, ſi eam pedibus ſtando ob ipſas indiſpoſitiones commode celebrare nequiveris, illam ſedendo in Oratorio domus tuæ, ſeu Cappella tua privata, coram familiaribus & domeſticis tuis dumtaxat, ita ut exinde nullus ſcandalum, aut offendiculum capere poſſit, alias tamen rite celebrare valeas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam concedimus & facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 28. Septembris 1566. Pontificatus noſtri Anno primo.

Cæſar Glorierius.

Digitized by Google

Jam cuncta congesseramus, quæ ad celebrationem Missæ sedendo, etiam Canonis, & Consecrationis tempore, spectare videbantur, jamque iis, quorum desuper consilium opperiebamur, erant mittenda, cum Altissimi Providentia nova nos infirmitate probare est dignata; in rem itaque, & ad formandum plenius judicium fore judicavimus, si quæ Nobis acciderunt, subjungeremus.

Dies erat 14. Mensis Octobris, cum vehemens nos aggressa est dysuria in mixtam sanguine distillationem degenerans; Medicum ea res multum non movit quidem, Nobis vero timor exinde provenions febrem attraxit: cui obviam itum phlebotomia, & corticis Peruviani sumptione; neque exciderat Nobis tum gravis nostra senectus, & illud Psalmi 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. Quo innuitur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis, id est, tempus vitæ nostræ in seipso conclusum, & definitum, non transcendit ultra septuaginta annos: in robustioribus autem ad octuaginta annos exsurgit. Quod vero octoginta annos excedit, infirmitatibus plenum est, & doloribus, prout Nobis contingit: & si quid ultra erit, erit labor, & dolor, ætas videlicet infirma, & variis malis, & ærumnis obnoxia. Verba sunt Venerabilis Bellarmini in eundem Psalm.

Sed resumendum narrationis filum: urina naturali colori restituta, sanguinis apparentiam omnem exclusit, Nosque tam quoad capitis vivacitatem, quam quoad laborandi facultatem restituti sumus in eum statum, quo ante assultum prædictum fruebamur, unum si excipias, necessitatem nimirum extrahendi urinam ope syringæ; quod si ultra duas horas cum dimidia omitteremus, ingenti Nos dolori subjiceret.

Cum itaque intra temporis hujusmodi intercapedinem commode satis Missæ Sacrificium absolvi possit, quisque desuper in consilium vocatus libere mentem pandet suam, deceatne Missam totam una cum Canone sedendo celebrare, an vero secus. Id, ut grave nemini accidat, rogantes, id sibi molestiæ sumentibus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 28. Octobris 1757. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

Ter-

Digitized by Google

TErminata l' unione delle notizie appartenenti al celebrare, o non celebrare la Messa, sedendo anche nel tempo del Canone e della Consecrazione, mentre si stava per trasmettere il tutto a chi doveva somministrarci il proprio parere e consiglio, essendo piaciuto al grande Iddio di visitarci con una nuova susseguente infermità, abbiamo stimato necessario soggiugnere quanto in appresso; ad effetto che, considerato ed avvertito quanto è di poi seguito, possano i nostri consiglieri darci sopra il tutto un adeguato consiglio.

Fummo dunque nel giorno 14. del corrente mese di Ottobre molestamente assaliti da un gravissimo bruciore d' urina, che comparve mista e tinta di sangue; il che benchè non desse veruna apprensione al Professore, non lasciò però di riempirci di spavento, e di tirarci addosso una febbre risentita; alla quale fu poscia riparato con una cavata di sangue, e con repetite prese di China China: nè in quella congiuntura punto ci scordammo della nostra grave età, e di quanto si lege *nel Salm. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor:* indicandoci nelle accennate parole, che *dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni; id est tempus vitæ nostræ in ipso conclusum & definitum, non transcendit ultra septuaginta annos;* e nelle persone più robuste arriva agli ottanta: *& in robustioribus usque ad octoginta*, e che, se si trapassano gli ottanta, come in noi succede, tutto deve esser malattia, tutto disgrazie; *&, si quid ultra, erit, erit labor & dolor, ætas videlicet infirma, & variis malis & ærumnis noxia.* Sono tutte parole del Venerabile Cardinal Bellarmino *sopra il Salmo allegato*.

Proseguendo poi la narrativa di quanto è seguito, ritornata l'urina al suo color naturale, escluso in tutto e per tutto il colore sanguigno, ci ritroviamo e quanto alla testa, e quanto al lavoro, in quello stato, in cui eravamo prima che fossimo assaliti dal nuovo male: e quello che ora v'è, e che una volta non v'era, si è, che siamo necessitati ogni due ore e mezza in circa a far estrarre dalla vescica colla siringa l'urina, che, passato il detto tempo, e non estratta, ci cagionerebbe dolori insopportabili.

Potendosi dunque nel termine delle due ore e mezza poc' anzi accennato celebrare comodamente la santa Messa; dovrà ognuno chiamato a consiglio, accennare liberamente quanto crede a proposito o per la parte affermativa, o per la parte negativa, rispetto al celebrare la Messa sedendo anche nel tempo del Canone e della Consecrazione. Compatiraffi, come preghiamo, il nuovo incomodo: dando con pienezza d'affetto a chi se lo prenderà, l' Apostolica benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 18. Octobris 1757. Pontificatus Nostri Anno decimo octavo.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

DIVINA PROVIDENTIA

BENEDICTI PAPÆ XIV.

LITTERÆ APOSTOLICÆ,

QUIBUS

Nummularii, seu Campsores Civitatis Ferrarien., a tertio, ad secundum ordinem Consiliariorum dictæ Civitatis transferuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

QUamvis a Majoribus pleraque sint consulte sapienterque pro temporum conditione statuta; complura tamen inveniuntur, quæ propter immutatam aliquorno ætatum curriculo rerum faciem, reformatione aliqua, vel etiam emendatione indigere noscuntur. Quod ubi in iis maxime legibus & ordinationibus deprehendi contingat, quæ publicorum munerum administrationem, simulque communem privatorum hominum utilitatem concernunt; nihil est in quo Principis cura laudabilius exerceri valeat, quam ut Prædecessorum leges, & antiqua Statuta, præsenti Reipublicæ statui, ac Subditorum commodis studeat attemperare.

Sane exhibita Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum modernorum Nummulariorum, seu Campsorum Civitatis Nostræ Ferrarien sis petitio continebat, quod alias, felicis recordationis, Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster, ut rectum illius Civitatis Regimen constitueret, per suas Litteras sub Annulo Piscatoris data Ferrariæ die 15. Junii Anni Domini 1598. Pontificatus Sui Anno septimo, unum Concilium centum Virorum, de triennio in triennium renovandum, & immutandum, Apostolica auctoritate, sub certis modo, & forma tunc expressis, perpetuo erexit, & instituit; ipsumque Consilium universam Civitatem, & Communitatem Ferrarien sem repræsentare voluit, & statuit: pro renovatione vero dicti Consilii de triennio in triennium facienda, nec non occurrente quomodolibet infra triennium alicujus loci vacatione, viginti septem Consiliariorum primi Ordinis electionem, Sibi, & Successoribus suis Romanis Pontificibus perpetuo reservavit; Aliorum vero Quinquagintaquinque Secundi Ordinis, ipsimet Concilio, ac reliquorum Octodecim Consiliariorum respective electionem, sex Universitatibus, ut infra nuncupatis, nempe Artistarum Serici, Drapperiorum, Merciariorum, Nummulariorum, Aromatariorum, ac Fabrorum, & Aurificum insimul, in perpetuum pariter concessit, opportunasque superaddidit ordinationes, ad rectum Instituti hujusmodi Consilii directionem, ac moderationem asserendam; prout in dictis Litteris plenius continetur.

Cum autem sicut, eadem petitio subjungebat, etsi pro illorum temporum conditione nummulariæ negotiationis exercitium inter præfatas artes non immerito forsan adscribi, & recenseri potuerit, nihilominus successivis temporibus, & potissimum hac nostra ætate, adaucto ubique commercio, & honestioribus quibusque viris ejusmodi institutum amplectentibus, cum alibi, tum præsertim in dicta Ferrarien si Civitate, nummularia exercentes, longe ampliorem sibi existimationem supra alias prærnemoratas artes comparaverint: Ideo pro parte dictorum

rum Nummulatiorum, ſeu Campſorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in eorum decoris honeſtatiſque complementum, ipſiuſque commercii profectum, tam ipſos exponentes, quam alios pro tempore in dicta Civitate Nummulariam exercentes, e tertio, ad ſecundum præfati Conſilii ordinem perpetuo transferre dignaremur.

Nos igitur attendentes, quam æquum ſit opportunumque ad Commercium in Civitatibus, & Provinciis fovendum, ampliandumque, Perſonas in ipſum diligenter, honeſteque incumbentes congruis honoribus non fraudari, & Pontificiæ munificentiæ favoribus attolli; ac etiam inhærentes Conſtitutioni felicis etiam recordationis Clem. Pap. X. Prædeceſſ. pariter Noſtri, per quam Nobilib. quoque perſonis in tota Pontif. temporali Ditione expreſſe permiſſum fuit, ut abſque Nobilitatis læſione, mercaturis, negotiationibus, & commerciis vacare poſſint; dictorum Nummulariorum, ſeu Campſorum, quamvis Nobilit. gradu, & juribus nequaquam gaudentium, votis in hac parte annuere, eiſque ſpecialem gratiam facere volentes, eoſque a quibuſvis excommunicationis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſt. ſententiis, cenſuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes; & abſolutos fore cenſentes, de conſilio etiam Dilecti Filii Noſtri Joannis Franciſci Sancti Adriani S. R. E. Diaconi Cardinalis Bancheri nuncupati: Noſtri, & Sedis Apoſtolicæ in Civitate & Provincia Ferrarien. Legati, hunc exiſtentis, audito quoque deſuper Dilecto pariter Filio Marchione Franciſco Calcagnini moderno Judice Sapientum, ejuſdem Civitatis Noſtræ Ferrarien., hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Omnes, & ſingulos Campſores in Civitate Ferrarien. prædicta, Domi ſuæ nummulariam, & Cambia honeſte exercentes, vulgo Bancherios nuncupatos, a dicto tertio Ordine, ſeu a tertia Claſſe Conſiliariorum ad ſecundam Claſſem eorumdem Conſiliariorum, ita ut deinceps ipſi Campſores inter Quinquaginta quinque dicti ſecundi Ordinis, ſeu ſecundæ Claſſis Conſiliarios, ſervata tamen in reliquis omnibus dicti Clementis Prædeceſſoris Conſtitutione prædicta, eligi, & reſpective ſubrogari libere, & licite poſſint, & valeant; Apoſtolica auctoritate, harum ſerie perpetuo transferimus & elevamus, ac transferri, & elevari volumus, & mandamus.

Ne autem propter hoc minuatur numerus Octodecim Conſiliariorum Tertii Ordinis, in primodicti Clementis Prædeceſſoris Litteris præfinitus, & reſpective numerus artium, ex quibus, & a quibus iidem Octodecim Conſiliarii aſſumi, atque eligi debent, per eaſdem præſentes, ſtatuimus, volumus, & mandamus ut duæ Fabrorum & Aurificum Univerſitates, quæ hactenus pro una tantummodo Arte ad præmiſſum effectum, ex præſcripto earumdem Litterarum habebantur, in poſterum, reſciſſo hujuſmodi communionis vinculo, duæ Artes reipſa ſint, & cenſeantur, ad eumdem effectum, videlicet, ut unaquæque ex illis ſeorſim, & ſeparatim jus habeat eligendi tres viros, ex propriæ artis gremio, in tertiam Conſiliariorum Claſſem, ſervato in reliquis earumdem Litterarum tenore, referendos, & cooptandos.

Decernentes, eaſdem præſentes, & in ea contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis forſan intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati vel auditi fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juſta, legitima, & privilegiata cauſa de neceſſitate juris vel facti exprimenda, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus vel controverſiam revocari, aut ad terminos Juris reduci poſſe: ſed ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque Campſoribus, ſeu Nummulariis pro tempore exiſtentibus in Civitate prædicta, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari debere.

Sicque, & non alias in præmiſſis, per quoſcumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Vicelegatos, cæteroſque quoslibet, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus prædictis primodicti Clementis Prædeceſſoris Litteris, aliiſque quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Civitatis Ferrarien. prædictæ, illiuſque Commonitatis, & Hominum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, eidem Civitati, vel illius Communitati, & Hominibus, aut aliis quibuslibet, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis ac cum quibuſvis clauſulis & decretis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialiter per Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, vel alias quomodolibet, in contrarium præmiſſorum forſan conceſſis, confirmatis, & approbatis, ac pluries innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plene & ſufficiente expreſſis, inſertis, & ſervatis reſpective habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris; ad præmiſſorum effectum, ſpecialiter, & expreſſe, ac pleniſſime & ampliſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Noſtræ abſolutionis, translationis, elevationis, ſtatuti, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Septingenteſimo, Quinquageſimoſeptimo, Octavo Idus Decembris, Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

N. Sub-Datarius.

Pro D. Card. Paſſionei
Joannes Florius Subſtitutus.

VISA
De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

BE-

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Particulari venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium a Nobis Deputata, ſuper octo Dubiis vertentibus inter Venerabilem Fratrem Archiepiſcopum Limanum ex una, & Dilectos Filios Presbyteros Seculares Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Civitatis Limanæ ex altera Partibus, Reſolutio tenoris ſequentis, videlicet. Limana, ☰ Die Veneris xxx. Decembris MDCCLVII. in Ædibus Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini Cardinalis Sacripantes Varutti, habita fuit Congregatio Particularis, a Sanctiſſimo Deputata. ejuſdem Eminentiſſimi Domini, atque Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum de Matthæis, & Argenvellieres, in Cauſa Limana inter Venerabilem Congregationem Oratorii Sancti Philipi Nerii Civitatis Limæ, & Reverendum Dominum Promotorem Fiſcalem Curiæ Archiepiſcopalis ejuſdem Civitatis; & in ea fuerunt propoſita, & diſcuſſa ſequentia Dubia. I. An Congregatio ſit omnimode ſubjecta Reverendiſſimo Archiepiſcopo, in modo, forma, aſſumptis, & mutandis? II. An Congregatio teneatur tradere Archiepiſcopo viſitanti quatuor Libros. quos juxta conſtitutiones debent habere Patres Oratorii; nec non Libros, ſeu Indices Archivii, & Bibliothecæ, & Inventarium ſupellectilium Eccleſiæ? III. An aſſerta Exemptio ad exhibitionem prædictorum Librorum ceſſet, dum Archiepiſcopus uti Apoſtolicus Delegatus viſitet? IV. An interiores Œconomiæ Congregationis, quoad Expenſas, & Computa, necnon Electiones Præpoſitorum, Nominationes, Admiſſiones, & Expulſiones Presbyterorum, ſint ſubordinatæ directioni Archiepiſcopi? V. An caſu quo Congregatio Oratorii de Urbe, necnon aliæ Congregationes, ſint a prædictis exemptæ: idem ferri debeat Judicium de Congregatione Limana, cujus Præsbyteri a Fundatione uſque ad præſens, ſunt valde pauci, vivuntque & aluntur, non tam ex proprio Patrimonio, quam ex Bonis relictis in commune Congregationi; & ex emolumentis Eccleſiæ Hoſpitalis, pro funeribus, Miſſis Capellaniarum, Confraternitatum, & ex aliis cauſis? VI. An deſtinatio Procuratoris pro Curia Matriti, aut Romæ, fieri a Congregatione debeat, cum interventu Archiepiſcopi, ſitque Is certiorandus de Cauſis ipſius deſtinationis, valeatque eas improbare? VII An Archiepiſcopus ſit Judex competens in Cauſa Nullitatis Electionis ad Præpoſituram, & Promotor Fiſcalis de ea Jure agere valeat; prout etiam, pro Obſervantia omnium Conſtitutionum? VIII. An Adimplementum Capellaniarum, aliorumque Piorum Operum exiſtentium in Congregatione, & Eccleſia Hoſpitalis, pertineat ad internum Regimen, itaut ſit extra Viſitationem Archiepiſcopi, in caſu &c. Eiſdemque Dubiis reſponſum fuit. Ad primum. Affirmative; exceptis ejus Inſtituto, ſive iis, de quibus loquuntur Conſtitutiones Congregationis. Ad ſecundum. Negative, exceptis Inventario Supellectilium Eccleſiæ, necnon eorumdem Viſitatione. Ad Tertium. Non eſſe locum in præmiſſis, Juri Delegato. Ad Quartum. Negative in omnibus. Ad Quintum. Affirmative in omnibus. Ad Sextum. Negative in omnibus, ad Septimum. Affirmative quo ad primam partem; quo vero ad ſecundam, Promotorem Fiſcalem agere non poſſe ex Officio, & nullo ex Sacerdotibus Congregationis inſtante pro Nullitate Electionis; quo ad tertiam, negative. Ad octavum. Negative, ſervata tamen quo ad Eccleſiam Hoſpitalis Diſpoſitione Brevis Sanctiſſimi Domini Noſtri Tertia Auguſti MDCCLVII. Factaque per me infraſcriptum Relatione Sanctitati Suæ omnium, & ſingularum ſupradictarum Reſolutionum in Audientia habita die VIII. Januarii MDCCLVIII. eas dignatus eſt in omnibus approbare, mandavitque deſuper expediri Literas Apoſtolicas in forma

Bre-

Brevis. In quorum fidem &c. Datum Romę ex Palatio noſtræ ſolitæ Habitationis hac die nona Menſis Januarii MDCCLVIII C. M. Cardinalis Sacripantes Vitutii. Loco † Sigili. Cum autem ſicut dicti Præsbyteri Sæculares Nobis ſubinde exponi fecerunt, ipſi Reſolutionem hujuſmodi quo firmius ſubſiſtat, & ſervatius, exactius, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ Patrocinio communiri, ſummopere deſiderent; Nos igitur ipſos Exponentes, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares Perſonæ a quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab Homine quavis occaſione, vel Cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, Supplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; præinſertam Reſolutionem a memoratis Cardinalibus, ut præfertur, ſuper dictis Dubiis captam, Auctoritate Apoſtolica, tenore Præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulo Juris, & Facti defectus, ſi qui deſuper forſan intervenerint, ſupplemus, & ſanamus. Decernentes eaſdem præſentes Literas, firmas, validas, & efficaces, exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis Auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annullo Piſcatoris die xxi. Januarii Mileſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo octavo Pontificatus noſtri Anno Decimo octavo.

Pro Domino Card. Paſſioneo.

Joannes Florius Subſtitutus

Loco ✠ Sigilli.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem,

EXponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Vincentius de Amil Feixoo, Presbyter Secularis, ac Procurator in Romana Curia Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Congregationis Limanæ, quod tam ipſa Congregatio Limana, quam alia Valentina, Hiſpalenſis, Biacenſis in Diœceſi Gienneñ, & Conchenſis, aliæque in Ditionibus Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri Ferdinandi Hiſpaniarum Regis Catholici exiſtentes, ita ſunt inſtitutæ, ut Alumni in illis recipi, ſeu admitti minime poſſint niſi annuas præſtationes, aut alias certas, & idoneas facultates, certoſque annuos reditus habeant, quarum titulo ad Sacros Ordines ſuo tempore promoveri valeant. Cum autem ſicut eadem Expoſitio ſubjungebat non omnes Sacro Presbyteratus Ordini adſcribi cupientes, tantum Patrimonii habeant, ut de proprio vivere queant, neceſſitati vero Congregationis Limanæ hujuſmodi numerus Sacerdotum in ea exiſtentium minime congruens reperiatur, & defectus iſte ſenſibiliór, ſeu verius pernicioſior exiſtat, etenim in ea ſatis novis Orbis perampla Civitate abundant quidem Fideles, at non minor eſt Paganorum, aut

aut de recenti ad Fidem reductorum frequentia, unde ſequitur, ut illius Sacerdotes, etſi, numero tredecim, præter Laicos, extremos impendant labores, pares minime ſunt ſpiritualibus Populi neceſſitatibus; debent namque excipere Chriſtifidelium Confeſſiones magnæ devotorum multitudinis, qui quotidie ad eorum Eccleſiam ad id conveniunt: quotidie quoque Verbum Dei, & Catholicæ Legis Præcepta docent, & prædicant; occurrunt etiam quacumque hora invitentur, ut auxilium, & aſſiſtentiam præſtent in ſupremo Agone conſtitutis; & demum famulantur, & ſubveniunt Pauperibus Sacerdotibus Infirmis ſe recipientibus in Hoſpitali, cujus cura, & adminiſtratio eiſdem credita, & demandata exiſtit; ac proinde, dictus Vincentius ad augendam Dei Gloriam, & ipſius Inſtituti incrementum, animarumque ſalutem promovendam, Superioribus earumdem Congregationum facultatem excipiendi ſingulis annis in memoratas Congregationes, ſeu Domos octo, vel ſex ad minus idoneos viros cæteris qualitatibus præditos, licet rerum temporalium inopes, quive ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines ad Titulum Miſſionis, & Menſæ Communis per Ordinarios Locorum promoveri poſſint, ſibi a Nobis concedi plurimum deſideret. Nos igitur ipſius Vincentii Votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis Excommunicationis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab Homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hac humiliter porrectis inclinati: Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ex Alumnis memoratæ Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Civitatis Limæ, quos Divino Cultui promovendo, & Animarum ſaluti procurandæ, juxta datam tibi a Domino Prudentiam aptiores, & ſincera mente alacriores deprehenderis, ſingulis annis aliquot ad Titulum Miſſionis, & Menſæ Communis ad Sacram Ordinationem admittere, eoſque ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, ſervatis alias ſervandis, promovere libere, & licite pro tuo arbitrio, & Prudentia Auctoritate Noſtra Apoſtolica poſſis, & valeas, quotquot ſcilicet re ipſa ad ſupraſcriptas enunciatas cauſas, & indigentias, neceſſarios ſo Domino judicaveris; ita tamen, ut ſi hujuſmodi Promoti ad Titulum Miſſionis, vel Menſæ Communis, a prædicta Congregatione quandocumque diſceſſerint, vel dimiſſi fuerint, Suſpenſionem a Divinis ipſo facto incurrant, eo uſque duraturam, donec ſufficiens Beneficium Eccleſiaſticum in Titulum, ſeu Eccleſiaſticam Penſionem obtinuerint, vel Patrimonium Sacrum a Te, ſeu pro tempore exiſtente Archiepiſcopo Limano approbandum, ſibi conſtituerint, abſque eo quod Congregatio prædicta, ullius præſtationis onere gravetur, plenam, & amplam facultatem eadem Auctoritate tribuimus, & impertimur. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel Specialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & ſingulis illorum tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Januarii M.DCCLVIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

Pro Domino Card. Paſſionen.

Joannes Florius Subſtitutus

Loco † Sigilli.

DAMNATIO, ET PROHIBITIO

Operis, cui Titulus: *Storia del Popolo di Dio, dalla Naſcita del Meſſia, fino alla fine della Sinagoga &c. Parte Seconda: con Raccolta di Diſſertazioni, & in fine la Diſeſa della medeſima ſeconda parte &c.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

CUM ad Congregationem Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, & expurgandorum præpoſitam nonnullis ab hinc annis denuntiatum fuiſſet Opus Gallico Idiomate conſcriptum, hoc Titulo = *Hiſtoire du Peuple de Dieu, depuis la naiſſance du Meſſie, juſqu' a la fin de la Sinagogue*; Hujuſmodi Opus maturo examini ſubjectum, & conſequenter proſcriptum fuit, Decreto edito die 17. Aprilis Anni 1755., & a Nobis ipſis confirmato. Sed quum nihilominus aliquis repertus fuerit, qui nimia audacia illud ipſum Opus in Italicam linguam converſum Typis edere non dubitavit *ſequenti titulo*: *Storia del Popolo di Dio dalla Naſcita del Meſſia, fino alla fine della Sinagoga, tratta da ſoli Libri Santi dal Padre Iſacco Giuſeppe Berruyer della Compagnia di Geſù: Seconda Parte: tradotta dal Franceſe da un Religioſo della medeſima Compagnia: in Venezia 1756. nella Stamperia Remondini*, adjectis ad calcem verſionis hujuſmodi non ſolum Mantiſſa *Diſſertationum* ab Auctore latine conſcriptarum, ſed etiam, Apologia ipſius operis, cujus Titulus & = *Diſeſa della ſeconda parte della Storia del Popolo di Dio del Padre Berruyer, tradotta dal Franceſe &c.* Vix dici poteſt, quantum inde offenſionis, & ſcandali conceperint boni, ac Deum timentes cujuſque gradus, & conditionis homines, quorum juſtas ea de re querelas ad Apoſtolatum Noſtrum delatas debita conſideratione penſantes, ne officio Noſtro deeſſe videremur, adacti ſumus committere Venerabilibus Fratribus Noſtris ejuſdem S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus adverſus hæreticam pravitatem auctoritate Apoſtolica deputatis, ut ad iteratum, ac rigoroſum examen revocarent tum ipſum opus Gallice editum, tum ipſius verſionem in Linguam Italicam; etiamſi dubitari nequeat, quin Opus uno aliquo Idiomate primitus editum, atque ita proſcriptum, quacumque alia Lingua poſtmodum exhiberi contingat eadem proſcriptione notatum iotelligatur, tum demum Collectionem illam Diſſertationum Operi adjectarum, & Apologiam Italicæ verſioni, ut præfertur, ſubjectam. Ut itaque mandatis Noſtris fieret ſatis, convenientibus primum inter ſe Theologis ad eorum examen deputatis, iiſque in pluribus ſeſſionibus ea de re habitis, rem omnem diligenter ſcrutantibus, & ponderantibus, ſpaſque ſententias, & ſcripto, & voce pandentibus, viſum eſt, Opus præfatum, ſive Gallico, ſive Italico, ſive alio quocumque Idiomate conſcriptum, translatum, atque editum una cum prædictis Diſſertationib. & Apologia prohibendum eſſe tanquam continens propoſitiones reſpective falſas, temerarias, ſcandaloſas, faventes hæreſi, atque hæreſi proximas, communique & unanimi Sanctorum Patrum & Eccleſiæ conſenſui in Divinarum Scripturarum interpretatione minime congruentes. Poſt cenſuram Theologorum, ut ſupra, deputatorum delata res eſt ad ſecundo dictam Congregationem Generalium Inquiſitorum, & coram Nobis habitam die 29. Decembris elapſi Anni 1757. in qua, quum judicium eorumdem Cardinalium Inquiſitorum relatæ Conſultorum Sententiæ omnino conforme fuerit; Nos demum, lectis atque perpenſis dictorum Theologorum Conſultationibus ſcripto exaratis, auditiſque eorumdem Cardinalium conſiliis, per has Noſtras Apoſtolicas Literas ſæpedictum Opus tam Gallico, quam Italico, aliove quolibet Idiomate conſcriptum, translatum, aut Typis impreſſum nec non Diſſertationes, & Apologiam ſuperius enuntiatas, propterea

quod

quod in illo, & in illis continentur Propoſitiones reſpective falſæ, temerariæ, ſcandaloſæ, fovent es hæreſi, atque hæreſi proximæ, & a communi, & unanimi Sanctorum Patrum & Eccleſiæ ſenſu in divinarum Scripturarum interpretatione alienæ, damnamus, & reprobamus, ipſumque Librum legi, retineri, & quocumque Idiomate denuo Typis imprimi prohibemus; Mandantes omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, qui ejuſmodi Librum penes ſe habuerint, ſeu in quorum manus ſubinde pervenerit, ut illum, ſtatim ac præſentes Literæ eis innotuerint, hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ſeu eorum Vicariis, ubi Inquiſitores peculiares adſint, alioquin Epiſcopis, ſeu Ordinariis locorum, tradere, & conſignare teneantur, ſub pœna excommunicationis majoris, quoad perſonas Seculares, quo vero ad perſonas Eccleſiaſticas etiam Regulares, hujuſmodi mandato Noſtro non obedientes, & contrafacientes ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis ipſo facto abſque alia declaratione, incurrendis; quarum abſolutionem, & reſpective relaxationem Nobis, & Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus reſervamus; excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam uniuſcujuſque mortis articulo; quo nimirum Confeſſarius quilibet ab hujuſmodi cenſura, ut præfertur, incurſa abſolvere poterit. Ut autem eædem præſentes Literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quiſquam illarum ignorantiam allegare poſſit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus Noſtris, ut moris eſt, publicari, illarumque exemplia ibi affixa relinqui; ſic vero publicatas omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficere, ac ſi uniſcuique illorum perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent: ipſarum autem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis eamdem prorſus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eiſdem præſentibus, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 17. Februarii 1758. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

D. Card. Paſſionei.

EPISTOLA

R. P. ANTONII TAVEIRÆ

ARCHIEPISCOPI GOANI

AD

SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM

BENEDICTUM PAPAM XIV.

ET SANCTITATIS SUÆ

AD EUMDEM

RESPONSIO.

SANCTISSIME PATER AC DOMINE.

ANguſtiis, quibus acriter tribulor, circumſeptus, ob aliquarum ovium miſſi conereditarum a recto tramite receſſum, operæ pretium duxi Tibi, Sanctiſſime Domine, tanquam omnium potentiſſimo Patri, has preces humiliter effundere, ut ea pietate commotus, qua ſedulo uteris erga omnes, remedium præbeas opportunum, quo ab hac animi afflictatione reddar indemnis, illaſque in viam veritatis reducam, atque damna inſtantia, ac futura penitus avertantur.

Cum hanc Goanam Diœceſim Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia regere cœpi, magna judicialis movebatur contentio circa cujuſdam matrimonii validitatem. Nam, licet inter illud contrahentes nonniſi impedimentum impediens ex ſponſalibus cum alio antecedenter contractis ortum extaret, attamen, ſolemnitatibus Tridentini ſpretis, non coram proprio Parocho cujuslibet contrahentium contractum fuerat, ſed coram uno ex Apoſtolicis Viris, quos Miſſionarios appellamus, qui ad aliquos fideles inſtruendos in infidelium loco, vulgo Sunda, limitibus hujus Diœceſis vicino commorabantur, ad quem dolose ſe tranſtulerunt, dicentes, ſe velle ibi novum domicilium conſtituere; ſed, contracto matrimonio, ſtatim ad patriam convolarunt. Hoc idem in loco, vulgo Quittur, qui ultra hujus Diœceſis fines intra unam, aut duas dietas ad plurimum diſtat, non ſemel poſtea inter impedimenta dirimentia habentes ſimiliter contigit.

Ratio, cur aliquibus videtur, matrimonia, in his, ſimilibuſque locis contracta, valida eſſe judicanda, impedimentis dirimentibus ſecluſis, in eo fundatur, quia in illis Tridentini diſpoſitio non viget, cum ibi publicatum non fuerit, nec receptum, quapropter, ad dicta loca extendendum non eſſe, aſſerere non dubitant, ex plurium ſententia cum Sanchez *lib. 3. de matrimon. diſput. 18. quæſt. 4. a num. 27.* qui acriter pro validitate pugnat. Hoc autem in Indiis Orientalibus, præcipue in hac Diœceſi, cum ſit proxima prædictis locis, nullatenus ſervandum eſt, ne illicitis, ac peccaminoſis conjunctionibus locum præbeat, prout experientia docet.

Igitur ad ſedandas controverſias, malaque ex ſimilibus matrimoniis orta obviandа, opus eſſe mihi videtur, Sanctitatem tuam, meis precibus inclinatam, declarare, nulla eſſe talia matrimonia; prout olim declaratum fuit a Sacra Congregatione Cardinalium, approbante Sanctiſſimo Domino Urbano VIII. 14. Auguſti 1624. ad inſtantiam Archiepiſcopi Colonenſis, ut refert Schmalzgrue-

bes

ber *lib. 4. Decretal. tit. 3. num. 112.* Aperte tamen conſtituendum eſt, incolas hujuſmodi Diœceſis ad talia, & ſimilia infidelium loca, etiam cum animo mutandi domicilia migrantes, ad matrimonia contrahenda admittendos non eſſe per Miſſionarios, niſi cum Ordinarii licentia ſecundum Diœceſis conſuetudinem obtenta, præcedentibus tribus denuntiationibus in propriis Eccleſiis, atque in iis, quarum domicilia reliquerint, ſolum enim tunc ſimilia peccata ceſſabunt.

Die 14. Januarii 1749. indulgentia Oratoria privata concedendi per decennium Anteceſſori meo per Tuam Sanctitatem benigne permiſſa fuit. Eandemmet gratiam humiliter expoſco, conſequique ſpero, cum cauſæ finales illius conceſſionis adhuc vigeant. Nam ea deficiente, quamplurimi Nobiles præceptum audiendi Sacrum certe non adimplebunt, tam ob diſtantiam a propriis Parochialibus Eccleſiis, quam ob paupertatem qua laborant. Pro his, & aliis beneficiis Deo gratias agam, enixe deprecans, Te per plures annos ad Eccleſiæ utilitatem incolumem ſervare.

Goæ 16. Decembris 1754.

Antonius Taveira Archiepiſcopus Goanus primas Orientalis.

VENERABILI FRATRI

ANTONIO

ARCHIEPISCOPO GOANO.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PAucis ab hinc hebdomadis Fraternitatis Tuæ literas accepimus, die 16. Decembris 1754. datas, neſcientes uſque adhuc, quænam diuturnæ hujus moræ fuerit cauſa. Expoſuiſti autem in iis, quod, cum receptum fuerit in Diœceſi tua Tridentinum Concilium, ſervatur ad amuſſim ibidem ſanctio illa, quæ nulla declarat matrimonia, quæ ſine præſentia Parochi ſponſi, vel ſponſæ, & ſine duobus teſtibus celebrantur. Cum vero Diœceſi tuæ finitimus ſit locus quidam, Sunda vocatus, ubi nonnulli Miſſionarii Sacerdotes inhabitant ad regionis incolas ad Fidem Catholicam pertrahendos, edocendoſque, contigit aliquando, atque nunc etiam contingit, ut quiſpiam difficultates præneſcens, quæ matrimonium fortaſſis impedirent, quotieſcumque in tua Diœceſi contrahendum foret, ab eadem diſcedit una cum muliere, atque Sundam pergit, ubi neque receptum, neque promulgatum fuit Concilium Tridentinum, ibique matrimonium coram Miſſionario contrahit, ac ſubinde regrediens ad Diœceſim tuam, validum eſſe contendit, eo quia matrimonium non alibi nullum eſſe reputatur, præterquam iis in locis, in quibus Concilii Decretum receptum, ac promulgatum fuit. Hæc eſt quæſtio, de qua Nos interrogaſti, ut normam præfiniremus, quacum in ejuſmodi matrimoniis gerere te oporteat. Quamvis autem ob longævam, quin immo decrepitam ætatem, quam agimus, Nos a laboribus excuſare liceret, eoſdemque aliis committere, ultima Nobis definitione ſervata; nihilominus, cum Divinæ placuerit Majeſtati ſanam Nobis, ac integram mentem ſervare, etſi, præter ſenium, binæ graviſſimæ infirmitates, quas perpeſſi ſumus, Nos eo perduxerint, ut facto Viatico, & extrema Olei unctione ſemel, ac iterum muniremur, petitionibus tuis recta reſponſum dare non omittemus, cum ob experientiam, quam in ejuſmodi controverſiis nacti ſumus, ut videre eſt in noſtra Eccle-

eleſiaſtica Inſtitutione, in lucem edita, dum in Archiepiſcopali Bononienſi Cathedra ſedebamus, quæ eſt *la* 33. Latinæ editionis *ſub num.* 9 tum vero etiam ob munus exercitum pluribus annis a Secretis Congregationis Tridentini Concilii, dum in minoribus agebamus, ubi ſimilia ne otia tractantur.

In integra Decretali Alexandri III. noſtri Prædeceſſoris, ſexta ſub titulo *de homicidio*, quæ in Collectione Decretalium, qua utimur in ſcholis & foro, non integra eſt, ſed decurtata, ſequentia leguntur verba, quæ noſtræ favent intentioni: *Sicut dignum, & omni rationi conſentaneum eſt, graves, & difficiles quæſtiones ad examen Apoſtolicæ Sedis deferri: ita etiam nobis ex miniſterio ſuſceptæ ſollicitudinis imminet eaſdem quæſtiones, prout nobis Dominus dederit, ſolvere, & ſingulis a nobis conſilium poſtulantibus reſpondere: ut providentia Romanæ Eccleſiæ, quæ ubique terrarum obtinet, diſponente Domino principatum, quæſtiones ſolvantur, & removeatur in his ambiguitas ſingulorum de cordibus. Licet autem ſuper quæſtionibus, quas nobis diſcretio tua ſolvendas direxit, te non dubitamus providum, & circumſpectum exiſtere; cogimur tamen ex ſuſcepto ſervitutis miniſterio, juxta diſcretionem, & providentiam noſtram, tibi exinde reſpondere.*

Thomas Sanchez, qui quidem, nemo ignorat, qualem ſibi famam conciliaverit in controverſiis ad matrimonium ſpectantibus, quæſtionem hanc agitat in ſuo Opere *de Matrimonio lib.* 3. *diſp.* 17. *& ſeq.* ubi *ſub num.* 19. defendit validum matrimonium initum in loco, ubi promulgatum non fuerit Tridentinum Concilium, quamvis ille, qui contrahit, domicilium habeat in loco, ubi Concilium receptum eſt, indeque diſceſſerit, ut eas difficultates aufugeret, in quas inciderat, vel incidere ſe poſſe rebatur, ſi matrimonium ibidem contrahere voluiſſet: cum vero opponitur, intercedere fraudem, tunc reſpondet, vel nullam ineſſe fraudem, ubi quis jure ſuo utitur, quoniam vetitum non eſt a loco, in quo receptum fuit Concilium, tranſire ad alium, ubi non ſit receptum; vel, etiamſi fraus interceſſiſſe credatur, ejuſmodi fraudem illicitum quidem, non ſic vero matrimonium efficere; Pontius, qui non tam facile Sancheſii opinionibus adhæret, in hac tamen eidem conſentit: ut videri poteſt *lib.* 5. *de Matrimon. cap.* 9. Et Diana *in coordinata editione tom.* 1. *tract.* 3. *reſolut.* 116. *&* 117. Sancheſio, & Pontio ſubſcribit. Ejuſdem ſententiæ ſunt Bonacina *de Matrimon. quæſt.* 2. *punct.* 7. *num* 2 *tom.* 1. Caſtropalaus *part.* 3. *diſput.* 2. *de Sponſal. punct.* 13. §. 2. *num.* 4. Leander *part.* 2. *tract* 9. *de Matrimonii Sacramento diſp* 7. *quæſt.* 11. Filliucius *tract.* 10. *de Matrimonio part.* 1. *cap.* 6. *num.* 199. Roſignolus *de Matrimonio* 1. *contract.* 15. *prænot.* 21. *num.* 2.

Ne vero plus quam par eſt ſermonem protrahamus in aliorum Doctorum, atque Theologorum nominibus cumulandis, tantummodo innuemus, non deeſſe, qui contrariam ſententiam tueatur, doceatque, nullam eſſe matrimonium ab eo contractum, qui ad evitandas difficultates, in quas incidit, vel incidere ſe poſſe veretur, ſi matrimonium ineat in loco domicilii, ubi viget Tridentina lex, tranſit ad alium, ubi promulgata non fuit, adeoque neutiquam recepta, & poſt initum matrimonium, domum ſuam revertitur: qua de re obſervari poterunt Gobat *in Theologia experimentali tract.* 9. *num.* 481. Cardinalis de Lauræa *de Matrimonio diſp.* 22. *num.* 238 *& ſeq.* Clericatus *de Sacramento Matrimonii deciſ.* 34. *num.* 24. Giribaldus *tract.* 10. *de Matrimonio cap.* 7. *numer.* 22. Scobar *in Theologia radicali tract.* 116. *de Matrimonio num.* 51. Schmalzgrueber *ad tit. de clandeſtina deſponſatione num.* 112. Pichler *in eumdem titulum num.* 14. Boekhn *ad tit. de Conſtitutionibus* §. 3. *num.* 4. Elbel *in Theologia Morali part.* 3. *num.* 301. *& ſeq.* Pontas *verb. Impedimentum clandeſtinitatis, caſ.* 3. §. *Cæterum ad caſum*. Et ipſe Diana, qui ſecutus fuerat in locis ſupra memoratis Sancheſii, & Pontii ſententias, *in eadem editione coordinata tom.* 2. *tract.* 6. *reſolut.* 74. ab iiſdem recedit, ut hanc poſtremam amplectatur. Sylvius vero *tom.* 5. *Operum ſuorum edit. Antuerpien anni* 1698. inter varias reſolutiones *verb. Matrimonium num.* 8 ſapienter animadvertens, matrimonium eſſe validum, ſi quis, admiſſa etiam fraude, patriam ſuam deſerens, ubi Tridentinum Concilium

pro-

promulgatum fuit, illud contrahit in loco, ubi non eſt promulgatum, poſtquam tamen ibidem novum quaſi domicilium acquiſierit; ex eo infert, nullum eſſe matrimonium, quotieſcumque ille, qui contrahit, regreditur illico ad locum unde diſceſſit, quin ſpeciem quamdam domicilii adeptus fuerit in loco, ubi matrimonium contraxit.

Sedente felic. record. Urbano VIII. Pontifice Maximo, Archiepiſcopus Colonienſis Elector tria hæc dubia propoſuit coram Congregatione Concilii: *Queritur humiliter a Sacra Congregatione, an incolæ tam maſculi quam fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in punctо matrimonii eſt promulgatum, & acceptum, tranſeuntes per locum, in quo dictum Concilium non eſt promulgatum, retinentes idem domicilium, valide poſſint in iſto loco matrimonium ſine Parocho & teſtibus contrahere.*

Secundo. Quid, ſi ex prædicti incolæ tam maſculi, quam fœminæ, ſolo animo ſine Parocho, & teſtibus contrahendi, ſe transferant, habitationem non mutantes.

Tertio. Quid, ſi iidem incolæ tam maſculi, quam fœminæ, eo transferant habitationem illo ſolo animo, ut abſque Parocho, & teſtibus contrahant.

Hoc autem Congregatio dedit reſponſum die 5. *Septembris* 1626. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum, & ſecundum reſpondit, non eſſe legitimum matrimonium inter ſic ſe transferentes, & tranſeuntes cum fraude.*

Ad tertium reſpondit, niſi domicilium vere transferatur, matrimonium non eſſe validum.

Inſtiterunt poſtmodum Archiepiſcopi Colonienſis Procuratores, ut Congregationis reſponſum Pontificio Brevi confirmaretur, ſiquidem Archiepiſcopus Elector cupiebat illud Diœceſanæ Synodo, quam habiturus mox erat, adnectere. Petitioni Urbanus VIII. indulſit, juſſitque expediri Breve; cujus prima præſcriptio autographa, ab eodem ſubſcripta, reperitur inter ejuſdem Brevia anni 1627. *pag.* Summa vero ejuſdem ita ſe habet: *Confirmatio reſolutionis nonnullorum dubiorum ſuper contrahendis matrimoniis a Sacra Congregatione Concilii emanatæ: eſt juxta ejuſdem Congregationis decretum.* Hujus vero definitionis contextu bene perpenſo, facile intelligitur, matrimonia primo, ac ſecundo loco expoſita, irrita ac nulla ab eadem Congregatione decerni, eo quia fraus interceſſit; validum autem cenſeri matrimonium tertio loco poſitum, in quo licet fraus intercellerit, nihilominus is, qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium adeptus erat eo in loco, ubi matrimonium inivit. *Niſi domicilium vere transferatur.* Siquidem novum non eſt, neque inuſitatum, quod quis domicilium habeat aliquo in loco, & quaſi domicilium adipiſcatur in alio: in qua rerum ſtatu ſi verſetur, tunc eidem liberum erit, matrimonium contrahere coram illo Parocho, intra cujus Parœciæ fines tunc inhabitat, cum matrimonio jungitur, juxta communem ſententiam, a Nobis relatam, ſancitamque in ſuperius memorata Inſtitutione noſtra Eccleſiaſtica *la* 33. Latinæ editionis.

Firmiter ejuſmodi principiis ſemper adhæſit eadem Congregatio, quotieſcumque materiæ hujus diſcutiendæ ſe ſe dedit occaſio: etenim in quadam *Abulen.* propoſita ſub die prima Decembris, 1640. *lib.* 16. *Decretor. pag.* 370. *a terg.* & *pag.* 472. ita reſpondit; *Sacra &c. cenſuit, non valere matrimonium contractum coram Parocho loci, ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi.* Dum in minoribus fungeremur munere a Secretis Congregationis ejuſdem, irritum ac nullum pariter declaratum fuit matrimonium ab eo contractum, qui, ut declinaret difficultates, quas proprius Parochus objiciebat, ad alium locum tranſierat, atque connubium fecerat coram Parocho ejus loci, a quo poſtmodum, contracto matrimonio, ſtatim diſceſſerat, ut ad priſtini domicilii locum rediret; uti videri poteſt in *Lauretana* propoſita, ac definita die 13. Julii 1725. *tom.* 3. *Theſauri Reſolutionum Congregationis edit. Urbinaten. de anno* 1739. *pag.* 185. Ex adverſo eadem Congregatio validum cenſuit matrimonium ab eo contractum, qui diſceſſerat a loco proprii domicilii, ut difficultates

au-

aufugeret, in quas offendiſſet, ſi matrimonium coram ejuſdem loci Parocho iniſſe voluiſſet, atque illud inierat coram Parocho alterius loci, poſtquam tamen legitimum ibidem quaſi domicilium adeptus fuerat, eodemque in loco, etiam poſt matrimonium contractum, ad aliquod tempus permanſerat; quæ definitio lata fuit die 20 Februarii 1723. in *Cæſenaten. ſeu Forolivien. Matrimonii*, quemadmodum videre eſt *tom. 2. ſupradicti Theſauri Reſol. pagin. 274. & ſeq.* ubi alias quoque ſimiles obſervare licebit, quas tum diligenter collegimus. Demum ne prolixior evadat oratio, in celebri *Leopolien. Matrimonii*, propoſita ſub die 9. Junii 1725. Congregatio principia eadem ad amuſſim retinuit, quemadmodum legere fas eſt *tom. 3. Theſauri ejuſdem pag. 161.* quibus pariter in eadem cauſa omnimode inſiterat Rota Romana *in deciſione 1193. tom. 6.* coram honorabilis memoriæ Lancetta Romæ Decano, & Sacræ Pœnitentiariæ Regente.

Expoſita Congregationis ſententia, operæ pretium erit modo referre quid Urbanus VIII. pro illius confirmatione peregerit. Equidem innuimus, jam tum ab eodem Pontifice roboratam fuiſſe Pontificio Diplomate: cujus cognitio cum temporis decurſu ad ſpectabilis memoriæ Cardinalem Joannem de Lugo perveniſſet, curavit is, exhiberi ſibi ab Adminiſtris Colonenſis Archiepiſcopi authenticum Brevis exemplum; quod cum obtinuiſſet, Operibus ſuis adnexum typis edidit *lib. 1. dub. 36. Reſponſ. Moral.* Id ipſum quoque alii fecerunt Scriptores a Nobis collecti in ſuperius memorata Eccleſiaſtica Inſtitutione 33. Latinæ editionis; atque hoc ipſum Breve nuperrime in lucem vulgatum reperitur *in Bibliotheca Canonica* P. Ferrarii: adeo ut ex ſententia communiter hodie recepta, atque obſervata, nullum atque irritum habeodum ſit matrimonium, in fraudem proprii Parochi, coram Parocho alterius loci contractum, dummodo tamen ille, qui contrahit, antequam matrimonio jungatur, legitimum domicilium, vel quaſi domicilium revera in hoc altero loco adeptus non fuiſſet, atque inibi fortaſſis poſt matrimonium contractum ad aliquod tempus commoratus non eſſet. Conſulantur Salmanticenſes *in curſu Theologiæ Moralis tom. 2. tract. 9. de Matrimonio cap. 8. punct. 2. num. 31.*

Mittimus interea Fraternitati Tuæ Urbani VIII. Breve, quod Apoſtolicæ auctoritatis robore confirmamus, jubentes una ſimul, ut confirmationis noſtræ documentum aſſervetur in Actis Congregationis Concilii, atque in noſtro ſecretiori Vaticano Tabulario, quemadmodum Fraternitas Tua ſub finem hujus noſtræ Epiſtolæ animadvertere poterit; tibique propterea, tuiſque ſucceſſoribus mandamus obſervantiam, & implementum ejuſmodi Brevis in illa Diœceſi, ubi frequenter ejuſmodi quæſtiones incidunt, quibus per idem Breve opportune proſpicitur: atque hoc pacto ſatisfeciſſe Nos arbitramur petitioni, quam propoſuiſti in epiſtola diei 18. Decembris 1755. ubi normam, quam ſequereris, commonſtrari tibi cupiebas, ſi contingant, uti paulo ante dicebamus, matrimonia eorum, qui ad evitandas difficultates, in quas vel offenderant, vel offenſuri erant, ſi matrimonium in tua Diœceſi celebraviſſent, tranſeunt ad finitimum locum, in quo coram aliquo Miſſionario matrimonium contrahunt, deinde vero ad eam regionem, ubi verum domicilium habent, revertuntur.

Poſt hæc, neceſſarium fore cenſemus nonnihil adjungere, ut in propatulo ſit, quidnam requiratur ad quaſi domicilium adipiſcendum. Verum hac in re non alio pacto reſponderi poteſt, niſi quod, antequam matrimonium contrahatur, ſpatio ſaltem unius menſis ille, qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur. Definitiones Congregationis Concilii hac de re obſervari poterunt apud Fagnanam *in Cap. Significat, de Parochiis*, ubi, earumdem contextu perpenſo, hæc habet *ſub num. 19. Vir, & Mulier Trajectenſes timentes impedimentum a parentibus, cum ad vicinam urbem Aquiſgranam ſe contuliſſent, & ibi aliquandiu morati matrimonium contraxiſſent; Sacra Congregatio, conſulta ſuper validitate, cenſuit exprimendum tempus, quo contrahentes Aquiſgranæ manſerunt; quod ſi fuerit ſaltem unius menſis, dandam eſſe deciſionem pro validitate.* Natalis Alexander *in Theologia Dogmatica & Morali liber 2. de Sacramentum Matrimonii cap. ſecund. articul. ſecund. regul. ſexta* animadver-

vertit, ad acquirendum quaſi domicilium, oportere, ut contrahentes, antequam matrimonium celebrent, tanto tempore eo in loco, ubi copulantur, fuerint commorati, ut ibidem cogniti jam ſint, atque perſpecti. Dubitari autem poſſet, num ad quaſi domicilium acquirendum matrimonii cauſa, uti diximus, non ſolum requiratur præcedens habitatio, verum etiam ſubſequens ad aliquod temporis ſpatium: verum, cum obſervaverimus, ſubſequentem habitationem ab iis Auctoribus, qui hanc tractarunt materiam, tamquam magni momenti adminiculum reputari, ut novum domicilium quæſitum dicatur, nihil vero de illa præſcriptum fuiſſe a Concilii Congregatione in adducta paulo ante definitione penes Fagnanum, nolumus hac de re quidquam novi decernere.

Quod vero mox ſequitur, reſpicit matrimonium initum alio in loco, ubi jam contrahentes quaſi domicilium adepti fuerunt, ac proinde illud ipſum, quod proſequebatur epiſtola Fraternitatis Tuæ. Verum de hoc ſermonem habere nequimus, niſi prius a propoſito pauliſper digredientes, quidquam opportune præmittamus. Odo de Soliaco, vigilantiſſimus Pariſienſis Antiſtes, qui vixit ſub initium ſæculi decimi tertii, promulganda ſtatuit in ſuæ Diœceſeos Parœciis matrimonia, priuſquam inirentur; ut ſcilicet hoc pacto dignoſci poſſet, num inter contrahentes impedimentum nullum ſubeſſet: atque inde denuntiationum manavit exordium, quæ tum *Bannum* nuncupatæ fuerunt. A Diœceſi Pariſienſi mos iſte laudabilis ad alias quoque per Galliam permeavit; uti colligitur ex reſcripto Innocentii III. ad Epiſcopum Beluacenſem *in Cap. Cum in tua de Sponſal. & Matrim.* Idem Innocentius in Concilio Lateranenſi quarto ad univerſam Eccleſiam ejuſmodi denuntiationum morem propagavit, ut videre eſt *in Cap. Cum inhibitio, de clandeſtina deſponſatione*. Atque ſacra Tridentina Synodus *ſeſſ. 24. de reformat. matrimon. cap. 1.* Lateranenſis Concilii veſtigiis inhærendo, id ipſum præcepit. Quamvis vero denuntiationes ad matrimonii validitatem neutiquam pertineant, adeo ut matrimonium, iiſdem omiſſis, celebratum, illicitum quidem ſit, quod tamen validum; non idcirco denuntiationum omiſſio gravi careret culpa, neque propterea negligi impune queunt in Parœciis, in quibus contrahentes inhabitant; quod ſi velint matrimonium extra Diœceſim, quam incolunt, celebrare, tenetur is, qui matrimonio intereſt, exigere prius, ut denuntiationes factæ jam fuerint in loco prioris domicilii, quamvis ſit alterius Diœceſis, ad hoc ut tuto intereſſe poſſit matrimonio, quod in ſua Diœceſi celebratur. Obſervetur Concilium Aquenſe anni 1585. a Sixto V. Pontifice Maximo confirmatum, ſicuti etiam Rituale Romanum. Quod ſi veruſtiora monumenta præ manibus ſumere opus eſſet, in ſecunda Collectione Decretalium *Cap primo de clandeſtina deſponſatione*, reperitur Decretalis Alexandri III. relata etiam per Gonzalez *in Cap. Cum inhibitio, ſub num. 10. de clandeſtina deſponſatione*, ubi fit mentio oneris, quod diſtricte incumbit ei, qui matrimonio interest in ſua Diœceſi contracto, ne ſcilicet intereſſe debeat, niſi requiſierit antea ab epiſcopo loci, ubi contrahentes inhabitant, prævium denuntiationum edictum, unde appareat, nullum inter eoſdem impedimentum obſiſtere.

Conſtat igitur, presbyterum Miſſionarium, coram quo matrimonia, de quibus ſermo eſt, Sundæ celebrantur, iiſdem intereſſe neutiquam debere, niſi prius exhibeantur ſibi denuntiationum edicta promulgata in ſua Diœceſi, ubi contrahentes domicilium habent, e quibus pateat, nullum inter eoſdem impedimentum reperiri. Quod ſi miſſionarius objiciat, Tridentinum Concilium Sundæ promulgatum non eſſe, tum fac ipſe, ut bene percipiat, quod, ſi onus ejuſmodi reperire, ac derivare nolit a Tridentini Concilii lege, non poteſt, quin illud fateatur, ac noſcat ſibi a Lateranenſi Concilio impoſitum. Poſtquam vero, qui Sundæ matrimonio juncti fuere, ad Diœceſim tuam redierint, ſi Fraternitas Tua juſſerit fieri tum denuntiationes, ut pateat, num inter eoſdem impedimentum ullum interſit, non tam moveri tuo ſatisfacies, verum, ſic agendo, paulatim e medio tolles pravum nonnullorum morem adeundi Sundam, ut matrimonio copulentur, ob metum difficultatum, in quas incideren, ſi tua in Diœceſi, ubi domicilium habent, nubere voluiſſent.

Decretum ſacri Tridentini Concilii, quo clandeſtina matrimonia irrita ac nulla declarantur, illud ipſum eſt, de quo pluſquam de ceteris aliis in ſacro illo conventu diſceptatum fuiſſe legitur, propter diverſas Patrum ſententias: quemadmodum teſtatur Cardinalis Pallavicinus *in Hiſtoria Concilii lib. 22. cap 4.* atque idem referunt P. Joannes Stoz. *in ſuccincta Relatione de geſtis in Concilio Trid. ſeſſ. 4. art. 24 §. 10. punct. 1. num. 548.* Erneſtus Salomon Cyprianus in libro, cui titulus *Tabularium Eccleſiæ Romanæ ſeculi XVI. num. 159. & numer. 180.* & Mutius Calinus, Jadrenſis Archiepiſcopus, in epiſtola diei 11. Novembris 1563. ad Cardinalem Aloyſium Cornelium Camerarium, cui quidquid in Concilio eveniret, feliciter referebat, ut ex manuſcripto ejuſdem epiſtolarum Codice.

Dubitabatur primo utrum Eccleſia abrogare poſſet clandeſtina conjugia, propterea quod legitimus contractus, materia inſimul, ac forma eſt Sacramenti matrimonii; mutua nempe, ac legitima corporum traditio, verbis, ac nutibus interiorem animi aſſenſum exprimentibus, materia, & mutua pariter, ac legitima corporum acceptatio, forma: ex quo nonnulli arguebant, quod, legitima traditione, & acceptatione ſimul conjunctis, ſubeſt materia, ac forma, quæ non ab alio immutari poteſt, præterquam ab eo, qui divinæ gratiæ eſt auctor, quæ per Sacramenta confertur: verum, reponentibus aliis, Eccleſiam poſſe conditionem quamdam præſcribere, quæ prius non aderat, ſine qua contractus in poſterum neque legitimus, neque validus foret, quemadmodum etiam neque legitima, neque valida traditio, & acceptatio corporum, id ſacris erat, ut clandeſtina matrimonia irrita fieri poſſent, quod quidem poteſtatis Eccleſiaſticæ limites non excedit. Deſumitur reſponſum hoc ex doctrina S. Thomæ Aquinatis, *Quodlibet. 3. quæſt. 8. art. 15. Ad primum.* Non deſtitit quidam ſcriptor Paulus Sarpius *in Hiſtoria Concilii Tridentini*, quin contradicentium partes amplecteretur; veruntamen tanta eſt vis veritatis, ut Petrus Franciſcus Courayet, qui Sarpium quacumque ſequitur, hoc tamen loco eum deſerat, atque impugnet, uti obſervari poteſt in adnotationibus ad eamdem Hiſtoriam Concilii *lib. 8. §. 86. num. 88. & ſeq.* & præſertim *num. 90.*

Aſſerta Eccleſiæ poteſtate, alia ſucceſſit dubitatio, num ſcilicet legitimæ intercederent cauſæ ad clandeſtina conjugia, quæ ſecundum Canones erant dumtaxat illicita, ut infertur ex Canone *Aliter*, aliiſque ſubſequentibus, quorum unus incipit *Nullus*, alter *Noſtrates*, *quæſt. 1. cauſ. 30.* nulla in poſterum decernenda. Verum, cum demonſtratum fuerit, ex clandeſtinis conjugiis frequenter evenire, ut qui uxorem duxerat, eam derelinqueret, atque ſuperinduceret alteram, quodque interdum nonnulli uxorem habentes ad Sacros Ordines aſcenderent, & una cum uxore Eccleſiaſtica Beneficia retinerent, quibus graviſſimis malis Eccleſiaſtici Judices mederi nequibant, cum matrimonii contracti neceſſariæ probationes deeſſent, hoc ſatis ſuperque valuit ad evincendam neceſſitatem infringendi clandeſtina connubia, ut colligitur ex littera ipſius Conciliarii Decreti, advertitque ſagaciter Natalis Alexander *in Theologia Dogmatica & Morali de Sacrament. Matrim. lib. 2. cap. 2. part. 2. propoſit. 1.*

Tollebat ſcrupulum aliis conſideratio illa, ne ſcilicet clandeſtinis conjugiis abrogatis, iis nempe, quæ ſine Parocho viri, aut mulieris celebrantur = *hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos in præſenti Decreto irritos facit, & annullat* = iunt verba Concilii, poſſet id exalperare graviter hæreticorum animos, quorum matrimonia fuiſſent nulla, & conſequenter illegitima ſoboles, quoniam coram Catholico Parocho ac binis teſtibus nequaquam celebrata fuiſſet. Verum, Concilii Patribus ſapienter in hunc modum ſtatuentibus = *Decernit inſuper, ut hujuſmodi Decretum in unaquaque Parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat a die primæ publicationis, in eadem Parochia factæ, numerandos* = ſicuti credibile non erat, Decretum ejuſmodi ab ipſis promulgandum, inde ſequebatur, quod eorum matrimonia ſine præſentia Parochi, & duorum teſtium facta, irrita unquam dici potuiſſent: ut proſequitur Cardinalis Pallavicinus *loco citato cap. 8.*

Tan-

Digitized by Google

Tandem cum prævideretur, facile deperditum iri probationes, unde conſtaret de promulgatione Tridentini Decreti in qualibet Parœcia, atque exinde orituras plerumque dubitandi cauſas, num executioni demandata fuiſſet præſcripta Conciliaris Decreti promulgatio, numque propterea vim ſuam obtinere deberet, approbante Pontifice Maximo, ſancitum fuit a Congregatione Concilii, ad eamdem promulgationem comprobandam, ſufficere diuturnam obſervantiam ejuſdem Conciliaris Decreti, cujus publicatio inducitur ex diuturnitate temporis, quo matrimonia in Parœciis coram Parocho, ac duobus teſtibus celebratæ fuerunt: ut videre eſt in *Tricarien.* 26. Septembris 1602. *lib.* 10. *Decretorum*, quæ exiſtunt in Secretario ejuſdem Congregationis *pag.* 47., & in quadam *Poloniæ* 13. Novembris 1638. *lib.* 16 *Decretorum eorumdem pag.* 117. atque Nos ipſi obſervavimus in Opere noſtro *de Synodo Diœceſana* noviſſimæ editionis *lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 6.

Fatemur autem, poſtrema hæc, quæ reſpiciunt Decretum abrogans clandeſtina conjugia, materiam quidem, non ſic vero propoſitam quæſtionem attingere. Verum, cum in epiſtola tua ſummam diligentiam perſpexerimus, ingratum Fraternitati tuæ neutiquam fore arbitrati ſumus, ſi hæc omnia oculis tuis enucleate ſubjicerentur. Quod ſi nonnulla capita hucuſque proſecuti ſumus ad materiam potius, quem ad petitionem, ſpectantia, Epiſtolam noſtram eo cum reſponſo concludimus, quod, non materiam, ſed aliam petitionem tuam pertingit. Cum igitur tuis in litteris mentionem facias de facultate prædeceſſori tuo ad decennium tributa, concedendi nempe Oratoria privata debitis cum cautelis, ſpectato videlicet loci decore, & perſonarum merito, atque inſimul poſtules, eamdem tibi facultatem largiri, libenter annuimus ad annos decem, eo prorſus modo, quo illam prædeceſſori tuo fuimus impertiti. Atque interea Fraternitatem Tuam amantiſſime complectentes, tibi, ac univerſo gregi ſollicitudini tuæ concredito Apoſtolicam Benedictionem de plenitudine cordis largimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem 19. Martii 1758. Pontificatus Noſtri Anno decimo octavo.

DECRETUM
BENEDICTI PAPÆ XIV.

CUM Venerabilis Frater Archiepiſcopus Goanus Apoſtolatum noſtrum conſulendum cenſuerit ſuper quibuſdam dubiis reſpicientibus validitatem matrimoniorum, quæ aliquando a fidelibus illius Civitatis, aut Diœceſis oriundis, contrahuntur extra ipſius juriſdictionis fines, non ſervata forma a ſacro Tridentino Concilio ſtatuta, propterea quod ejuſdem Concilii Decretum *de Reformatione Matrimonii* in illis Diœceſi finitimis nunquam promulgatum rite fuerit; Nos quidem ad propoſita dubia per Epiſtolam noſtram eidem Archiepiſcopo directam prolixius reſpondere noo detrectavimus; eamque in rem, inter alia, uſi ſumus auctoritate quarumdam Litterarum fel. record. Prædeceſſoris noſtri Urbani Papæ VIII quæ cum a privatis Scriptoribus relatæ dumtaxat legantur, ſed neque communibus Bullariis hactenus inſertæ, nec alia ſolemni ratione publicatæ reperiantur, Nos earumdem tenorem, cum authenticis hujus Apoſtolicæ Sedis regeſtis collatum, ſubjicimus, qui talis eſt, videlicet.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

„ *Exponi Nobis fecit Venerabilis Frater Archiepiſcopus Colonienſis, quod habito nuper per eum ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales „ ſacri Concilii Tridentini Interpretes, recurſu ſuper infraſcriptis dubiis, videlicet: primo, An incolæ tam maſculi, quam fœminæ loci, in quo Concilium „ Tridentinum in puncto matrimonii eſt promulgatum, tranſeuntes per locum, in „ quo dictum Concilium non eſt promulgatum, retinentes idem domicilium, valide poſſint in iſto loco matrimonium ſine Parocho, & teſtibus contrahere? Secundo. Quid, ſi eo prædicti incolæ tam maſculi, quam fœminæ, ſolo animo ſine Parocho, & teſtibus contrahendi ſe transferant, habitationem non mutantes? Tertio, Quid, ſi iidem incolæ tam maſculi, quam fœminæ, eo tranſferant habitationem illo ſolo animo, ut abſque Parocho, & teſtibus contrahant? „ Iidem Cardinales ad primum, & ſecundum, non eſſe legitimum matrimonium „ inter ſic ſe transferentes, ac tranſeuntes cum fraude: ad tertium vero dubiorum hujuſmodi, ſi domicilium vere transferatur, matrimonium eſſe valide, reſponderunt, & reſolverunt, prout in Decreto deſuper emanato plenius „ continetur. Cum autem, ſicuti eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Archiepiſcopus reſponſum, ſeu dubiorum prædictorum reſolutionem hujuſmodi, pro illius „ ſubſiſtentia firmiori, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri ſummopere deſideret; Nos eumdem Archiepiſcopum ſpecialibus favoribus, & gratiis „ proſequi volentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, reſponſum, ſeu dubiorum prædictorum reſolutionem hujuſmodi „ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque „ inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: decernentes, illud, ſeu illam, necnon præſentes Litteras, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque, & juxta illa per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum „ Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter „ contigerit attentari: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque* "

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Auguſti anno 1617. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Ut autem de hujuſmodi Litterarum authoritate dubitari minime valeat, Nos iterum eos Apoſtolica auctoritate noſtra, & præſentis Decreti tenore, in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, ac novo hujuſmodi approbationis, & confirmationis robore communitas, ad prædictum Archiepiſcopum tranſmittimus; mandantes eidem, ut in occurrentibus caſibus circa perſonas ex ipſius Civitate, aut Diœceſi oriundas, ſeu alias in cauſis ejuſdem generis ad illius judicium legitime delatis, juxta earumdem Litterarum continentiam, & tenorem decernat, judicet, atque definiat, contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Volumus autem, ut, in noſtræ hujus approbationis, & confirmationis monumentum, præſentis Decreti noſtri exempla, a Nobis ſubſcripta, in Actis Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii Tridentini Interpretum, necnon in ſecreto Archivo noſtro Vaticano reponantur, ibique perpetuo aſſerventur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 19. Martii 1758. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

Ita decernimus, & mandamus.

BENEDICTUS PP. XIV.

SANC-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

Litteræ in forma Brevis, quibus Eminentiſſimus ac Reverendiſſimus D. Franciſcus S. R. E. Diaconus Card. de Saldanha motu proprio conſtituitur, & deputatur in Viſitatorem, & Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jeſu in Regnis Portugalliæ & Algarbiorum & in Indiis Orientalibus & Occidentalibus Regi Fideliſſimo ſubjectis.

Dilecto Filio Noſtro Franciſco Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Card. de Saldanha nuncupato.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

IN ſpecula ſupremæ dignitatis divina diſpoſitione, meritis licet inſufficientibus, conſtituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus in hac noſtra ingraveſcente ætate, & parum firma valetudine obruimur curas, ad ea etiam ex debito Paſtoralis officii nobis commiſſi ſollicite advigilare debemus, per quæ Religioſa loca, illorumque perſonæ divinis mancipatæ obſequiis, in pacis & quietis tranquillitate ac Regularis vitæ, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conſervari valeant, & quæ his contraria eſſe noſcuntur, per noſtræ providentiæ, auctoritatiſque Apoſtolicæ ſtudium penitus evellantur, prout perſonarum, rerum & locorum qualitate penſata, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Joſephi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Fideliſſimi nobis expoſitum fuit, haud levia ſuborta ſint inconvenientia, & abuſus in Provincia, ſeu Provinciis Clericorum Regularium Societatis Jeſu tum Portugalliæ & Algarbiorum, tum Indiarum Orientalium & Occidentalium exiſtentibus dominio ejuſdem Joſephi Regis ſubjectis, de quibus omnes fere nationes, Regioneſque certiores factos eſſe exiſtimatur propter parvum volumen typis impreſſum, & tum nobis, tum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus diſtributum, ac propterea ipſe Joſephus Rex ſummopere cupiat ut ſcandala, quæ ex præmiſſis deinceps oriri poſſint quam celerrime removeri de benignitate, providentiaque Apoſtolica dignaremur; Nos qui Societatem præfatam Paternis complectimur affectibus; nil aliud proprium, ac decens in hoc rerum ſtatu eſſe ducimus, quam juxta laudabile Romanorum Pont. Prædeceſſorum noſtrorum inſtitutum & conſuetudinem, unum ex S. R. E. præfatæ Cardinalibus deputare, & nominare, qui primum de omnibus & ſingulis hujuſmodi negotiis accurate expenſis pleniſſime inſtructus eadem ad Nos deinde referat, aperiatque ut poſtea matura conſideratione adhibita, quidquid ſtatuendum ſit, opportune, & ſaluberrime decernamus. Motu itaque proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione, Noſtræ deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Circumſpectionem tuam, de cujus ſingulari fide, prudentia, integritate, dexteritate, vigilantia, & Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, in Viſitatorem Apoſtolicum, ac Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jeſu in Regnis, ditionibus, & Provinciis etiam Indiarum memorato Joſepho Regi ſubjectis exiſtentium, tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, ac circumſpectioni tuæ ut cum aſſiſtentia unius, ſeu plurium perſonarum in eccleſiaſtica dignitate conſtitutarum, ſi ſeculares fuerint, ſeu Regularium cujuſvis ordinis, ſeu inſtituti a ſede Apoſtolica approbati a Te, ad hujuſmodi effectum, pro tuo arbitrio eligendæ, & aſſumendæ ſeu eligendarum & aſſumendarum probatæ vitæ, & circa ſtatuta, & mores Regu-

Digitized by Google

gulares verſatarum, Provinciam, ſeu Provincias Societatis Jeſu præfatæ in Regnis, dominio, ditionibus, & Provinciis etiam Indiarum præfatarum eidem Joſepho Regi, ut præfertur, ſubjectis, exiſtentes, illiuſque, ſeu illarum domos profeſſas, ſeu Novitiatui deſtinatas Eccleſias ſeu Collegia quæcumque, Hoſpitia, & miſſiones, aliaſque loca quocumque nomine nuncupata a Societate prefata dependentia, & ad illam ſpectantia & pertinentia etiam exempta & quocumque privilegio, ac indulto ſuffulta, nec non illorum Superiores, Rectores, Adminiſtratores, Clericos Regularu, cæteraſque perſonas quaſcumque cujuſcumque dignitatis, ſuperioritatis, ſtatus, gradus & conditionis exiſtentes tam in capite, quam in membris, auctoritate noſtra ſemel viſites, & reformes, ac in earumdem perſonarum ſtatum, vitam, mores, ritus, diſciplinam aliamque vivendi rationem, tam conjunctim, quam diviſim diligenter inquiras; nec non evangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ, ſacrorumque Canonum, & Generalium Conciliorum Decretis & SS. Patrum traditionibus, atque Regulari dictæ Societatis inſtituto, & Apoſtolicis conſtitutionibus præſertim recol. memor. Urbani PP. VIII. Præd. Noſtri die 22. Februarii 1633. incipien.; *Ex debito Paſtoralis officii &c.* & a nobis per quaſdam noſtras in ſimili forma Brevis die 20. Decembris 1741. expeditas Litteras quarum initium eſt: *Immenſa Paſtorum Principis &c.* editis inhærendo, & prout occaſio, rerum qualitas & neceſſitas exegerit quacumque mutatione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoveris juxta datam tibi a Domino Prudentiam corrigas, emendes, renoves, revoces, ac etiam de novo condas, condita ſacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non repugnantia confirmes, abuſus quoſcumque tollas, regulas, inſtitutiones, & Eccleſiaſticam, Regularemque diſciplinam, ac in primis divinum cultum & obedientiam huic Sanctæ Sedi, & obſervantiam memoratarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, ſi forraſſe exciderint, juxta præſcriptum dictæ ſocietatis inſtitutum modis congruis reſtituas, & reintegres; ſi aliquos in aliquo delinquentes repereris, eos juxta canonicas ſanctiones punias & caſtiges, ipſoſque per perſonas etiam, ut præfertur, aſſumptas, ad debitum & honeſtum vitæ modum ac ad ſtatum ſacris Canonibus & Concil. Trident. præfatis conformem revoces, ac quidquid ſtatueris, & ordinaveris, abſque dilatione & appellatione quæ executionem quoque modo ullatenus impediat, omnino obſervari facias; quoſcumque domorum, & collegiorum hujuſmodi Rectores, alioſque miniſtros, quos juxta datam tibi a Domino prudentiam, & tibi expediens videbitur, ab eorum reſpective officiis amovendos eſſe judicaveris, amoveas, ac illos ſic amotos, alioſque Clericos Regulares dictæ Societatis de una ad aliam domum, ſeu de uno ad aliud Collegium tranſmittas, inobedientes, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ſuſpenſionem a divinis, aliaque opportuna juris & facti remedia cogas & compellas. Nos enim tibi præmiſſa, & quæcumque alia circa viſitationem, & reformationem, aliaque ſupra expreſſa hujuſmodi neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi & exequendi auctoritate præfata plenam, liberam, & amplam facultatem & auctoritatem concedimus, & impertimur; & ſi contingat te aliqua legitima de cauſa detineri ut viſitationem præfatam per te ipſum extra civitatem Lisbonenſem minime facere valeas, alias Eccleſiaſticas perſonas tibi beneviſas cum ſimili, vel limitanda poteſtate in tui locum ad viſitationem & reformationem habendam, etiam in Indiarum provinciis præfatis deputandi facultatem pariter tribuimus. Si quæ autem graviora in hujuſmodi viſitatione reperis, ea omnia ſub tuo ſigillo clauſa ad nos quam primum diligenter tranſmittas ac nobis referas, & pateſacias quæcumque ad hanc cauſam pertinere arbitraveris: ex re enim & tempore conſilium capiemus, & effuſis lacrymis omnipotentem Deum clamore valido orabimus, atque obſecrabimus, ut, quod inde ſtatuendum ſit, matura deliberatione decernamus: mandantes propterea omnibus, & ſingulis Superioribus, Miniſtris, Clericis Regularibus, aliiſque perſonis Provinciæ, ſeu Provinciarum, domorum, Collegiorum, aliorumque locorum Societatis Jeſu prædictis, in præfatis Regnis, ditionibus, & Provinciis etiam Indiarum

Digitized by Google

rum ipſi Joſepho Regi ſubjectis ſicut præmittitur, exiſtentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ nobis & Romanis Pontificibus ſucceſſoribus noſtris reſervatæ, præterquam in mortis articulo, ac ſuſpenſionis a divinis, & privationis ſuorum officiorum aliiſque arbitrio noſtro infligendis pœnis ipſo facto incurrendis, ut tibi, ac perſonæ ſeu perſonis per te, ut præfertur, deputandæ, ſeu deputandis in præmiſſis omnibus, & ſingulis prompte pareant & obediant, tuaque, & illius, ſeu illorum ſalubria monita, humiliter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent; alioquin ſententiam ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore divino uſque ad ſatisfactionem divinam inviolabiliter obſervari. Decernentes præſentes Litteras firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, tibique & perſonæ ſeu perſonis, nominandæ, ſeu nominandis pleniſſime ſuffragari, & ab illis ad quos ſpectat & ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ac ſedis Apoſtolicæ nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus & ordinationibus, ac Societatis præfatæ illiuſque domorum, Collegiorum & aliorum locorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis, eorumque ſuperioribus prædictis, & aliis perſonis præfatis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, vel conſiſtorialiter, & alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum Derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 1. Aprilis 1758. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

Pro D. Card. Paſſioneo.

Joannes Florius Subſtitutus.

DE-

APPENDIX

DECRETUM

SS. D. N.

BENEDICTI PAPÆ XIV.

In Cauſa Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Franciſci De Hieronymo Sacerdotis Profeſſi Societatis Jeſu. Super Dubio: *An conſtet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in caſu, & ad effectum, de quo agitur.*

FElici exitu abſolutis, quæ juxta Sedis Apoſtolicæ praxim præcedere debebant antequam locus eſſet diſcuſſioni Dubii ſuper Virtutibus heroicis *Venerabilis Servi Dei Franciſci de Hieronymo* Sacerdotis Profeſſi Societatis JESU, hinc inde que ſuper eodem Dubio virtutum Congregatione cum Antepræparatoria, tum etiam Præparatoria, diem tandem indiximus, qua Congregatio Cardinalitia coram Nobis cogeretur. Qua tandem adveniente, poſt lecta, ſedulone perpenſa triginta ſex ſuffragia Conſultorum ſcripto Nobis exhibita, turulentas Cardinalium Congregationi Sacrorum Rituum adſcriptorum, & coram Nobis relatas, Sententias audivimus, eaſque raro exemplo, nec adeo facili omnium ad unum contenſione ferri intelleximus, ad aſſerendam, & ſtenue propugnandam Virtutum ejuſdem *Venerabilis Servi Dei* heroicitatem. Idipſum accidit etiam ex Sententia Noſtra, qui pridem Poſtulatorum Scripturas, & eorundem Conſultorum ſcripto tradita ſuffragia, quo decebat ſtudio, & diligentia libravimus, adeoque in eadem Generali Congregatione potuiſſemus pro earumdem Virtutum heroicitate Decretum Noſtrum ex tempore pronunciare.

Verum cum, juxta Prædeceſſorum Noſtrorum bene, ſapienterque inſtitutum morem, cautum ſit, ne Decretum Virtutum approbativum edatur in eadem Generali Congregatione; huic diſciplinæ inhærentes relolutionem in aliam opportuniorem diem rejecimus, ut interim ad Cauſam ſecundæ adhiberentur curæ, & Patrem luminum exoraremus, ut educeret tanquam lumen Juſtitiam ſuam, & Judicium ſuum tanquam meridiem.

Quod cum abunde præſtitum ſit, Noſque, Deo ſic diſponente, in vitæ diſcrimine poſitos noverimus, hac Die S Athanaſio ſacra, qua Sacroſanctam Euchariſtiam per modum Viatici accepimus, ad Nos advocatis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Tamburino S. R. C. Præfecto, & Cavalchino hujus Cauſæ Relatore, nec non Benedicto Veterani Fidei Promotore, & Divino iterum implorato præſidio a luminum Patre, propoſito Dubio *Affirmativum reſponſum* dedimus, hoc eſt *Conſtare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate erga Deum, & Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in caſu, & ad effectum, de quo agitur.* Et præſens Decretum in Acta ejuſdem Sacræ Congregationis referri, & publicari mandavimus, hac ipſa die 2. Maji 1758. Pontificatus Noſtri Anno Decimo octavo.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuſcus Sac. Rit. Congreg. Secret.

IN.

INDEX

Rerum, & Verborum.

Numerus Romanus denotat Tomum; Arabicus autem indicat paginam.

A

ABBATES aliique Prælati inferiores jurisdictionem ordinariam habentes Limina Apoſtol. ſtatutis temporibus viſitare, & Eccleſiarum ſuarum ſtatum exponere debent. I. 18. Abbates ſimplices aliquando præcedere poſſunt Superioribus ſui Ordinis. II. 73. Abbatum aliorumque Prælatorum Regularium, Juriſdictionem temporalem & ſpiritualem in ſubditos ſæculares habentium, Reſidentiæ exemptæ ſunt a viſitatione & correctione Epiſcoporum, etiam quoad Curam animarum. 144. Niſi Epiſcopi ſint in quaſi poſſeſſione majoris juris. 146. Item Reſidentiæ ordinariæ principales Abbatum Generalium. 144. Vid. *Generales*. Non autem Abbatum ſimplicium Juriſdictionem, ut ſupra, non habentium. *Ibid.* ubi vide veram lectionem Textus Concilii Trid. *Seſſ.* 25. *Capit.* 11. *de Regularib.* Abbatibus in Eccleſiis ſui juris licet populo ſolemniter benedicere, ſi Apoſtolico privilegio id ipſis conceſſum fuerit. V. 7. Neque id tamen niſi poſt Miſſam ſolemnem, aut Veſperam Officii. *Ibid.* Cæterum non poſſunt alibi, maxime per vias, benedictionem impertiri, niſi id etiam expreſſe in privilegio contineatur. 19. Et quod in Miſſis privatis trinam benedictionem impertiri nequeant, ex Decreto Alexandri VII. *Ibid.* Abbates & alii Pontificalibus utentes, ſi exempti ſint, in Conciliis Provincial. & Diœceſanis uti poſſunt Mitris auriphrygiatis. IV. 181. Si exempti non ſint, licet Pontificalium uſum habeant, puris tantummodo Mitris albis & planis uti debent *Ibid.* Abbatis eligendi facultas non probat neceſſario exemptionem Monaſterii ab Ordinaria Epiſcopi juriſdictione. IV. 187. Abbati Monaſterii Campiduneoſis in Svevia conceditur a Pontifice indultum perpetuum conferendi Sacramentum Confirmationis. V. 205. Vid. *Campidunenſe*. Abbates Monaſteriorum S. Baſilii Miſſam græco ritu celebrare jubentur ſub gravi pœna. VII. 42. Abbates quandonam poſſint ſuis ſubditis Regularibus conferre Tonſuram & Minores Ordines. VIII. 67. Abbatii Generali Ordinis S. Hieronymi Congregationis Italicæ locus in Pontificiis Capellis conceditur ac deſignatur. 244. Quibus inſignibus idem utatur. *Ibid.*

ABBATIA Cryptæ Ferratæ. Vid. *Crypta Ferrata*. Abbatia Farfenſis. Vid. *Farfenſis*. Abbatia S. Barbari de Pollutro Prov. Teatinæ unita fuit Sacrario Baſilicæ Vaticanæ. VII. 194. Abbatiæ S. Martini de Fara, & S. Salvatoris de Majella ejuſdem Prov. Menſæ Capitul. Vaticanæ fuerunt attributæ. *Ibid.* Abbatia S. Martini ex conventione cum Archiep. Teatino, Capituli Vaticani juriſdictioni ſubeſt. Abbatia vero S. Salvatoris ſubjecta eſt eidem Archiep. certis utrimque pactis conventis quoad collationem Benefic. Parochialium & ſimplicium, quoad Œconomorum deputationem, viſitationem, exactiones &c. *Ibid.* Abbatiæ S. Ruffilii Foripompilii, S. Martini in Montibus, & aliæ cum omnibus ad ipſas ſpectantibus, attributæ ſunt eidem Menſæ Capitulari Vaticanæ. 196. Cum exemptione a juriſdictione Ordinar. in quorum Diœceſibus exiſtunt. 197. Capitulum Vaticanum juriſdictionem quaſi Epiſc. in eas habet. *Ibid.* & 198. Quindemnia & alia onera pro ipſis non ſolvit. 197. Abbatia Fuldenſis in Epiſcopatum erigitur. VIII. 32. Recenſentur inſignes illius prærogativæ. 31. Vetus regularis ſtatus præſervatur. *Ibid.* Epiſcopus, Cathedralis, & Capitulum deſignantur. 33. Pœnitentiarii & Theologi munus quibus demandandum? *Ibid.* Vid. *Fuldenſis Epiſcopus*. Abbatia Sublac. Vid. *Sublacum*.

ABBATISSA Burgenſis in Hiſpania ab Epiſcopi juriſdictione exempta eſt; Capitulum generale celebrat, & in plura Monaſteria juriſdictionem habet. V. 216.

ABBREVIATORIBUS de Parco majori conceditur uſus Redimiculi Galeri coloris violacei. I. 7.

ABLUTIONES. Vid. *Lavacra*.

ABSOLUTIONIS forma a Græcis Confeſſariis proferenda. I. 147. Abſolutio impertita a Sacerdote non approbato ab Ordin. loci nulla declaratur. II. 79. Vid. *Confeſſarius*. Impertita perſonæ compliei in peccato turpi, extra caſum extremæ neceſſitatis, irritatur. I. 44. Impertita hujuſmodi perſonæ complici in mortis articulo conſtitutæ etiam abſque neceſſitate, aut infamiæ, vel ſcandali periculo, valida eſt. 189. Sed Sacerdos ita abſolvens incurrit pœnas & cenſuras Sum. Pontifici reſervatas. *Ibid.* Abſolutio Sacramentalis denegandа eſt Ignorantibus myſteria fidei, tenenda neceſſitate medii. 95. Quid cum ignorantibus quæ ſcienda ſunt neceſſitate præcepti. 96. Abſolutio a cenſuris publicatis die Cœnæ Domini Rom. Pontifici reſervatur. 33. Abſolutio calumniatorum quoad ſollicitationem in Confeſſio-

ſeſſione Sum. Pontifici reſervatur. 44. Abſolutio Sacerdotis excipientis confeſſionem complicis in peccato turpi, Sum. Pontifici reſervatur. *Ibid.* Abſolutio a cenſuris incurſis ob mercimonia ſuper eleemoſynis Miſſarum Sum. Pontifici reſervatur. 48. Abſolvendi facilitas a caſibus reſervatis & cenſuris tribuitur Caſucellario Militiæ S. Januarii. 50. & Confeſſariis in vim Bullæ Cruciatæ conceſſæ militibus S. Joannis Hieroſolym. ejuſque Militiæ Subditis. II. 20. Abſolvendi faculras ex verbi proprietate refertur ad peccata & cenſuras proprie dictas; non vero ad irregularitates. VI. 125. Vid. *Cenſura*. Abſolutio in Sacramentali Confeſſione caute danda, vel deneganda, aut differenda. 77. Abſolutio datur a cenſuris nominatim latis a Judice, ad ſolum effectum conſequendi indulgentias Jubilæi, cum reincidentia in eaſdem, & obligatione parendi ſententiæ ipſius Judicis, & petendi abſolutionem ab eo. 83. Facultates abſolvendi pro anno Sancto. 81. 166. & 173.

ABSTINENTIÆ in Eccleſia Græca ſervari ſolitæ. II. 24. Abſtinentia a carnibus diebus Sabbati non ſemper ubique fuit de præcepto. 186. Abſtinentia a ſanguine & ſuffocato, nec non diſtinctio eiborum in mundos & immundos, diu viguit in Eccleſia Latina, vigetque adhuc in Græca. IX 124. Quomodo licere potuit antiquitus, vel nunc quoque poſſit. *ibid.* Vid. *Ciborum diſtinctio*.

A. C. Auditor Cameræ ſolus habet cumulativam juriſdictionem cum Card. Urbis Vicario in Cauſis Clericorum Romanorum, & Locorum Priorum ejuſdem Urbis. II. 174. Vid. *Auditor Generalis Camera Apoſtolica*.

ACACIUS Conſtantinop. Epiſcopus Eutichianæ hæreſis Fautor, primus Rom. Pontificis nomen a ſacris Diptychis abraſit IX. 136.

ACADEMIA, ſeu Gymnaſium ad exercendos erudiendoſque Picturæ & Sculpturæ tyrones in Capitolio erigitur. VIII. 170.

ACCORAMBONI Joſeph Cardinalis, Epiſcopus Tuſculanus, cauſam proponit pro Eccleſiæ ſuæ juriſdictione adverſus Abbatem Cryptæ Ferratæ. IV. 125. Sacram Sacelli ſui domeſtici ſupellectilem hæredi Sacello per teſtamentum legavit, Vid. *Sacellum*.

ACHARS de la Beaume. Vid. *Hallicarnaſſenſis*.

ACTA coram Vicario Foraneo novæ Civitatis Pergulæ aſſervanda ſuot apud Notarium publicum ejuſdem Civitatis, indeque deſumpta exempla authentica fidem obtinere debent. VII. 210. Acta Conſiſtorialia in Confirmatione Tobiæ Petri Gazeni electi Marooitarum Patriarchæ, factaque ipſi conceſſione Latini Pallii X. 46.

ACTORUM tranſportatio. Vid. *Cauſa jam conſecrata*.

ACTUS Fidei, Spei, & Charitatis populo tradendi, & publice in Eccleſiis frequentandi. I. 97. Actus moraliter bonus in ſtatu peccati fieri poteſt, quamvis ad æternæ vitæ meritum nihil proſit. VI. 144. Actus externi, excepto Sacrificio, Latriæ cultum per ſe non inducunt, ſed animi mentiſque affectio hujuſmodi actus elicientis. IX. 110.

ADSCRIPTUS ſervitio alicujus Eccleſiæ in Urbe non poterat juxta veterem diſciplinam, ea deſerta, ad alias Eccleſias tranſire. IX. 201.

ADVENÆ in Sacris conſtituto non licet Ordines exercere, niſi Literas exhibeat ſui Ordinarii, teſtantis de ſuſceptione Ordinis, & exemptione ab omni Cenſuræ vinculo. VIII. 92.

ADULTERIUM præcedens, ſecluſa machinatione & fide futuri matrimonii, non eſt impedimentum dirimens. II. 161. Nec habebatur pro impedimento dirimente temporibus S. Auguſtini. 164. Ubi aſſeritur lectio Textus S. Auguſtini contra Cujacium; nec erat impedimentum dirimens, tempore Gratiani. *Ibid.* Nec tempore Innocentii Tertii. *Ibid.* Vid. *Filii ex adulterio geniti*.

ADVOCATORUM Conſiſtorialium privilegia & jura in unum colliguntur. II. 106. Eorum Collegii antiquitas & decus: in quo Sum. Pontifex locum obtinuit. 98. Advocatorum numerus duodenarius ex quibus conſtare debeat. 99. Munus Advocati Conſiſtorialis quomodo vacet. 100. Eorum Collegio reſervatur jus præſentandi tres Advocatos Sum. Pontifici in caſu vacationis. *Ibid.* De antiquitate & de jure optandi ad Decanatum. *Ibid* Advocati Conſiſtoriales ſunt veri Papæ Familiares. 101. De eorum præcedentia, habitu &c. *Ibid.* Ad eos pertinet Cauſas Conſiſtoriales pertractare. 102. In Cauſis Beatificationis & Canonizationis ſcribere in jure; eaſdemque Cauſas in Conſiſtorio perorare. *Ibid.* In Solemniis Canonizationum inſtantias proponere. 103. Pallium petere pro Archiepiſcopis aliiſque. *Ibid.* Ad ipſos ſpectat regimen Archigymnaſii Urbis. *Ibid* Quid in concurſibus & examine Lectorum. *Ibid.* Privativa facultas in Urbe doctorandi in utroque vel altero jure, ipſis aſſeritur, eum extinctione litis inter eoſdem & Protonotarios Apoſtolicos. 104. Eorum Collegio perpetuo addicta ſunt Munera Promotoris Fidei, Advocati Pauperum, Advocati Fiſci, & Cameræ Apoſt. Advocati Fabricæ S. Petri, Advocati S. P. Q. R. & Commiſſarii Conclavis Sede Apoſtolica vacante. 108. Eiſdem conceditur Oratorium domeſticum. 109. Et facultas condendi Statuta, ac removendi Officiales Collegii. *Ibid.* Eorum Decanus in actibus Collegialibus præcedit omnibus de Collegio, etiam perſonali dignitate præſtantibus. 73. Advocati Fiſci, & Cameræ Apoſt.

Apoſt. Officium incompatibile in poſterum decernitur cum Officio Promotoris Fidei. 108. Advocatus Fiſci & Cameræ Apoſt. abſtinere debet a patrocinandis alterius generis cauſis. 109. Idem de Advocato Pauperum. *Ibid.* Is interponit Decreta in contractibus & obligationibus mulierum, minorum, & pupillorum, domi ſuæ tantum, & in carceribus. 180. Vid. *Pauperum Advocatus*. Advocati olim ab Eccleſiis & Monaſteriis electi, ut eorum jura in foro defenderent, Cauſarum cognitiones aſſumere, & juriſdictionem ſibi arrogare cœperunt. IV. 187. Ipſis vetitum erat in Diſciplinæ Eccleſiaſticæ negotiis ſe immiſcere. *Ibid.* Sed cum tandem Eccleſiis & Monaſteriis nimia præjudicia irrogarent, ſeculo XIV penitus aboliti ſunt. *Ibid.* Advocatum eligendi & dimittendi facultas non probat exemptionem Monaſterii ab Epiſcopi Diœceſani juriſdictione. *Ibid.*

ÆGROTUS. SS. Sacramentum non eſt ad ægros deferendum adorationis vel deoſculationis cauſa tantum, ſi illud ſumere nequeant. IX. 64. Nec pro iis exponitur, ſed intus Tabernaculum adaperto oſtiolo relinquitur. *Ibid.*

ÆGYPTII aliique Catholici Cophtici ſubjiciuntur juriſdictioni Epiſcopi Hieroſolymi. ejuſdem ritus. I. 53. *Ægyptiæ Miſſionis Præfecto* conceditur ad tempus facultas extraordinaria conferendi Sacram. Confirmationis cum Chriſmate ab Epiſcopo benedicto. VI. 193.

AER inſalubris. Vid. *Reſidentia*.

ÆREI Lacunaris reliquias a Pantheo eductas quibus uſibus deſtinarit Urbanus VIII Pontifex. IX. 232.

ÆTAS in Eccleſia Occidentali requiſita ad recipiendos Ordines II. 211. Quoad Græcos eadem ætas requiritur ac pro Latinis. 151. Ætas legitima ad contrahendum matrimonium in fœminis eſt 12 annorum. V. 28. Diſpenſatio ſuper ætate cum iis qui copulæ nondum idonei ſunt, ſed tamen rationis uſum habent, a Sede Apoſt. privative conceſſi poteſt. *ibid.* Quando autem malitia ſuppleat ætatem, ex legum & Canonum diſpoſitione licitum eſt matrimonium contrahere. *ibid.* Super hoc, an malitia ſuppleat ætatem, tam a Judice ordinario, quam ab Apoſt. Sede pronuntiari poteſt, & conſequenter facultas ad contrahendum concedi. *ibid.* Tamen pro majori actus ſolemnitate, & ne de validitate contractus Matrimonii propter minorem ætatem hæſitari contingat, Apoſt. diſpenſationis literæ impetrari ſolent. *ibid.* Formula harum literarum. *ibid.* Vid. *Matrimonium*. Ætas ad profeſſionem emittendam alia præſcripta eſt a Conc. Trid. alia a peculiaribus Ordinum Inſtitutionibus. 14.

AGAPÆ quid fuerint, in primitiva Eccleſia ſancte frequentatæ, & quare ſublatæ. III. 13. & VII. 12.

AGATHA (S.). Vid. *Doctrina Chriſtiana*.

AGELTONENSIS Dioeceſis aſſignatio facta Archiepiſcopo Tyri, a Conventu Maronitarum confirmatur. II. 83.

AGENTES Communitatum ab ipſiſmet Communitatibus eligantur. VIII. 138.

AGGREGATIONES Eccleſiarum aliorumque piorum locorum quomodo a Capitulo Lateranenſis Baſilicæ fieri poſſint. VII. 46. 47. Aggregatis Eccleſiis quænam Indulgentiæ & privilegia competant. 47. Aggregationes ſimiles quomodo a Capitulo Baſilicæ Vaticanæ fieri poſſint. 192. Aggregatis Eccleſiis, & piis locis plures indulgentiæ conceduntur. 193.

AGNES imperio & pietate conſpicua Confeſſionem Sacramentalem apud D. Petrum Damiani nulla ſibi ab eo impoſita ſatisfactione peregit. VI. 78.

AGNUS DEI, ſeu cereæ formæ, quarum uſus antiquiſſimus eſt, ex cera munda aliiſque rebus aliquid ſignificantibus conficiuntur. VII. 252. A Sum. Pontifice benedicuntur, ob cujus benedictionem & preces plura beneficia a Deo obtinentur. *ibid.*

AGREDA (de) Ven. Maria a Jeſu. Illius Beatificationis Cauſa quo in ſtatu ſit, refertur. IV. 223. Ejus liber cujus titulus *Myſtica Civitas Dei*, poſt decretum a Congreg. S. Officii editum an. 1681, peculiari Congregationi examinandus remittitur ab Innocen. Undecimo. *ibid.* ſed a Clemente XII illius examen iterum eidem Congreg. S. Officii demandatur. *ibid.* Pontifex in Cauſa Beatific. Ipſius Servæ Dei ad ulteriora proceſſurus, hujuſmodi examen committit Congregationi particulari SS. Rituum coram S. S. habenda. *ibid.* Idque agit inhærendo Decretis Urbani VIII circa reviſionem Operum Servorum Dei, & praxi Congregationis SS. Rituum. *ibid.* Nomina Cardinalium ex eadem Congreg. ſelectorum ad hunc effectum, necnon Conſultorum ipſis adjunctorum. 224. Liber prædictus poſt mortem Servæ Dei editus a Typographis fuit; neque probari poteſt, illum ab eodem revera conſcriptum fuiſſe, niſi authographum exhibeatur. 227. Hujus probationis rigor declinari nequit ex eo, quod Poſtulatores fateantur, illum Servæ Dei opus eſſe, quum idipſum Apoſt. Sedi conſtare debeat. 226. Exemplum in Cauſa S. Jacobi de Marchia. *ibid.* Epiſcopus Tiraſonenſis Proceſſum auctoritate ordinaria conficiens ſuper fama &c. ejus Libri authographum recognoviſſe teſtatus eſt. *ibid.* Idipſum dixerunt tres alii teſtes, aſſerentes ſe habere notam manum Ven. Mariæ a Jeſu. 227. Hujuſmodi probatio, niſi legitimis fulciatur adminiculis ſatis plena cenſeri nequit. *ibid.* Sed oportet præteni authographi characterem per peritos comparari cum aliis indubiis chirographis Ancillæ Dei

& tam in Hiſpania, quam in Urbe. 228. Item illius libri ſtilum comparari com aliis ejuſdem Operibus & Scriptis. *ibid.* Eoque magis, quod non defuerunt qui dubitaverint, materiam libri aliunde ſuppeditatam ipſi fuiſſe. *ibid.* Præterea cum aſſerarur, idem opus ab Ancilla Dei fuiſſe conſcriptum, & quidem mirabiliter eodem exemplo; prioris autem combuſti copia extare præſumatur, de hoc etiam per utriuſque comparationem videndum eſt. 229. His præmiſſis, tunc denique judicium fiet de contentis in ipſo Opere ad formam Decretorum generalium Urbani octavi. 231. Liber ille, a P. Croiſet Ord. Minor. ex Hiſpanico in Gallicum ſermonem converſus fuit, ſed de verſionis fide dubitatur. *ibid.* Cenſuræ ejuſdem libri factæ ab Academiis Salmantic. Complut. Lovan. & Toloſana, a Facultate Sorbonica, & ab Euſebio Amort, item Apologiæ Cardin. de Aguirre, & Didaci Gonzalez Matheo expendendæ. *ibid.* Interim Pontifex indulget, ut in Beatificationis Cauſa procedatur ad examen aliorum Operum Servæ Dei, ad conſtructionem Proceſſuum Apoſtolicorum ſuper fama & ſuper virtute, & miraculis in ſpecie, & ad proceſſuum approbationem, dummodo non proponatur dubium de virturibus in ſpecie, niſi Liber, conſtito quod ſit opus Ancillæ Dei, approbatus fuerit, una cum aliis ejuſdem Scriptis. 229.

AGRICOLÆ. Vid. *Spicarum Collectio*. Tempore belli non ſunt pars Reipublicæ nocentis, ideo non cædendi. VII. 125. 126. Iis facile indulgeri conſuevit, ut diebus feſtis, audita Miſſa, laborioſis operibus incumbant. V. 124. Agriculturæ neceſſitatibus in Regno Poloniæ conſulitur, translatis Feſtis occurrentibus infra hebdomadas menſium æſtatis, in dies Dominicos. III. 15. Agriculturæ Conſulatus præſervatur juriſdictio. I. 104. Vid. *Conſules*.

AGUIRRE (de) Cardinalis laudatur. V. 231.

ALBANENSES. Vid. *Græci*. Albani Concilii Decreta in Regno Serviæ & finitimis Regionibus obſervanda. II. 32. Albaniæ Epiſcopis facultas fit concordandi, tranſigendi, atque etiam relinquendi Bona Eccleſiaſtica Albanis, licet injuſtis detentoribus, ad præcavenda deteriora incommoda. VIII. 184. Vid. *Papa Bona Eccleſiaſtica*.

ALBERGATUS. Vid. *B. Nicolaus*.

ALEXANDER IV turbas & diſſenſiones Græcos inter & Latinos exortas penitus eradicare coravit. IX. 28.

ALEXANDER V, antea Franciſcanus, Bononiæ, non Cretæ, ortus, ibidem Roſam Auream benedixit, & Marchioni Eſtenſi dedit, ibique obiit. VII. 24.

ALEXANDRI Saulii Formalis Beatificatio. I. 39.

ALEXANDRINUS Patriarcha. Vid. *Melchitharum*.

ALIENATIO. Vid. *Bona Camera Apoſtolica*. Alienatio Bonorum Jeroſolym. Religionis inconſulto Magno Magiſtro, eſt ipſo jure nulla. VIII. 78. Vid. *Jeroſolymitani Ordinis*. Alienationes Reditnum Beneficiorum. Vid. *Ceſſiones commodi exigendi*.

ALMEYDA Thomas, Cardinalis, Patriarcha Lisbonenſis, laudatur & confirmatur. III. 110.

ALTARE. Eorum numerus in Eccleſiis Græcorum augeri permittitur. I. 147. Altaria plura in Eccleſiis Græcorum Melchitarum erigi permittuntur. II. 25. Altaris Pontificii prærogativæ II. 182. Altari a Pontifice conſecrato plura privilegia adnectuntur. *ibid.* Altaria privilegiata conceduntur Eccleſiis Cathedralibus & Parochialibus Maronitarum. I. 224. Super Altari, in quo Miſſæ celebrantur, juxta Rubricæ & Pontificalis præſcriptum Crux collocari debet. III. 71. Amplia, etiamſi in ipſo Altari aſſervetur SS. Euchariſtia in Tabernaculo. 173. At ſi expoſitum ſit in ipſo Altari SS. Sacramentum, ſervetur conſuetudo loci. 174. Si vero in Tabula Altaris Crucifixi imago depicta aut cælata ſit, eaque poriorem locum in ipſa Tabula obtineat, omitti poteſt Crux inter candelabra. 173. Ad Altare, in quo SS. Sacramentum aſſervatur, an Miſſam celebrari deceat. 174. Altare totum conſecratum, vel lapidem conſecratum ſuper impoſitum habens, requiritur apud Latinos pro Miſſæ celebratione. VII. 40. Quoad Græcos Vid. *Antimenſion*. Altare uoicum olim erat in Græcorum Eccleſiis, ſuper quo unica per diem Miſſa celebrari poterat. 58. Ad Altare majus Confeſſionis S. Petri, ſine obtenta per Literas Apoſt. Rom. Pontificis licentia, nemini Miſſam celebrare licet. 152. Ibi Rom. Pontifex receos electus Conſecrationem & Pallium recipere debet. *ibid.* Altaria Baſilicæ Vaticanæ, & Eccleſiarum illi ſubjectarum, a quo conſecrari poſſint. 147. Altare majus Baſilicæ Liberianæ a Sum. Pontificibus olim erectum & conſecratum, nuper a Benedicto XIV munificentius reſtitutum, & in honorem B. M. Virginis ad inſtar veteris dedicatum eſt. VI. 211. Allocutionem ea occaſione a Pontifice habitam vide VII. 231. Idem Altare Pontificium declaratur, interdicta cujiſibet ibi celebrandi facultate, ſine peculiari indulto. *ibid.* Expleta Conſecratione petmiſit Pontifex, ut in eo Miſſam celebraret Cardinalis Gentili. *ibid.* Nequit ſimplex Sacerdos celebrare ad Altare, ad quod Epiſcopus eo die Sacrificium obtulit, niſi prius obtenta ab eo licentia. IX. 294. Ad Altaria Pontificia Baſilicatum Urbis nemini licet Miſſam celebrare, niſi obtenta ad id per Literas Apoſt. opportuna facultate. *ibid.* Idem privilegium nonnullis Altaribus extra

ma Urbem ſitis conceſſum reperitur ſub certis tamen modificationibus. 205. Altaria plura, ante potius unum tantummodo juxta veterem diſciplinam extiterit in Baſilicis Eccleſiæ Occidentalis, diſputant Eruditi. 45. Unum tantum extitiſſe in Eccleſiis Orientalibus receptum. *ibid.* Unamque Miſſam ad ſingula Altaria celebrari licere. *ibid.* Falſa hac de re opinio in vulgus irrepta. *ibid.* Nunc tamen in Eccleſiis Græcis ſecundum Altare plerumque cernitur erectum pro Latinis Presbyteris. 47. Altaria Græcorum ſacro lapide deſtituuntur. 44. Altaria ſpoliandi lavandique ritus feria VI Majoris hebdomadæ an in Latinam Eccleſiam a Græca promanarit. 38. Uſurpatur in aliquot Latinis Eccleſiis, & præcipue in Vaticana Baſilica. 39. Quinam de Ritu hujuſmodi diſſeruerint. *ibid.* Altaria erecta in Baſilica S. Franciſci Aſſiſienſis, & in Parochialibus Eccleſiis eidem annexis perpetuo privilegio donantur. VIII. 179. & 181.

ALTARIS portatilis ſeu Viatici privilegio gaudent Epiſcopi, ſuper quo Miſſam celebrare, vel celebrari facere poſſunt, etiam extra propriam diœceſim in ædibus ſuæ habitationis, vel in quibus hoſpitio recipiuntur. VII. 56. Non tamen in aliis laicorum domibus, in quibus actu hoſpitati non fuerint. 57. Altaris portatilis privilegium Regularibus ſublatum eſt. 63. Altare privilegiatum perſonale duobus diebus per hebdomadam conceſſum Canonicis Veronenſibus. 270. Vid. *Veronenſe*.

ALUMNI Collegii Wilnenſis, Epiſcopis & Archiepiſcopis Ruthenis commendantur, ut propoſitis conſoeris virtutis præmiis ad ſtudia alliciantur. VIII. 217.

AMANUENSES ſæpe in nominibus exſcribendis literas immutant, ipſaque nomina corrumpunt. X. 18.

AMASIEN. Archiepiſcopatus in part. infid. unitur Eccleſiæ Papienſi. I. 206.

AMBITUS in Epiſcopatu conquirendo maxime damnandus. VIII. 92.

AMENTES in odium Chriſti occiſi, an ſint Martyres? VIII. 240.

AMERICANI Muſicam facile addiſcunt. V. 182. Vid. *Index*.

AMORT Euſebius, Auctor Libri de Revelationibus & Viſionibus IV. 231.

AMPHITHEATRUM Florium, ſeu Coloſſæum inſcriptionibus & monumentis ad denotandam Martyrum fortitudinem ornatum fuit, quæ Benedicto XIV jubente, marmore inciſa ſunt, ne perirent. VI. 47. Profana ſpectacula in eo edita Divinam ultionem concitarunt. *ibid.*

AMPULLA Sanguinis indubium eſt perpeſſi Martyrii ſignum. VIII. 225.

ANCONA etiam *Ancon* ab antiquis vocata. IV. 148. Unde tudiosibus ſæculis Anconitana etiam *Anconenſes* appellati ſuot. *ibid.* Anconitanæ Eccleſiæ a Martino V ad preces Aſtorgii Agueſii Epiſcopi, unita fuit Eccleſia Humanatenſis an. 1422. *ibid.* & 142. Unionis Bulla a Domiuico Georgio primum edita refertur. 144. In ea injunctum eſt, ut Epiſc. Anconitanus ſimul & Humanatenſis appelletut. *ibid.* Quod ita ſervatum fuiſſe docent plura teſtimonia & exempla. 145 Recentioribus temporibus Epiſcopi Anconæ, Comites Humanæ appellari conſueverunt. *ibid.* & 140. At Pontifex Epiſcopos Humanæ ſimul & Anconæ appellandos eſſe ſtatuit. 148. Non obſtante extinctione Capituli Cathedralis Humanæ, cum ab ea non pendeat Eſſentia Epiſcopatus. *ibid.* Anconæ Epiſcopis adnumerandus eſt Stephanus quidam *Anconenſis* nuncupatus in ſubſcriptione Bullæ Joannis XIX dicti XX ab Ughellio, aliiſque prætermiſſis, ſed a Pontifice obſervatus. *ibid.* Anconitanæ Inquiſitionis ſimplices Familiares Fori privilegio ex antiquiſſima probataque conſuetudine gaudent. IX. 20.

ANDREAS (B.) de Papo Rhinnenſi, triennis, a Judæis in odium Chriſti occiſus. VIII. 217. Quinam hiſtorici de eo ſcripſerint? *ibid.* In ejus honorem conceſſum eſt Officium proprium, Miſſa, & Indulgentia plenaria. 218. Vid. *Canonizatio*.

ANDREÆ (Ven.) Bobola Cauſa Beatificationis, ſeu declarationis Martyrii, quibus decretis incepta & abſoluta? X. 36.

ANDRONICUS Conſtantin. Imperator Michaelem Paleologum patrem extra locum ſacrum ſepeliri paſſus eſt, quod unionem Græcæ Eccleſiæ cum Latina curaſſet. IX. 102.

ANGELI (S.) Vid. *Arcis Præfecti*.

ANGELORUM apparitio Abrahamo facta, a SS. Patribus & Interpretibus varie explicata. III. 28.

ANGLICANÆ Miſſiones. Vid. *Miſſionarii Regulares Miſſionibus Anglicanis*.

ANGLICANARUM Virginum a patria ob catholicam fidem expulſarum Inſtitutum a Congreg. Concilii Trid. approbatum, atque hæc approbatio a Clemente XI confirmata fuit, pluribus Germaniæ Principibus petentibus. V. 210. Conſervatoria iis conſtituit Bavariæ Dux. *ibid.* Earum Inſtitutum non eſt idem ac Jeſuitiſſarum. 211. Vid. *Jeſuitiſſæ*. Nec ipſis licet Mariam Warth, tamquam ſuam Inſtitutricem agnoſcere. 213. Multo minus publicum cultum illius memoriæ exhibere. *ibid.* In puellarum inſtructione ſe exercent. 212. Conſtitutiones a Clemente XI confirmatas ſolummodo obſervare debent; poſſunt tamen S. Sedem ſuper aliis edendis conſulere. *ibid.* & *ſeq.* Earumdem Inſtitutum utile cenſetur, & Epiſcopis commendatur. 215. Earum Conſervatoria a Sede Apoſt. non approbantur tamquam vera Monialium Mona-

naſteria, ſed tolerantur. 217. Non ſunt veræ Religioſæ, earumque vota ſunt tantum ſimplicia. 218. Ordinariæ Epiſcoporum auctoritati ſubſunt, & ab iis Confeſſarios & Directores ſpirituales accipere debent. 214. Plura earum Conſervatoria in Germania duas habent Superioriſſas generales. 215. Harum auctoritas in ſua Conſervatoria coercetur, & Epiſcopis ſubditur. *ibid.* Superioriſſis iiſdem non licet Virginem ullam ad profeſſionem admittere inconſulto Epiſcopo. 217. Poſſunt ſua Conſervatoria viſitare, & Virgines de uno in aliud transferre, conſulto ſemper Epiſcopo. *ibid.* Cujus ſubjectione non eximit juramentum obedientiæ a Virginibus Superioriſſæ generali præſtitum. 218. Harum Conſervatorium Auguſtæ Vindelicorum erectum ordinariam Epiſcopi jurisdictionem agnoſcit; alterum Mindellemii exiſtens renuit. 208. Pontificia auctoritate permittitur, ut in hujus Eccleſia, dummodo Virgines Epiſcopo obediant, SS. Euchariſtiæ Sacramentum conſervetur, ſine præjudicio jurium Parochialium. 218.

ANIMALIA ad paſcendum immitti nequeunt in prædia, e quibus frumenti meſſis collecta eſt, per eos dies, qui pauperibus ad ſpicas relictas colligendas permitti jubentur. VII. 49. Animalia Eccleſiaſticorum & Laicorum in Cauſis de damno dato, quænam intelligantur, & quomodo dimittenda. VI. 219. Animalium extractio de una in aliam Provinciam, Legationem, aut Civitatem Status Eccleſiaſtici permittitur omnibus etiam non ſubditis in perpetuum. V. 30. & ſeq. Extra Statum vero arbitrio Legatorum, Præſidum, & Gubernatorum Provinciarum. *ibid.*

ANIMARUM Cura. Vid. *Cura*.

ANNIVERSARIORUM reductiones Capitulo & Clero Vaticano conceſſæ, confirmantur. VII. 157. Anniverſariæ exequiæ pro defunctis poſſunt ab eodem Capitulo in feriam 2 per annum, in Sabbatum vero per quadrageſimam anticipando transferri, licet Officium duplex tunc occurrat, niſi certa dies a Benefactoribus ſub pœna eaducitatis aſſignata ſit. 158.

ANNONA. Vid. *Introductio*. Annonæ Præfectus de pecuniis Cameræ Apoſt. a ſe adminiſtratis quotannis rationem reddere tenetur. III. 99.

ANNULUS aureus recens inventus quibuſdam ſignis indicat, filios impuberes olim Statui Clericali a parentibus oblatos. VII. 92.

ANNUS Sanctus. Vid. *Jubilæum*.

ANTIBARENSIS Civitas nonnullis abhinc ſæculis condita in Albania, cur ita appelletur. VII. 122. Othomanis ſubeſt, nec a Venetis recuperari potuit. *ibid.* Antibarenſis Archiepiſcopatus qua occaſione conſtitutus. *ibid.* Archiepiſcopus modernus laudatur, qui Diœceſi viſitata, multa Congregationi de Prop. fide ſignificavit quoad bona Eccleſiaſtica a Chriſtianis uſurpata poſtquam Turcæ Albaniam occuparunt, & quid agendum eſſet requiſivit. *ibid.* Quomodo in his procedendum. 141.

ANTIMENSIA, ſive Throni Græcorum quid ſint. VII. 40. Eorum uſus prohibetur Presbyteris Latinis. I. 147. Iis permittitur in Ruſſia Polonica, ut ſuper Antimenſiis Miſſam celebrent. VII. 141. Sub quibuſdam conditionibus. *ibid.*

ANTIOCHENUS Patriarcha. Vid. *Tommonius*. Antiochenus Patriarcha Maronitarum. Vid. *Maronitæ*, & *Evodius*. Antiochenus Patriarcha Græcorum Melchitarum generalem diſpenſationem edidit circa jejunia, quæ revocatur. II. 24. Eidem conceditur facultas diſpenſandi cum ſingulis Univerſitatibus in caſibus particularibus. *ibid.* Ejus juriſdictio adverſus attentata Prælatorum Maronitarum aſſeritur. 25. Nullam juriſdictionem habet in Miſſionarios Latinos, ſed tantum petere ab iis poteſt notulam animarum græci ritus ſibi ſubjecti. *ibid.* Idem curare debet, ut ſuis Græcis ubique præſto ſint Paſtores Catholici. *ibid.* Juriſdictionem mediatam exercet in Monachos ſui Patriarchatus, Ordinariis immediate ſubjectos, ſive immediatam, deficiente catholico Epiſcopo. 26. Item quoad Monaſterium Monialium in Keſruana exiſtens, jure tamen delegato a S. Sede. 27. Antiocheni Patriarchæ Cyrilli laudes. 23. & 41. Ipſi conceditur Pallium cum conditionibus opportunis. 41. Antiochenæ Eccleſiæ prærogativæ. III. 216. Antiocheno Melchitarum Patriarchæ Pallium conceditur. *ibid.* Antiochenus Maronitarum Patriarcha Simon Petrus Evodius a Sum. Pontifice electus, ab univerſa natione in Synodo recognitus. 220. Acta Conſiſtorialia pro hujuſmodi Synodi approbatione, & pro conceſſione Pallii eidem Patriarchæ. *ibid.*

APOLLINARIS (S.) Eccleſia, qua ſervata methodo fuerit a Pontifice conſecrata. X. 27.

APOSTATÆ nullatenus admittuntur ad allegandam quamcumque cauſam ſuper nullitate Profeſſionis Regularis, ſed ad Monaſterium redire coguntur. V. 10. Apoſtatæ declarantur illi qui poſt unicam ſententiam latam pro nullitate Profeſſionis, etiam appellationem non interpoſita, habitum abjecerunt. 11. Item ii, qui poſt ſibi indultam reſtitutionem in integrum, e Religionis clauſtris migrare præſumant. 13. Apoſtatis ſeu fugitivis cujuſcumque Ordinis Regularis, anno Jubilæi, indulgetur ut ad ſuos Ordines intra præfixum tempus redire poſſint, condonata illis omni pœna propter apoſtaſiam debita. VI. 169. Apoſtaſiæ periculum quandoque juſtam exhibet cauſam diſpenſationibus relaxandis. VIII. 189. Apoſtatæ & fugitivi quomodo abſolvantur. II. 50. Vid. *Pœnitentiaria Apoſt.*

APO-

APOSTOLORUM (SS.) Petri & Pauli Feſtum, & Octavs ut ſolemnius in Urbe celebrentur ſtatutum eſt. VII. 150. Olim Epiſcopi plures conveniebant ad illud cum Sum. Pontifice celebrandum. VI. 68. Ad eorum Sepulcrum Magni Principes acceſſerunt, & frequentes fuerunt peregrinationes ad Limina Apoſt. 66. Omnes ad illud invitantur anno Jubilæi. 68. Sacros eorum Cineres S. Joannes Chryſoſt. præſens venerari peroptabat. 69.

APPALTATORES Camerales quid præſtare debeant in fine anni. III. 103.

APPARITIO S. Petro ab Urbe fugienti facta a Chriſto dicente *Venio iterum crucifigi*, certa ex teſtimonio præſertim S. Ambroſii reputatur; ſed apparitionis locus incertus remanet, licet Sacella ad id extructa conſpiciantur. VI. 48. Ab his Sacellis inſtaurandis Benedictus XIV conſulto abſtinuit, & quare. *ibid.*

APPELLATIO admitti nequit niſi legitime interpoſita, & in caſibus a Jure permiſſis. I. 120. Appellatio a gravamine admitti nequit niſi probato gravamine non reparabili per definitivam. *ibid.* Appellatio in ſuſpenſivo non admittitur in Cauſis, quarum executio a Conc. Trid. demandata eſt Ordinariis appell. remota. 115. In his permittitur ſolum recurſus, & appellatio in devolutivo. 118. Excipiuntur caſus aliqui particulares a Judice ſuperiore expendendi, in quibus præſcribitur forma concedendi inhibitiones. *ibid.* Notarii non ſervantes præmiſſam formam, infamiam & inhabilitatem incurrunt, cum pœnis pecuniariis. 119. Appellatio ſuſpenſiva, ubi locum non habet, non intelligitur inducta per ea, quæ diſpoſita ſunt circa valorem Citationum Cameralium in partibus. II. 173. Appellatio ab irrationabili judicio Epiſcopi a Pio V permiſſa in devolutivo. III. 87. Hæc appellatio propriis dirigitur regulis, quæ non applicantur appellationi a mala relatione examinatorum. *ibid.* Appellatio ab Irrit. Jud. infra decem dies a die Collationis interponenda. I. 190. Forma transferendi acta coram Judice *ad quem*. *ibid.* Appellatio ab irrit. Jud. Epiſcopi proſequi non permittitur non probato gravamine tam quoad doctrinam ex actis, quam quoad reliqua, ſaltem extrajudicialiter. *ibid.* Intellige ubi ſervata fuerit in concurſu & examine forma ibi præſcripta. *ibid.* Vid. *Examen*. In hujuſmodi appellationis judicio, Judex *ad quem* non pronunciet niſi comperto gravamine, & ſecundum acta, tam quoad doctrinam, quam quoad reliqua. 192. In iis vero quæ Epiſcopus *a quo*, ex informata conſcientia, ipſi revelaverit, omnimodam fidem ei habebit, & ſecreti legem cuſtodiet. *ibid.* In hujuſmodi judicio duæ conformes faciant rem judicatam. 193. Appellatio a ſententia lata ſuper nullitate matrimonii, in quacunque inſtantia ſemper ſuſpendit executionem. I. 71. Appellatio in Cauſis matrimonialibus præcludi nequit per acta pœnalia inter partes inita. II. 24. Appellantes ad futurum Concilium excommunicentur, & reſpective Interdicto ſubjiciuntur. I. 30. Appellatio Pſeudo-Archiepiſcopi Ultrajectenſis, & Pſeudo-Epiſcopi Harlemenſis ad futurum Concilium generale damnatur. II. 223. Appellantes a gravamine vel futura executione Lit. Apoſt. ad Poteſtatem ſæcularem excommunicantur. I. 31. Appellatio a judicio Epiſcopi ſuper Parochiali liberæ Collationis, admittitur in devolutivo tantum. III. 86. Appellatio a judicio Epiſcopi inſtituentis, ſi id conforme ſit judicio Patroni præſentantis, non admittitur niſi in devolutivo. *ibid.* Si vero Epiſcopus poſtponendum cenſuerit eum, quem Patronus Eccleſiaſticus tamquam digniorem præelegerat, hujus appellatio admittitur etiam in ſuſpenſivo. 87. Appellatio a ſententia pro nullitate profeſſionis Regularis prolata, a Defenſore Profeſſionum eſt interponenda & proſequenda. V. 11. Appellatio ab unica ſententia lata pro nullitate Profeſſionis, ſemper ſuſpendit executionem. *ibid.* Et licet non interpoſita fuerit res non dicitur judicata, nec Profeſſus exire poteſt e Clauſtris. *ibid.* Appellatio in Cauſis de damno dato ad ea Judices deferenda, ad quos pertinet aliarum Cauſarum criminalium cognitio in ſecunda & ulterioribus inſtantiis. VI. 222. Appellatio in Cauſis Civilibus & Criminalibus Peregrinorum & Advenarum non Sancto, ipſis ſolis conceditur, & quomodo facienda. 159 Appellationis Commiſſionea in Congreg. Boni Regiminis quomodo ſignari debeant. VIII. 141. Appellatio in Cauſis Criminalibus interpoſita a ſententiis ſive Decretis Ordinariorum, an & ſub quibus cautelis recipi debeat ab Auditore Cameræ. 147. Vid. *Reuſ.* Appellare an & quomodo liceat a decretis vel ſententiis Proto-Archimandritæ Congregationis Ruthenæ, Ordinis S. Baſilii Magni. IX. 139. Appellatio a decretis ſeu ſententiis Rectoris Carpenctorstenſ. ad Vicelegatum Avenion. quando & quomodo interponi poſſit. VIII. 119. Appellatio ſuſpenſiva ab electione in Bajulivoa Magnæ Crucis Ordinis Jeroſolym. non admittitur. 81.

APPLICATIO Miſſæ. Vid. *Miſſa Parochialis*, *Conventualis*, *Concelebratio*.

APPODII jus inter ædificia Centumcellarum ſtatuitur. IV. 180.

APPROBATIO Cultus immemorabilis B. Joannæ Valeſiæ olim Reginæ Franciæ. I. 158. Approbatio Cultus B. Nicolai Albergati. II. 136. Approbatio Cultus alicujus Beati ſolemnizari non debet eo modo, quo in Canonizationibus fieri ſolet. *ibid.* Approbatio ad audiendas Confeſſiones nil prodeſt extra Diœceſim Epiſcopi approbantis. VIII. 99. Idque etiamſi Sacerdos approbatus exigere vellet Confeſ-

ſeſſionem perſonæ ſubditæ Epiſcopo, qui ipſum approbavit. *ibid.* Approbatio ad Curam animarum, vel ad audiendas Chriſtifidelium Confeſſiones quomodo facienda in locis ſubjectis Monaſterio Monialium Ordin. S. Benedicti Aquilejenſis. IX. 191. & ſeq.

AQUÆ benedictæ uſus apud Græcos, & in Latinis Eccleſiis uſurpatus. I. 147. Aquæ tepidæ infuſio in Sacrum Calicem apud Græcos uſitata permittitur. *ibid.* Ruthenis Sacerdotibus Ritus hic noviſſime interdicitur. IV. 37. Aquæ frigidæ vel tepidæ uſus in Baptiſmo æque permiſſus. I. 144. Aqua Baptiſterii. Vid. *Baptiſmus*.

AQUILEJENSI Eccleſiæ Patriarchatus denominatio acceſſit ſæculo ſexto, in ſchiſmate occaſione damnationis trium Capitulorum conflato. VII. 234. Aquilejenſis Civitatis conditio miſera eſt, & Patriarcha alibi diu reſedit. 72. Patriarchatus iſte plurium ſæpe perturbationum & calamitatum cauſa extitit. *ibid.* Aquilejenſis Diœceſis pars Auſtriaco Dominio ſubjecta, plura in rebus ſpiritualibus incommoda diu ſuſtinuit, & quare. 234. Diverſa remedia multoties tentata fuerunt, ſed fruſtra. *ibid.* Ad hæc tollenda Vicarius Apoſt. pro illa parte conſtitutus fuit cum opportunis facultatibus. 246. Salvis Eccleſiæ Patriarchalis juribus. 243. Vid. *Vicarius Apoſtolicus*. Partes olim diſſentientes, de futuro ſtatu Patriarchatus Aquilejenſis in pluribus inter ſe convenerunt, & pro rerum conventarum effectu, auctoritatem Apoſt. concorditer imploraruntur. 70. Ubi conventionis articuli inſeruntur. 71. Conventiones communi plauſu receptas Sum. Pontifex approbavit. 73. Aquilejenſis Patriarchatus, & Cathedra penitus extinguuntor, & in ejus locum duo Archiepiſcopatus, Utinenſis nempe, & Gotitienſis erigunter; quibus Diœceſes & Suffraganei aſſignantur, temiſſive. 73. & 235. Aquilejenſis Civitaris, utpote in Auſtriaca Ditione conſtitutæ ſpirituale regimen ad Goritienſem Archiep. pertinebit. 75. Parochia in Patriarchali olim Eccleſia conſtituta ſupprimitur, & ſpirituale populi regimen alteri ejus Civitatis Parochiæ adnectitur. *ibid.* Patriarchalis quondam Eccleſia ab omni Archiepiſcopali & Epiſcopali jure eximitur, & Sedi Apoſt. immediate ſubjicitur, ejus Cura Apoſtolico Delegato ibi jampridem ad Monialium regimen conſtituto committitur. *Ibid.* Aquilejenſe Monaſterium Monialium B. M. V. Ord. S. Benedicti ampliſſima exemptione fruitur tum in perſonis, tum in bonis, aduexiſque membris a jurisdictione Ordinariorum. IX. 186. Quænam ſint adnexa loca hujuſmodi exemptione donata. 190. Monaſterii regimen adnexorumque locorum & Eccleſiarum a Sede Apoſt. committitur ſuo Delegato. 188. Quanta ſit hujuſmodi Delegati Apoſtolici jurisdictio, quibuſcumque in rebus & cauſis diſtinctim explicatur. 191.

ARAGONIA. In hoc Regno quilibet Sacerdos Sæcularis die omnium Defunctorum celebrare poterat duas Miſſas; Regularis vero tres. V. 111. Pontifex indulget, ut tam Sæculares, quam Regulares in poſterum ea die ter Miſſam celebrare poſſint. 113. Vid. *Defunctorum*.

ARCHIDIACONI officium olim in Eccleſia graviſſimum, nunc minus neceſſarium. IV. 109. Archidiaconi & Diaconi antiquitus maximam ſibi partem in adminiſtratione Epiſcopatus & Pontificatus ſumebant. IX. 208.

ARCHIEPISCOPUS in tota Provincia benedictionem ſuper populum impertiri poteſt. V. 17. Vid. *Benedictio*. Archiepiſcopi Bononienſis, Ferrarienſ. Ravennat. & Urbinat. una cum Cardinale S. R. E. Camerario, executores deputantur pro libertate mutui commercii inter ſubditos Ditionis Eccleſiaſticæ. 37. Archiepiſcoparus Utiuenſis & Goritienſis, ſuppreſſo Aquilejenſi Patriarchatu, erecti. VII. 73. Archiepiſcoporum, qua Metropolitanorum, commemoratio non fit a Latinis Sacerdotibus in Sacrificio Miſſæ. IX. 104.

ARCHIGYMNASIUM Urbis ab Advocato Conſiſtor. regitur & adminiſtratur. II. 103. Vid. *Lectores*. In eo duæ a Pontifice erigunrur Cathedræ, una Mathematicæ, altera Chimiæ prævio concurſu conferendæ. V. 119.

ARCHIHOSPITALI S. Spiritus in Saxia de Urbe præſervantur Canones debiti a Conventibus ejuſdem Ordinis in Hiſpaniis & Polonia. I. 35.

ARCHIMANDRITÆ, ſeu Abbates Congregationis S. Baſilii M. Ruthenæ Nationis, in quibus Metropolitano, in quibus itidem Proto-Archimandritæ ſubjiciantur. IX. 139.

ARCHIPRESBYTER ſolus, abſente Epiſcopo, benedictionem olim ſuper populum impertiri poterat. V. 17. Archipresbyteri Baſilicarum Patriarchalium Urbis ſiunt S. R. E. Cardinales; nec tamen dignitas Cardinalatus inferior judicatur dignitate Archipresbyteri. IV. 157. Idem nulla juriſdictione in judicibus potiuntur poſt reformationem tribunalium ab Innocentio XII. editam, ſed ſolum paternam & œconomicam auctoritatem habent in iis quæ pertinent ad ſervitium Eccleſiæ, diſciplinam, & mores. 158. Inter eos ſolus Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ Dimiſſoriales Literas ſubditis ſuis dat ad Ordines ſuſcipiendos, iiſdemque Confirmat. Sacramentum confert. *Ibid.* Idem ordinariam in ſpiritualibus jurisdictionem ſuæ Dignitati annexam habet in eamdem Baſilicam, ejuſque Seminarium & adnexa ædificia, ac in perſonas Canonicorum, Beneficiatorum, aliorumque inſervientium Baſilicæ in his quæ ad illius ſervi-

vitium pertinent. VII. 146. Poteſt per ſe, vel per alium Epiſcopum Ordines Sacros abſque licentia conferre Canonicis & aliis Baſilicæ inſervientibus, ſine Dimiſſoriis & examine Ordinarii eorum originis; quæ tamen requirantur quoad Convictores Seminarii. *Ib.* Poteſt pro iiſdem Ordinandis Examinatores e Canonicorum cœtu deputare, ſuper interſtitiis diſpenſare, & Ordinatis licentiam celebrandi concedere. 147. Poteſt per ſe, vel per alium idoneum, conſecrare Altare Baſilicæ, Eccleſias illi ſubjectas, utenſilia & veſtimenta benedicere, & Pontificalia in eadem Baſilica celebrare. *Ibid.* Archipresbyteri Baſilicæ ſemper fuerunt præfecti Fabricæ ejuſdem, & Congregationis Fabricæ. 87. Archipresbyter, & Archipresbyteratus Terlitienſis. Vid. *Terlitienſis*. Archipresbyterorum Baſilicarum Urbis juriſdictio aboletur. I. 104. præterquam in his quæ concernunt ſervitium Eccleſiæ, & correctionem morum. *Ibid.*

ARCHIVIA pœnitentiariæ: eorum adminiſtratio, viſitatio &c. II. 64. Archivii Scriptorum Collegium a Julio II erectum fuit cum privativo jure ſcribendi in Cauſis Commiſſariis coram prælatis Romanæ Curiæ. IV. 7. Quod a Pio V extenſum fuit ad cauſas commiſſas S. R. E. Cardinalibus. 8. Facultatem habet deputandi unum ſeu plures Notarios, quibus prædicti uti debent. *Ibid.* Vid. *Notarius Archivii*. Inter Collegium Archivii Scriptorum, & Notarios Rotæ orta lis ſuper pertinentia Cauſarum, & jure ſcribendi in illis. *Ibid.* Definitur a Pontifice facta diſtinctione Cauſarum inter Rotales & Prælatitias. 9.

ARCIS S. Angeli præfecto nulla juriſdictio competit niſi in Baiiſtarios & auxiliatores, & in concernentibus eorum miniſteria. I. 106.

ARGENVILLIER Clemens, Auditor Sanctiſſimi laudatur. IV. 125.

ARMA & alia ad bellum apta deferentes ad hoſtes Chriſtianorum, excommunicantur. I. 30. Arma vetita deferentes quibus pœnis ſubjecerit Alexander Octavus. VIII. 43. Iiſdem obnoxii ſunt tam Clerici Sæculares, quam Regulares cujuſcumque Ordinis, Inſtituti, ſive militiæ. *Ibid.* Nihil ad eas declinandas prodeſt excipere, quod non conſtet de dolo, vel patentes litteras, aut privilegia proferre. 44. Pœnas ob armorum delationem promeritas per Judices remitti, aut emolliri vetuit Clemens Duodecimus. *Ibid.* Sed cum caſus ille expoſtulare videretur, Sum. Pontificem adiri præcepit. *Ibid.* Evulgatas prædeceſſorum Pontificum Conſtitutiones innovat Pontifex. 45. Inſuperque declarat, Fiſco id oneris tantum incumbere, ut factum delationis comprobet, a reo autem probandas circumſtantias, quibus locus fieri moderationis pœnæ contendatur. *Ibid.* Arma offenſiva & defenſiva Officiales Sac. Inquiſitionis, ſub certis tamen exceptionibus, deferre permittuntur. IX. 15. Arma ſive inſigne Sac. Inquiſitionis nequeunt Patentati, etiam cum privilegio, ad eorum domos, apothecas, aliaque loca ſuſpendere. 16. Armorum Commiſſarius rationes peculiares non reddit de ſumptibus factis ex pecuniis Cam. Apoſtol. III. 100.

ARMENI & Maronitæ azymo utuntur in conficiendo Euchar. Sacramento. IV. 127. Armenis Natalis Chriſti die non licet tres Miſſas more Latinorum Sacerdotum celebrare. IX. 110. & ſeq. Idem plane ſtatuitur tam de Armenis per Orientem, quam de aliis in Occidentalibus regionibus commorantibus. *Ibid.* Contrarius uſus celebrandi dicto die tres Miſſas, unde inter Armenos Orientales probabiliter invaluerit. *Ibid.* Armeni Presbyteri complures olim Regulam & Inſtitutum Ordinis Prædicatorum profeſſi fuerunt; & quomodo *Ibid.* Vid. *Miſale, Miſſa*.

AROMATARIORUM officinæ in Urbe reductæ ſunt ad ſexaginta. I. 15. Aromatariæ artis exercitium in Urbe Regularibus prohibetur. 13.

ARTIUM liberalium præſtantia. VIII. 169. In Republica excolendæ ac promovendæ. *Ibid.*

ARX Eccleſiæ Lauretanæ. Vid. *Lauretana* &c.

ASCULANI Epiſcopi Juriſdictioni ſubduntur plures Eccleſiæ intra ipſius Diœceſis fines exiſtentes, quæ alias a Farfenſ. Abbatia dependebant. IV. 116.

ASSEMANUS, Joſeph Simonius, ablegatus a S Sede ad Maronitarum Nationem I. 64.

ASSESSORUM juriſdictio in Urbe abrogatur. I. 105.

ASSISIENSIS Epiſcopi juriſdictioni variæ ſubduntur Eccleſiæ & loca ex Farfenſis Abbatis juriſdictione diſmembrata. IV. 117. Aſſiſienſis Baſilicæ prærogativæ, honores & privilegia a compluribus Sum. Pontificibus obtenta diſtinctim recenſentur. VIII. 173. Jam inde a fundatione fuit S. Sedi immediate ſubjecta. *Ibid.* Privilegia hujuſmodi & exemptiones quæcumque, modo non abrogatæ, confirmantur & innovantur. 175. Ipſaque Baſilica a juriſdictione & viſitatione Ordinarii exempta. *Ibid.* In Baſilicam Patriarchalem & Capellam Papalem erigitur. *Ibid.* Pontificius Thronus & Altare in ea deſignantur. 176. Quinam cæremoniales Ritus in ea ſervandi. *Ibid.* Non cogitur expectare ſignum Campanarum Cathedralis in Sabbato Sancto. *Ibid.* Jubilæo indicto, publiciſque precibus, perpetuo deſignatur pro una ex viſitandis Eccleſiis. *Ibid.* Aſſiſienſis Epiſcopus nullam obtinet ſive ordinariam, ſive delegatam juriſdictionem in Baſilicam S. Franciſci Aſſiſ. *Ibid.* Non pro-

prohibetur tamen ex ſpeciali delegatione, eos ab eodem extrahere, ſervata forma Conſtitutionum Apoſtol. 180.

ASSISTENTIA matrimoniis non temere deleganda Sacerdotibus extraneis, qui non ſint contrahentium Parochi. II. 15. Delegandi facultas adimitur Nuntio Apoſt. in Polonia commoranti. 16. Aſſiſtentia matrimonio non inducit cognationem ſpiritualem. *Ibid.*

AUBUSSON Petrus Jeroſolymitanæ Militiæ Magiſter, & S. R. E. Cardinalis Romam numquam acceſſit. VII. 264. Album Crucem tamquam Ordinis ſui habitum ſupra Mozzetam ſemper geſtavit. *Ibid.*

AUCTORIS Catholici Liber, quibus præmiſſis cautionibus, ſit proſcribendus. VII. 111.

AUDITOR GENERALIS CAMERÆ APOSTOLICÆ. Vid. *A. C.* Ejus Commiſſiones pro Cauſis Criminibus expedire poteſt expenſis Accuſatoris, ſive Adhærentis Fiſco, facto illorum ab hoc congruo depoſito pro viaticis, cibariis &c. & data fidejuſſione pro reliquo. IV. 210. Deficiente autem accuſatore ſeu adhærente, Commiſſiones expedire nequit, ſed demandare debet inquiſitiones Ordinariis Eccleſiaſticis locorum, ſeu aliis ibi exiſtentibus in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis. *Ibid.* Quod ſi expedire judicetur, commiſſiones ex Officio ab Urbe mittere, vel eas injungere Judicibus extra locum delicti exiſtentibus, reportare tenetur Commiſſionem ſpecialem manu Papæ ſignatam, & ab Auditore Sanctiſſimi ſubſcriptam, ſub pœna ſolvendi expenſas de proprio. 211. Locum habet in viſitatione carcerum. V. 222. Ampliſſima fruitur juriſdictione non ſolum in civilibus, ſed etiam in Cauſis Criminalibus. VII. 145. Criminales Cauſas quandoque cognoſcit in prima inſtantia, inhibendo, eaſque avocando ab Ordinariis. *Ibid.* Pontifex ampliſſimam illius juriſdictionem, prærogativas, & præeminentias illimitate confirmat. *Ibid.* In Cauſis Criminalibus definiendis duos Prælatos Ponentes Sacræ Conſultæ eidem adjungit. *Ibid.* Votum deciſivum in Congregatione Criminali A. C. quinam obtineant, & qui conſultivum? 146. Proceſſus Criminales, a quibus, & quomodo efformandi. *Ibid.* Congregatio Criminalis in ſingulas quindecim dies coram Auditore ipſo convocanda. 146. Et quindecim itidem ante diebus Cauſæ propoſitio indicanda, allegationes vero triduo ante propoſitionem diſtribuendæ & parti communicandæ. *Ibid.* Executionem Conſtitutionis *ad militantis Eccleſiæ* curare debet Auditor Cameræ in ſuo Tribunali. 147. Vid. *Locumtenens. Proceſſus. Reus.*

AUDITOR CRIMINALIS. Vid. *Criminales.*

AUDITOR PAPÆ, tamquam Secretarius Congregationis Œconomicæ, examinare & approbare debet cauſas mittendi Commiſſiones Criminales ex Officio a Tribunalibus Cardinalis Vicarii Urbis, & A. C. IV. 210. Executioni Legum a Pontifice ſtatutarum pro Tribunali viarum invigilare jubetur. V. 154.

AUDITORES ROTÆ. Vid. *Rota.*

AVENIONENSIS Vicelegati, ejuſque Congregationis jus in Cauſis Criminalibus ſubditorum Univerſitatis. III. 37. Vid. *Vicelegatus Avenionenſis. Rector Carpentoratenſis.* Avenionenſis Curiæ Auditor Generalis, Judex privativus in Cauſis perſonarum Univerſitati ſubjectarum. *Ibid.* Avenionenſis Univerſitatis merita & decora. 32. Ejus Profeſſores, Doctores, Scholares &c. gaudent privilegio fori, & habendi Conſervatores & Judices particulares. 36. Quod ipſis a Pontifice in Cauſis Civilibus paſſivis in prima inſtantia aſſeritur. *Ibid.* Et in Criminalibus levioribus. *Ibid.* Primicerius Univerſitatis inter conſervatores adjectus a Leone Papa X cum facultate ſubrogandi &c. 33. Ejuſdem Primicerii & Conſervatorum juriſdictio in præmiſſis privativa declaratur. 37. Primicerius ſeu alias Conſervator intereſſe poteſt Congregationi Criminali Vicelegati Avenion. cum voto conſultivo, ubi agatur de Cauſis paſſivis ſubditorum Univerſitatis. *Ibid.* Primicerius importat titulum Nobilitatis tranſmiſſibilis ad deſcendentes. 35. Ejuſdem Primicerii & Conſervatorum juriſdictio in præmiſſis privativa declaratur. 37. Reſervata Auditori Generali Curiæ Legationis ſecunda inſtantia. *Ibid*

AUGUSTANO Epiſcopo ſcribitur de cautelis ſervandis in conficiendis Proceſſibus ſuper fama Sanctitatis Servorum Dei, & de recta ratione repræſentandi Imagines Spiritus Sancti, & SS. Trinitatis. III. 23. Auguſtanæ Epiſcopalis Curiæ ordinaria juriſdictio aſſeritur in Conſervatoria Virginum Anglicana. tum. V. 208.

AUGUSTINUS (S.) ad ſuavem hymnorum cantum in Eccleſia pie lacrymabatur. V. 189. Ejus Textus *in Can. Denique* 31. *quæſt.* 1. quomodo legendus adverſus Cujacium. II. 164. Ejus interpretatio de apparitione trium Angelorum Abrahamo viſa expenditur. III. 28. S. Auguſtini Fratribus Eremitis facultas conceditur eligendi Priorem Generalem ad vitam in Officio manſurum. II. 202.

AVIA ſub appellatione parentum continetur, & ad tutelam admittitur. VII. 106. Vid. *Tutela.* Patriam tamen poteſtatem non habet. 98. & 102. Avia neophyta jure obtulit ad Baptiſmum nepotes ex Filio defuncto, etiam contradicentibus eorum matre Judæa, & tutoribus a patre relictis. 102. & ſeq.

AVOCANTES Cauſas ſpirituales a Judicibus Eccleſiaſticis excommunicantur. I. 31.

Avo-

Avocatio Cauſarum ab Ordinariis in prima inſtantia prohibetur. 220. Privilegia *de non avocando* præſervantur in Bulla de non impedienda executione Citationum ſeu Mandatorum Romanæ Curiæ. 113. Nec intelliguntur ſublata per ea, quæ diſpoſita ſunt circa valorem Citationum Cameralium in partibus. II. 173.

AUREA Roſa benedicta. Vid. *Roſa*.

AUREOLA in Sanctis Martyribus quid ſit. VIII. 240. Eam non conſequuntur pueri ante uſum rationis in odium Chriſti occiſi. *ibid.*

AUSTRIÆ Archidux, Maria Thereſia, Hungariæ, & Bohemiæ Regina, Romanorum Imperatrix electa, in Aquilejenſis Patriarchatus negotio, ſumma religionis & prudentiæ laude ſe gerit. VII. 70. & 236.

AUTHENTICA folia pro identitate Velorum B. M. V. Lauretanæ quis dare poſſit. VI. 22. Vid. *Lauretana*.

AVUS paternus in poteſtate habet nepotes, eoſque ad Baptiſmum offerre poteſt, etiam diſſentientibus eorum genitoribus. IV. 54. & VII. 90. 97. Avus & Avia ad curam filiorum & nepotum jus habent. VII. 109.

AUXERENSI Epiſcopo delegantur Ordinationes Græco-Ruthenorum a ſchiſmate ad Eccleſiam redeuntium. I. 180.

AZEVEDO, Emanuel, Soc. Jeſu Presbyter, Sac. Rit. Conſultor creatur. V. 21.

AZYMI & Fermentati uſus in Eccleſiis Latinis & Græcis reſpective retinendus. I. 143. Vid. *Græco-Latini*. Azymi diſciplinam in Miſſa, in Eccleſia Occidentali ab Apoſtolorum tempore invectam, & deinceps inviolate ſervatam, a multis Scriptoribus contenditur. IV. 227. Azymi & fermentati promiſcuum uſum in Eccleſia Latina poſt decimum Eccleſiæ ſæculum nunquam obtinuiſſe apud omnes eſt in confeſſo. 128. In azymo Myſteria conficiunt in Orientali Eccleſia Maronitæ & Armeni. *ibid.* Item nonnulli Græci Italiæ, inter quos Monachi Cryptæ Ferratæ. *ibid.*

B

BACCHANALIUM honeſta remiſſio toleratur. IV. 216. Abuſus tamen in eorum frequentatione invecti ab Eccleſia reprobantur. 220. Iiſque opponuntur ſpecialia pietatis exercitia, quæ a Septuageſima ad Quadrageſimam ſtatuta ſunt. *ibid.* Quibus etiam plura per Zelantes Epiſcopos addita fuerunt, & addenda ſunt. *ibid.* Exempla SS. Caroli Borromæi, & Philippi Nerii. *ibid.* Pontifex concedit Indulgentiam plenariam per omnes Eccleſiaſticæ Ditionis Diœceſes acquirendam ab iis, qui SS. Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & expoſitum viſitaverint tempore Bacchanalium. 222. Peculiares quidam abuſus per id tempus invecti damnantur, & in tota Eccleſiaſtica Ditione prohibentur. 218. Præcipue vetatur, ne perſonati homines incedant diebus feſtis de præcepto & feriis ſextis, juxta Diſciplinam in Urbe Roma vigentem. *ibid.* Item ne choreæ ultima nocte ante feriam IV Cinerum, ultra mediam noctem producantur. 216. Ne quis habitu bacchanalitio indutus mane ipſius feriæ IV incedat, multoque minus Eccleſiam ingrediatur. *ibid.* Ne Circulatores & Scurræ feſtis diebus in plateis & publicis viis ſpectacula edant. 218. Et potiſſimum matutinis horis, ac tempore Officiorum Veſpertinorum, & Doctrinæ Chriſtianæ. *ibid.* Bacchanaliorum nonnullæ conſuetudines pravæ in Ditione Pontificia emendatæ ſunt. VII. 7. De Vigilia S. Mathiæ ultimo Bacchanaliorum die occurrente. Vid. *Vigilia*.

BALBINÆ (S.) Prioratus de Urbe a Pio IV unitus fuit Menſæ Capitulari Baſilicæ Vaticanæ. VII. 196.

BALDACHINUS in Proceſſionibus Pontificiis a quibus deferri debeat. II. 101.

BALNEUM. Vid. *Lavacra*.

BALSAMUM Apoplecticum, & Thetiaca vendi poſſunt a Regularibus. I. 23.

BALSERA ſeu Baſſora Civitas, celebre emporium. IX. 25.

BANCHUM Publicum Depoſitorum Archihoſpitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe Paulus V erexit, ejuſque adminiſtratores deſignavit. VI. 200. Ubi referuntur ejus Literæ Apoſt. ſuper hac inſtitutione. 201. Banchum idem etiam a Sæcularibus adminiſtrari poteſt. 204. Ejus Capſæ Claves a quibus ſint cuſtodiendæ. 206. Banchi debitores, etiamſi loca pia aut religioſa ſint, obligati in forma Cameræ remanent ex Brevi Innocentii undecimi. 204. Banchi Miniſtri Statuta & Ordinationes facere & mutare poſſunt, ſub quibuſdam tamen conditionibus, & quinam ſint Miniſtri. 206. Emolumenta pro Miniſtris unde detrahenda. *ibid.* Congregationes duæ ſuper Banchi ſtatu habendæ ſunt, & quando, & qui intervenire debeant. *ibid.* Computorum collatio, vulgo *Bilancio*, ſingulis annis menſe Januario fieri debet, Ejuſque exemplaria duo ſpeciali modo conficienda, & cuſtodienda, quorum unum erit Sum. Pontifici exhibendum. 205. Apud Capſarium Banchi relinquenda eſt pecunia pro ſolutionibus ſufficiens ad arbitrium Commendatarii. 206. Pecunia in hoc Bancho depoſita in locorum Montium non vacabilium emptionem dumtaxat converti poteſt. 200. Si in alios uſus convertatur, præceptor & Miniſtri ad reſtitutionem etiam de proprio obligantur. 205. Niſi Pontifex id permittat: & tunc in Chirographis manu Pontificis ſignandis ſpecialis

mentio, & derogatio hujus Conſtitutionis Benedicti XIV. eſt facienda ſub pœna nullitatis. *ibid.* Pecuniæ ejuſmodi per literas & cedulas ſolvi poteſt. 20. De hoc Bancho quæ a Paulo V, & Innocentio XI ſtatuta ſunt, confirmantur ſine præjudicio actionum, quæ Archihoſpitali & Bancho eidem contra alias perſonas & loca ob Statutorum inobſervantiam competerent. *ibid.*

BANNITUS propter homicidium præmeditatum non gaudet immunit. Eccleſ. in Statu Eccleſiæ &c. II. 29.

BAPTISMUS extra caſum neceſſitatis conferri non debet aqua communi, vel ea quæ pro luſtratione benedicitur. II. 35. Baptiſmi conferendi ritus & cæremoniæ in Rituali præſcriptæ, ſine gravi cauſa non omittantur, vel cito ſuppleantur. *ibid.* Baptiſmi conferendi ritus apud Græcos. I. 144. In Baptiſmo conferendo omitti non debent Sacramentalia, & ſignanter ſaliva, ſal, & inſufflatio. II. 120. Attamen Clemens XII concedit Miſſionariis Regnorum Maduren. Mayſſur. & Cornaten. ut in caſu neceſſitatis, & ſaliva fide ſalivam emittant, & inſufflationibus occulte utantur ad decennium. *ibid.* Quæ diſpenſatio prorogatur a Sanctiſſ. Dom. Noſtro ad aliud decennium. 130. Abſque ſpe ulterioris prorogationis, & cum conditionibus & præceptis opportunis. *ibid.* Baptizatis imponenda non ſunt nomina Idolorum, aut falſæ Religionis pœnitentium, ſed Sanctorum in Martyrol. Romano deſcriptorum. 213. Baptiſmus infantibus protrahi non debet ultra præfixum tempus ab Eccleſia. *ibid.* A Baptiſmo excluduntur qui de Sacramentalibus cæremoniis ab Eccleſia præſcriptis perperam ſentiunt. 130. Baptiſmus quando conferri debeat filiis mulierum Chriſtianarum ex Turcarum contubernio genitis. 35. Baptiſmus quo ritu, Græco nimirum an Latino conferri debeat Græcorum filiis. I. 145. Baptiſmus Græcorum filiis collatus in caſu neceſſitatis ritu Latino non imponit obligationem ſequendi ritum Latinum. II. 26. Baptiſmum infidelium filiis ſine conſenſu parentum conferre, eſt contra juſtitiam, & contra Eccleſiæ conſuetudinem. IV. 45. & VII. 98. Limita, ſi in extremo mortis diſcrimine reperiantur. IV. 48. Item ſi a parentibus projecti & deſtituti inveniantur. 49. Vid. *Judæorum infantes*. Alterutro tamen parentum conſentiente, quantumvis patriæ poteſtatis jura matri non competant, baptizari poſſunt. 53. & ſeq. Item ſi Avus nepotes ad Baptiſmum offerat, eorum patre & matre invitis. IV. 54. & VII. 99. Idem jus habent Tutores. VII. 100. & Domini quoad filios ſervorum pœnalium. VII. 100. & 110. Non idem procedit quoad filios ſervorum civilium. 100. Baptiſmus conferri non debet infidelium filiis, quos chriſtiana educatione fraudandos ſore, & infidelitatem parentum ſequuturos eſſe dignoſcatur. IV. 58. Nec infidelium filiis, qui a parentibus offeruntur, non ut originalis culpa ex eorum anima deleatur, ſed ut a malignis ſpiritibus, vel a morbo aliquo liberentur. 59. Quod intellige ubi infans in parentum infidelium poteſtatem rediturus, in eorum infidelitate educandus fore dignoſcatur. 60. Sed ſi perverſionis periculum abſit, tunc habita potius ratione intentionis Eccleſiæ, ejuſque Miniſtri, quam voluntatis parentum infidelium, ex ſententia S. Auguſtini baptizandus eſt. *ibid.* Baptiſmus infantibus collatus ſine conſenſu parentum, quamvis illicitus, validus tamen cenſendus eſt. *ibid.* Ubi præclara afferuntur auctoritas S. Auguſtini. *ibid.* Et Reſolutiones afferuntur Congregationis S. Officii. 62. Baptizans illicite & abſque parentum conſenſu infidelium filios, puniendus eſt. 64. Baptiſmus adulto conferri non debet, niſi antea inſtructus fuerit in Myſteriis fidei quæ ſunt neceſſaria neceſſitate medii. 73. Baptiſmus ſine baptizati adulti voluntate collatus eſt invalidus. 75. Ideoque in adultis voluntas eſt inveſtiganda. 76. Baptiſmum ſi quis neutra voluntate ſuſceperit, ideſt neque volens, neque nolens, non erit valide baptizatus. 78. Quid ſi Baptiſmus violenter, & animo palam contrario ſuſcipiatur. *ibid.* Baptiſmus valide in febris ardore, inſania, ſomno, vel furore confertur iis, qui ante præmiſſa illum poſtulârunt. 77. Baptizatus ſi poſt Baptiſmum negat ſufficientem habuiſſe voluntatem, quid faciendum. 79. Baptiſmus ab adulto ſuſceptus animo accipiendi lavacrum, tamquam Eccleſiæ Chriſtianæ proprium, erit validus. 75. De Baptiſmi collati validitate ſi quoties ſive in jure, ſive in facto dubitetur, adultus ſub conditione iterum baptizari debet. 80. Baptiſmus ſub conditione conferri debet adulto, qui de ſua intentione in recipiendo primitus eodem Sacramento certum quid affirmare nequit. *ibid.* A laicis aut fœminis adminiſtrari nequit, niſi in neceſſitatis caſu. 64. Idem de nutricibus in ſpecie. *ibid.* A Bigamo adminiſtrari non debet, etiam in neceſſitatis caſu, ſi alius adſit magis idoneus. *ibid.* Baptiſmum quomodo infanti collatum fuiſſe probetur. 65. Baptiſmi collatio unius teſtimonio comprobatur. *ibid.* Sed illius teſtimonio non deferendum, niſi cum probatæ fidei eſſe conſtet. *ibid.* Itaque non creditur Chartulæ anonymæ, cum qua infantes aliquando projecti reperiuntur. *ibid.* Baptiſmi Sacramentum eſt janua cæterorum. V. 168. Baptiſmus ab hæreticis collatus validus eſt, nec iterandus, & ſic baptizatus fit Eccleſiæ membrum, ejuſque legibus ſubditur. *ibid.* Ab unitate Eccleſiæ repellitur, ſi ad uſum rationis perveniens hæreſi adhæret. *ibid.* Baptiſmo offerre infantes & impuberes poteſt quiſquis patria poteſtate præ-

prædítus eſt. VII. 102. Idipſum in favorem Religionis aliquando poteſt qui patria poteſtate caret. 104. Id admittitur in Avia neophyta quoad nepotem ex filio defuncto, etiam contradicente matre. 109. Vid. *Avia*. Baptiſmo offerri infantes & impuberes poſſunt a parentibus Neophytis Ethnicis & Judæis, dummodo id bona fide fiat, & baptizatus apud Chriſtianos remaneat. 98. Et a patre, etiamſi mater infidelis diſſentiret, & contra. *ibid.* Baptiſmo offerri Judæorum filii in mortis diſcrimine conſtituti, aut a parentibus derelicti, poſſunt a quocunque, licet parentes contradicerent. 100. Baptiſmus ſolemnis olim in Baſili Vaticana in Sabbato Sancto adminiſtrabatur. 151. Nunc etiam obtinet, ut quicunque & quandocunque in eadem Baſilica baptizentur. *ibid.* Parochis Romæ ſub pœnis interdicitur, ne ſuos Parochianos ab hoc avertant, & mandatur, ut ſchedulas neceſſarias certa forma conceptas baptizandis tribuant. *ibid.* Baptiſmus in privatis Oratoriis quando adminiſtrari poſſit. 61. Baptiſmum non eſſe validum, niſi infanti Chriſma & Euchariſtia Baptizato tribuatur, tamquam hæreticum dogma damnavit Benedictus duodecimus. IX. 35. Vid. *Euchariſtia*. Baptiſmus ſub conditione eſt miniſtrandus iis, de quibus dubium ſubeſt, an fuerint, vel an rite fuerint baptizati. 148. Baptizati ab hæreticis debitam materiam & formam adhibentibus, nec ſub conditione iterato baptizari debent. 149.

BARBADICUS (Ven.) Gregorius Cardin. Epiſc. Pataviuus, in concedendis Confeſſariis extraordinariis pro Monialibus numquam nimis rigidum ſe præbuit. V. 92.

BARBERINUM Euchologium. Vid. *Euchologium*.

BARONCELLO Urbis aſſignantur mille ſcuta annua pro onere, quod ipſi imponitur, translationis damnatorum ad triremes a Civitate Caſtellana Romam, & ab Urbe ad Centumcellas. IV. 212. Ut ille, & alter qui appellatur *di Campagna*, integrum ſatellitum & equorum numerum alere non omittant, Gubernatoris Urbis vigilantiæ committitur. V. 223.

BARONIUS Cardinalis, Martyrologii Romani editioni ſub Gregorio XIII præfuit. V. 62. Ejus ſententia B. Siricii Pontificis ſanctitati parum æqua, refellitur. *ibid.* & *ſeq.*

BARRATI (S.) Abbatia. Vid. *Abbatia*.

BARTHOLOMÆUS & Idilus (SS) natione & ritu Græci, Monaſterii Cryptæ Ferratæ Fundatores. IV. 127. B. Bartholomæus a Bononia Dominicanæ Familiæ, Apoſtolus Armenorum. IX. 93. P. Bartholomæus Gavanti de re ad Sacros Ritus pertinente optime meritus. 76.

BASILICÆ Patriarchales Urbis. Earum Capitulis & Cleris conceſſum, ut omnia Sum. Pontificum Roman. Officia cum lectionibus propriis recitent. V. 61. VII. *Archipreſbyter*. Baſilicæ quatuor Urbis pro lucrando Jubilæo deſignatæ ſunt, & ſucceſſive viſitari poſſunt. VI. 46. Quot vicibus viſitari debeant. *ibid.* Baſilicæ a Benedicto XIV reparatæ & ornatæ recenſentur. 47. Vid. *Lateranenſis*. *Liberiana*. *S. Mariæ Majoris*. *Vaticana*. *Vicarius*.

BASILII (S.) Græco-Melchitæ ſubeſſe debent immediate Ordinariis, & mediate Patriarch. Antiocheno. II. 27. S. Baſilii Ruthenorum Ordo laudatur. 70. S. Baſilii Monachorum Ruthenorum unio in unicam Congregationem promovetur. I. 185. Eorum prima unio ſub Urbano VIII in Congregationem Titulo SS. Trinitatis inſignitam. II. 70. Eodem modo uniendæ eſſe reliqua Monaſteria decernitur in Synodo Zamoſcæ an. 1720 habita. *ibid.* Quare in Capitulo generali Leopoli habito an. 1739 nova Congregatio conſtituitur ſub invocatione Patrocinii BB. Virginis. *ibid.* Sed ex Decreto SS. Domini Noſtri duæ Congregationes in unam conflantur, habito Dubri Capitulo generali ann. 1743, in quo unicus eligitur Proto-Archimandrita. 71. Unio, electio, & Statuta in Capitulo condita confirmantur. *ibid.* Congregationi aſſignatur denominatio Ordinis *S. Baſilii M. Ruthenorum*, Provinciæ vero Lithuaniæ Titulus *SS. Trinitatis*; Poloniæ autem *Protectionis B. M. Virginis*. *ibid.* Nonnulla Monaſteria ad paupertatem redacta, vel unienda eſſe, vel ſupprimenda decernitur. 76. De juriſdictione Proto-Archimandritæ in Abbates, & de præcedentia inter eos. 73. De Viſitatione Monaſteriorum. 75. De jure paſſivo Abbatum ad munus Proto-Archimandritæ. 72. Procurator Generalis ex duabus provinciis alternatim eligatur. 75. De regimine Ordinis defuncto Proto-Archimandrita. *ibid.* De his qui ſuffragium habent in Capitulo generali. 76. 77. Baſilianis Monachis ad Capitulum generale convocatis mandatur, ut catholicum Græcum ritum cuſtodiant. VII. 42. Baſiliani Abbates Monaſteriorum Græci ritus Miſſam eodem ritu celebrent. *ibid.* Statuta in eodem Capitulo ad Sum. Pontificem deferant confirmanda. 43. Græcam linguam perfecte addiſcant. *ibid.* Baſiliani Monachi Ruthenæ Nationis, Epiſcopatibus & Archimandritis illius Nationis privative præficiuntur. VIII. 87. Eorum votum non recipiendi hujuſmodi Dignitates, niſi præhabito Superiorum aſſenſu, tollitur. 88. In unam Congregationem ſub uno Proto-Archimandrita ſunt redacti IX. 138. Quam juriſdictionem in eos exerceat Proto-Archimandrita, quamve Metropolitanus. *ibid.* Vid. *Cura animarum*.

BATGAO. Vid. *Tibet*.

BAVARIÆ Dux S. R. I. Elector inſtituit militiam S. Georgii Martyris, & in ea ſex-

ſex Eccleſiaſtica Officia. I. 67. Ipſi Duci Bavariæ, Magno Magiſtro dictæ Militiæ conceditur nominatio Epiſcopi Titularis in eadem Militia. 69.

BEATI. Horum cultus eſt tantummodo permiſſivus & reſtrictus. III. 24. Hic cultus quomodo a Sede Apoſt. per gratiam augeri permittitur. 22. Eorum Imagines non ubique publicæ venerationi exponi poſſunt. *ibid.* Beatorum honores. Vid. *in Brevibus Beatificationis*. Beati Titulus apud antiquos Scriptores non ſemper ad morum probatam ſanctimoniam refertur. V. 52. Nulli tribuendus abſque auctoritate Sedis Apoſt. V. 213.

BEATIFICATIO quid ſit, quidve Canonizatio. VIII. 235. Beatificationum Cauſæ non patiuntur ut teſtes de auditu auditus, allati in Proceſſu Apoſtolico, conjungantur in linea coæqualis probationis eum teſtibus de viſu, exiſtentibus in proceſſu ordinario. X. 5. An ſaltem vim adminiculi dare poſſint, quæve exinde promanet in hujuſmodi Cauſis abſolvendis differentia. *ibid.* Beatificationes & Canonizationes aliquando in Baſilica Lateranenſi celebratæ. I. 79. Sed deinceps in Baſil. Vaticana celebrandæ. *ibid.* & VII. 153. Beatificationum Cauſæ quomodo introducantur. III. 22. Beatificatio B. Alexandri Saulii. I. 39. B. Camilli de Lellis. 124. B. Hieronymi Æmiliani Fundatoris Cleric. Regul. Congregationis Somaſchæ. IV. 204. B. Joſephi Calaſantii Fundatoris Cleric. Regul. Pauperum Matris Dei. V. 103. B. Joannæ Franciſcæ Fremiot de Chantal. VII. 83. B. Joſephi a Cupertino Ordinis Min. Conventual. S. Franciſci. VIII. 70. Ejus virtutes commemorantur. *ibid.* In Cauſa Beatificationis, ſeu declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis profeſſi Soc. Jeſu, Decretum. X. 36. In Cauſa Beatificationis Ven. Servi Dei Pauli Card. Buralis Decretum. 44. Vid. *Approbatio Cultus*.

BEAUME (de la) de Achars. Vid. *Halicarnaſen.*

BEGUINARUM Secta in Concilio Vienneſi abolita fuit; toleratis poſtea quibuſdam honeſte viventibus. V. 212. Beguini ſeu Rizochi, habitum proſcripti ſui Inſtituti perperam a quibuſdam Præſulibus ſuſceperunt. 209.

BELLARMINUS S. R. E. Cardinalis. Ejus libri quamvis præviis approbationibus in lucem emiſſi, & poſtea in Congreg. Indicis examinati; tamen eum de illius Beatificatione & Canonizatione agendum eſſet, iterum a Sacra Rituum Congr. examinati fuerunt. IV. 224. Ejus Liber de Doctrina Chriſtiana commendatur. I. 96.

BELLUGA Ludovicus Cardinalis laudatur. II. 185. & III. 78.

BELLUM a Turcis illatum Chriſtianis rapinæ cupidine injuſtum eſt; ideo Turcæ reſtituere debebuot. VII. 125. In bello injuſta rapina eſt quidquid occupatur, adeoque reſtituendum. 124 Ubi vide nobile exemplum ex antiquis Romanis. Res occupatæ an poſſint ab aliis emi, & emptores teneantur reſtituere accepto pretio. 125. In bello juſto quæ occupantur ad victorem pertinent; mobilia ad primum occupantem, immobilia ad Supremum Principem. 124. In bello non ſunt lædendi Eccleſiaſtici, peregrini, mercatores, & agricolæ, & quare. 125. Bello ſacro interfecti pueri ab hoſtibus fidei, Martyres a Theologis agnoſcuntur. VIII. 236. Vid. *Pueri Canonizatio*.

BENEDICTIONES, præter eas, quæ in Eccleſia receptæ ſunt, in Sacris. Ritibus non admittuntur. II. 35. Benedictio ſuper populum actus ſolemnis eſt Rom. Pontifici competens in quacunque Orbis terræ parte, Epiſcopis in eorum Diœceſibus & locis earum exemptis, Archiepiſcopis in ſuis Provinciis. V. 27. Vid. *Abbates*. Benedictionem impertiri non licebat olim ſimplicibus Sacerdotibus, nunc autem ipſis permittitur in fine Miſſæ. *ibid.* Ante benedictionem quæ datur in fine Miſſæ, ab Eccleſia diſcedens, Concilii Agathenſis judicio habetur ac ſi Miſſæ non interfuiſſet. *ibid.* Quid præſtare debeat Sacerdos, ſi præſente Epiſcopo benedictionem populo impertiatur. 18. Benedicendi Ritus, cum benedictio datur jure proprio, ex Rubricis Miſſalis petendus eſt. *ibid.* Cum benedicendum eſt jure delegato, ad delegantem pertinet Ritus præſcribere. *ibid.* Benedictio auctoritate Pontificis *cum Indulgentia plenaria* quo Ritu dari debeat a Regularibus, quibus talia privilegia conceſſa ſunt. 17. Benedictionem *cum Indulgentia plenaria in articulo mortis* impertiendi facultas conceditur omnibus Epiſcopis & Ordinariis locorum. IV. 134. Et quidem per indulta ad eorum vitam. *ibid.* cum facultate ſubdelegandi Sacerdotes ſive Sæculares, ſive Regulares in Civitatibus & Diœceſibus, etiam de die. *ibid.* Benedictionis hujuſmodi impertiendi Ritus & forma. 137. Trina benedictio ab Epiſcopis & Archiepiſcopis dumtaxat dari poteſt in locis ſibi ſubjectis. V. 17. De Abbatibus Vid. *Abbas*. Benedictio Pallii. Vid. *Pallii benedictio*. Benedictionem Apoſtolicam elargiendi populo in aperiendis & claudendis Portis Sanctis anno Jubilæi facultas conceditur Cardinalibus de Latere Legatis ad hoc deſignatis. VI. 164. Benedictionem ſolemnem poſt Miſſam vel trino ductu cum SS. Sacramento dare prohibentur Canonici Urbinatenſes, licet habentes Indultum Pontificalium. VII. 124. Nec ullo modo permittuntur benedictionem dare poſt Veſperas aut Matutinum, etiam in Pontificalibus celebratum. *ibid.* Benedictio Roſæ aureæ. Vid. *Roſa*. Benedictiones utenſilium & veſtium Baſilicæ Vaticanæ, & Ec-

& Eccleſiarum illi ſubjectarum, a quo ſint peragendæ. VII. 147. Benedictio aquæ in Epiphania, Ritus eſt a Græca in Latinam Eccleſiam translatus. IX. 38.

BENEDICTUS VIII. de Eccleſiaſtica Diſciplina Eccleſiarumque decore ſollicitus erat. V. 174. Et erga Purgatorii animas piiſſimus. VI. 106. Ejus Conſtitutio ſuper Immunitate Eccleſiaſtica confirmatur & declaratur. 185. Ejuſdem Indultum pro uſu Pontificalium Canonicis Urbinat. conceſſum, declaratur. VII. 112.

BENEDICTUS XIII. Lateran. Baſilicam ſub annum 1727 ſolemni ritu per ſe conſecravit. IX. 155.

CONSECRATIO ſive diſtributio Corporis Chriſti in nonnullis veteribus monumentis attributa Diaconis, qualem ſenſum habeat. IX. 114. Conſecratio Hoſtiæ ſive Particulæ ex Sacro Repoſitorio ſeu Tabernaculo ex Sacra Pyxide aut Oſtenſorio ſubreptæ &c. non eſt probanda a Fiſco, ſed a Reo per legitimas probationes excludenda. 58. Vid. *Surripientes*. Conſecratio Jo: Petri Meindarts Pſeudo-Archiepiſcopi Ultrajectenſis damnatur. I. 25. Vid. *Ultrajecti*. Conſecratio Hieronymi de Bock Pſeudo-Epiſcopi Harlemenſis illicita & illegitima declaratur. 197 Conſecratio Joannis Van-Stiphout Harlemenſis pariter Pſeudo-Epiſcopi illicita & illegitima declaratur. III. 11. Vid. *Harlemenſis*.
CONSECRATIO ALTARIUM Baſilicæ Vaticanæ, Eccleſiarum Illi ſubjectarum, earumque Altarium, a quo ſit facienda. VII. 147. Conſecratio aliorum Altarium & Eccleſiarum. Vid. *Altare*. *Dedicatio*.
CONSECRATIO ECCLESIARUM. Conſecrationis ſeu Dedicationis Eccleſiarum veteſtiſſimus uſus unde in Eccleſiam invectus, quibuſque Ritibus perficiatur. X. 28. Hujus Conſecrationis quænam ſit materia, & quæ forma, juxta ſententiam Theologorum Moralium. 31. Hæc Conſecratio eſt munus Epiſcopali Dignitati reſervatum. 21. Diœceſano Epiſcopo ita competit Conſecratio Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, ut extraneo cuicumque Epiſcopo abſque Diœceſani delegatione licere non poſſit. *ibid.* Simplici Presbytero ne quidem ex delegatione Diœceſani Epiſcopi competere poteſt Facultas Conſecrandi Eccleſias. *ibid.* Quid de Chorepiſcopis hac de re ſtatuendum ſit. 22. Ex Pontificia tamen delegatione hujuſmodi Conſecrationis munus ſimplici Presbytero competere poteſt. 24. Afferuntur nonnulla Pontificiæ hujuſmodi delegationis exempla, eaque expenduntur. 23. Quid interſit diſcriminis inter facultatem conſecrandi Eccleſias, Epiſcopo competentem, & facultatem ſimplici Presbytero delegatam. *ib.* Conſecratio Eccleſiarum numquam Epiſcopo ſimul cum ſimplici Presbytero, vel Abbate delegata reperitur; & quare. 26. Vid. *Eccleſia*. Conſecrationem Eccleſiæ, vel ab uno Epiſcopo, vel a pluribus ſimul, tamquam Comminiſtris peragi poſſe, Scriptorum auctoritate & exemplis comprobatur. 28. Ipſum quoque munus benedicendi, ungendique Cruces, Epiſcopi Conſecrantes inter ſe partiri poſſunt. 30. Demonſtratur id pluribus allatis exemplis, nec non argumentis, ex adminiſtratione potiſſimum Extremæ Unctionis deſumptis. 31. Reſcriptum Congregationis Rituum in Cauſa Ulyſiponenſi, propoſitæ doctrinæ haud refragari probatur. 32. Conſecrans Eccleſiam Epiſcopus poteſt ex juſta cauſa Miſſam Sacerdoti celebrandam committere. 27. Conſecrationem Eccleſiæ ab uno Epiſc. inceptam poteſt alter perficere, modo nimis longum temporis ſpatium non intercurrat. 33. Conſecrari an debeat Eccleſia, de cujus Conſecratione dubitatur. IX. 146. Conſecratio jure peragitur ejus Eccleſiæ quam merito ambigimus umquam fuiſſe conſecratam. *ibid.* & ſeq. Quibus Canonicis textibus ſententia hæc innitatur. *ibid.* Romanæ Synodi ſub Benedicto XIII celebratæ perſpicua in id definitio. 150. Per actum Conſecrationis olim fiebat, ut Conſecrata Eccleſia Conſecrantis juriſdictioni ſubjiceretur. *ibid.* Conſecrationis jam deperditæ Officium an adhuc liceat recitare. 164. Romani Pontifices a primis ſæculis plures per Italiam & ultra montes conſecrarunt Eccleſias. 168. Quanta ſuerit ſitque adhuc Rom. Pontificis auctoritas in conſecrandis per ſe vel per ſuos Delegatos Eccleſiis ubicumque conſtitutis. 166. Hiſtorici Auctoris ea de re aſſertio, rationi, auctoritati, & rebus geſtis oppoſita convincitur. *ibid.* Conſecratio exuſtæ Eccleſiæ an & quando iterari poſſit & debeat. 152. Eccleſia a primo lapide reædificata, vel etiam parietibus tantum renovata deber nova Conſecratione dicari. 256 Quid ſi Eccleſiæ parietes non uno tempore, ſed per partes diverſiſque temporibus fuerint reædificati. *ibid.* Exempla complurium Conſecrationum, quibus deſtructæ ac ſubinde reſtitutæ Eccleſiæ fuerunt inauguratæ. 158. Conſecratio Bononienſis Eccleſiæ. Vid. *Bononienſis Cathedralis*.
CONSECRATIO EPISCOPALIS ſuſcipienda eſt intra trimeſtre a die confirmatæ electionis. IX. 200. Alioquin privatur Epiſcopatu electus Epiſcopus, & fructus reſtituere tenetur. *ibid.* Conſecratio Epiſcoporum juxta veteſtiorem diſciplinam a Metropolitano peragebatur, eoque tantummodo eam denegante, Rom. Pontifex Conſecrationis munus impendebat. 210. Nunc temporis jus conſecrandi Epiſcopos per ſe, vel alium, ad Rom. Pontificem eſt devolutum. 212. Conſecrationis Epiſcopalis delegationem quomodo moderari voluerit Benedictus XIII, quaſque in idipſum regulas præſcripſerit Benedictus decimusquartus. 210. Presbyter ſive a Pontifice Maximo, ſive a quocumque alio Epiſcopo ordinatus, conſecrari nequit Epiſcopus ſine ſpeciali Mandato Rom. Pontificis. 212. Vid. *Epiſcoporum Conſecratio*.

CONSENSUS parentum non requiritur quando filius rationis uſu pollens, licet in poteſtate poſitus, Baptiſmum petit. IV. 68. Vid. *Baptiſmus*. Conſenſus partium efficit ut quælibet Cauſa cuicunque Judici aut Tribunali committi valeat. 11. Exceptis Cauſis matrimonialibus & nullitatis Profeſſionum. *ibid.* Et quod Cauſæ Rotales committi nequeunt alicui Rotæ Auditori uti Prælato. *ibid.* De conſenſu Partium in dictis caſibus debet legitime conſtare a tergo commiſſionis. *ibid.* Conſenſus renovandus eſt poſt obtentam diſpenſationem, in matrimonio irrito. VI 196. Cum autem definitum non ſit, irrita eſſe matrimonia a Diaconis Orientalibus contracta poſt Ordinem Sacrum, ſi diſpenſatio illis concedatur, conditio renovationis conſenſus adjicienda non erit. *ibid.* Vid. *Matrimonium*. Conſenſus in Reſignationibus. Vid. *Reſignationes*. *Notarii*. *Procuræ Mandata*. Conſenſus in alienationibus. Vid. *Bona*.

CONSERVATORES Cameræ Urbis ex Nobilium Romanorum cœtu eligendi. III. 59. Conſervatores Cameræ Capitolinæ Calicem valoris ſcutorum 60, cum octo cereis facibus Baſilicæ Vatic. quotannis in feſto SS. Petri & Pauli offerre tenentur. VII. 154. Ejus loco pretium perſolvere poſſunt, in paramentis aliiſque uteniilibus erogandum, cum appoſitis Inſigniis Senatus Populique Romani. *ibid.* Iidem intereſſe debent viſitationi carceris Capitolini. V. 223. Ipſi ſoli juriſdictionem habent in quatuor loca Populi Rom. feudalia, quæ recenſentur. VI. 212. Congregationem Criminalem pro iiſdem locis habere debent. *ibid.* Vid. *Congregatio*. Conſervatorum antiquior in Urbe exiſtens poteſt in urgenti caſu proviſionem capere ſuper cauſis eorumdem locorum. 213.

CONSERVATORIO puellarum vulgo *zoccolette* conceditur jus ad unum Dotale ſubſidium. III. 69. In Conſervatoriis mulierum & puellarum, quibus unicus ordinarius Confeſſarius deſignari ſolet, obſervari jubentur leges a Pontifice ſtatutæ ſuper deputatione Confeſſariorum extraordinariorum. V. 60. & 95. Conſervatoria Virginum Anglicanarum. Vid. *Anglicanæ*. Conſervatoria Tertiariarum. Vid. *Collegia*. Conſervatoriæ Privilegium. Vid. *Fori privilegium*.

CONSILIA Nobil. Romanorum extra conſuetas occaſiones congregari nequeunt abſque aſſenſu Pontificis. III. 59 Nec licet ulli præter ſolitos iis intereſſe. *ibid* Conſiliarii Cameræ Capitolinæ Sede Apoſt. vacante ex Nobil. Romanorum cœtu eligendi. *ibid.*

CONSISTORIALIA ACTA pro conceſſione Pallii Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum. III. 216. Item pro approbatione Synodi Maronitarum, & pro conceſſione Pallii eorum Patriarchæ. 219. Conſiſtoriales Orationes pro Canonizatione quinque Sanctorum. V. 234. Conſiſtorla Canonizationi prævia. Vid. In quinque Bullis Canonizationum. III. 120. & ſeq. Conſiſtorialis Aulæ Advocati. Vid. *Advocati*.

CONSISTORIALIS Proviſio vim habet electionis & confirmationis. IX. 198. In Conſiſtorio omnes petitiones, inſtantiæ, cauſarum perorationes ab Advocatis Conſiſtorialibus fieri debent. II. 103.

CONSTANS Imperator æreum Pantheï tectum aliaque ædificii ornamenta hoſtilem in modum abſtulit. IX. 232 Vid. *Pantheon*.

CONSTANTINOPOLIS medio circiter ſæculo decimoquarto fuit a Mahumete ſecundo occupata. IV. 160. Ut in Chriſtianorum poteſtatem rediret, maximos ſumptus plures Pontifices impenderunt. 156.

CONSTANTINOPOLITANUS Patriarchatus quando collatus fuit Cardinalibus Iſidoro, Beſarioni, ac Riario, non reputabatur unquam Titularis, ut alii Epiſcopatus in partibus infidelium ſiti. IV. 160 Licet enim tunc Conſtantinopolis Turcarum poteſtati ſubeſſet, ſpes tamen erat Sum. Pontificibus eam recuperandi. 162.

CONSTANTINUS Imperator quaſdam Eccleſias in Urbe conſtruxit. VI. 47. Ejus memoria numquam in Martyrologio Romano fuit inſerta, licet inveniatur in Græcorum Menologiis, & de ejus Cultu in Orientali Eccleſia nullum ſuborlatur dubium. V. 52.

CONSTITUTA Regularium non recipit Auditor generalis Cameræ Apoſt. VIII. 147. Conſtituta quibus in Cauſis recipiat Auditor Cameræ. *ibid.* Vid. *Reus*.

CONSTITUTIO unius Pontificis non indiget Succeſſorum confirmatione, ut ſubſiſtat. VII. 53. Nihilominus Conſtitutio Clementis XII adverſus eos qui vulgo *Liberi Muratori* dicuntur, confirmatur. *ibid.* Conſtitutio Pii IV ſuper exemptione bonorum, in Urbe & Curia decedentium, a ſpolio, limitatur quoad bona per negotiationem acquiſita. I. 28. Conſtitutio ejuſdem contra Clericos negotiatores confirmatur. 27. Conſtitutio Sixti V de Liminibus Apoſtolorum viſitandis ab Epiſcopis &c. confirmatur, & ampliatur ad inferiores Prælatos juriſdictionem Epiſcopalem habentes. 17. & 20. Conſtitutio Innocentii XII ſuper Reformatione Tribunalium Urbis confirmatur & innovatur. 102. Conſtitutio Clementis XI ſuper Ritibus Sinenſibus incip. *Ex illa die*, refertur & confirmatur in omnibus. 163. Conſtitutio Clementis XII contra homicidas, quoad immunitatem perſonalem & localem extenditur ad loca Dominii Reipublicæ Lucanæ. II. 28. Conſtitutio *Ad militantis Eccleſiæ* confirmatur, ejuſque executio Auditori generali Cameræ demandatur. VIII. 147. Conſtitutio *Unigenitus* tantam ſibi vindicat auc-

Digitized by Google

auctoritatem, & obſequium, ut eidem publi ce refragantibus, velut notoriis ac publicis peccatoribus denegandum ſit SS. Viaticum. IX. 195. Publici & notorii Refractarii ad prænotatum effectum quinam dici debeant. *ibid.* In re dubia quam regulam ſequi debeat Sacramentorum Miniſter. 196. Vid. *Refractarii*.

CONSUETUDO immemorabilis inducit præſumptionem cujuſcunque tituli aut privilegii. III. 79. Limita quoad illa, quæ adeo rationi adverſantur, ut etſamſi poſtulentur, numquam concedi ſoleant. 80. Ut Conſuetudo immemorabilis contra aſſiſtentiam juris allegari poſſit, requiritur ut nihil contra eam factum, auditum, aut dictum unquam fuiſſe conſtet. IV. 128. Conſuetudo generalis Eccleſiæ vim legis habet. V. 166. Impedimenta matrimonium dirimentia inducit. *ibid.* Conſuetudo peculiaris non tollit legem a conſuetudine generali provenientem, ſed diſpenſationes facilius indulgeri ſuadet. 171.

CONSULATUUM juriſdictiones extinguuntur. I. 104. Excepto Conſulatu Agriculturæ. *ibid.*

CONSULES Artis Agriculturæ ex Nobil. Romanorum cœtu eligendi. III. 59.

CONSULTÆ Congregatio. Vid. *Congregatio*. Conſultæ Ponentes duo adjiciuntur, quorum munus in Tribunali Gubernii Urbis ſen entiam dicere, & alia officia exequi. V. 222.

CONSULTORES & Reviſores Congregationis Indicis quales eſſe debeant indicatur. VIII. 112. Conſultores S. Officii quomodo in unoquoque Tribunali Inquiſitionis ſint aſſumendi. IX. 19. Quibus oneribus ſubſint, quibuſque privilegiis fruantur. *ibid.*

CONTINENTIA ſervanda eſt a Græcis Presbyteris per hebdomadam, vel per triduum ante celebrationem Miſſæ. I. 149.

CONTRACTUS illiciti alii ob uſuræ labem, alii ob exceſſum fructuum conventorum. III. 39. In Contractibus ineundis quænam cautelæ ſervari debeant. 40. Contractus inter duas partes initus irritari poteſt vi legis, quæ unam dumtaxat ex contrahentibus partibus afficit. V. 165. Vid. *Lex*. Contractus Mulierum, Pupillorum, Minorum. Vid. *Decreta juriſdictionis voluntariæ*.

CONTUMACIUM Cauſæ quamprimum expediri jubentur. IV. 214.

CONVENTIONES Imperatricem inter & Rempublicam Venetam ſuper rebus Patriarchatus Aquilejenſis referuntur & approbantur. VII. 72 Vid. *Aquilejenſis*. Conventiones inter Catholicos Principes laicos & Heterodoxos initæ ſuper poſſeſſione & detentione bonorum Eccleſiaſticorum, ab Apoſt. Sede improbantur. 134.

CONVERSANI Epiſcopi juriſdictio in Oppidum Putinianı definitur. I. 213.

CONVICTI Rei per indicia indubitata, licet non confeſſi, ad pœnam ordinariam damnari poſſunt. I. 199.

COPHTICI Ritus fideles recens converſi ſubjiciuntur juriſdictioni Epiſcopi Hieroſolymitani ejuſdem ritus. I. 53. Cophtorum Nationis merita in S. Sedem. II. 208. Dubia ad Gophtorum ritus & cauſas pertinentia. *ibid.* Eorum mos conferendi Sacramentum Confirmationis infantibus ſtatim poſt Baptiſmum; & quidem per miniſterium ſimplicis Sacerdotis, item Ordinandi Diaconos in infantili ætate. *ibid.* & VI. 193. Super his Decreta quædam ad Præfectum Miſſionis tranſmittuntur. VI. 193. Vid. *Confirmatio. Ordinatio. Diaconi*.

CORBEJENSIS Abbas ab immemorabili tempore facultate Conſecrandi Eccleſias uti conſuevit. X. 16.

CORDIGERORUM Archiconfraternitas in Aſſiſienſi Baſilica erecta, cum facultate aggregandi. VIII. 174.

CORPORIS Chriſti Solemnitas jam inde ab Urbano IV inſtituta. IX. 64. Vid. *Proceſſio generalis*.

CORRECTOR Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, ejuſque Officium. II. 59. Correctores tam Generales, quam Provinciales Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula facultatem habent decidendi de electionibus aliiſque negotiis, quæ ob paria poſt trinum ſcrutinium ſuffragia, ad Generale vel Provinciale Tribunal devolvuntur. VIII. 167. & ſeq.

CORCYRENSIS Epiſcopus Hilarius Coſta, Vicarius Apoſt. in Regno Tunchini Orientalis, ablegatur in Cocinchinam. II. 151. Vid. *Cocinchina*.

CORSICÆ perturbationes memorantur occaſione Beatificationis B. Alex. Sauli olim Alexiæ Epiſcopi. I. 39.

COSTA. Vid. *Corcyrenſis*.

COZZA Miniſter Generalis Ordinis Minorum ad Cardinalatum aſſumptus Miniſterium idem ſimul retinuit. VII. 266.

CRESCENTIA Soror cum fama Sanctitatis defuncta Kauffaurx in Germania. III. 22. Ejus actiones expenduntur. *ibid.* & ſeq.

CRIMINALES AUDITORES Ordinariorum, & aliorum Romæ reſidentium, quas Cauſas criminales agitare poſſint, & quæ requiſita habere debeant. VI. 14.

CRIMINALES CAUSÆ. Earum celeri expeditioni conſulitur. V. 223. Harum agitatio, & criminalis profeſſio iis ſolis permittitur, qui ad id examinati & approbati fuerint, & alia requiſita habeant, excluſis aliis etiam actu profeſſionem criminalem exercentibus. 226. & ſeq. Ideo Gubernator Urbis elenchum omnium, qui profeſſionem hanc exercere Romæ poterunt, conficere debet, exceptis his, qui Tribunali S. Inquiſitionis inſer-

ſerviunt. VI. 25. Qui certas cauſas jam agitabant, his permittitur, ut eaſdem proſequantur uſque ad novum deſignatum examen. 14. Criminalium Cauſarum agitatio Procuratoribus pauperum contra reos, & Officialibus Fiſci contra Fiſcum, Judicibus vero omnimodo, ſub gravi pœna prohibetur. V. 231. & VI. 12. In Criminali Cauſa votum non habet is, cujus Minister in eadem Cauſa Judicis officio functus eſt. V. 231. Criminalibus Cauſis Caſtri S. Petri in Formis, & aliorum locorum Capitulo Vaticano ſubjectorum poterunt Canonici quidam licite ſe immiſcere, abſque irregularitatis aut cenſuræ incurſu, dummodo a ſententia ſanguinis abſtineant. VII. 201. Criminales Cauſas judicare poteſt Vicarius Foraneus in nova Civitate Pergulæ conſtitutus, ſub quibuſdam tamen limitationibus. 209. Criminales Cauſæ locorum feudalium Populi Romani quomodo diſcutiendæ ſint. VI. 212. Criminales cauſæ in Tribunali Auditoris generalis Cameræ quo ordine cognoſcendæ & decidendæ. VIII. 145. Criminales Cauſas ſubjectarum ſibi perſonarum quandonam privative, vel cumulative cum Epiſcopo cognoſcere poſſit Capitulum Veronenſe. IX. 181.

CRIMINALES JUDICES. Vid. *Judex*.

CRIMINALES OFFICIALES & Miniſtri cujuſcunque Congregationis, aut Tribunalis Urbis, non debent ſub proprio aut alterius nomine Cauſam criminalem, in cujus conſtruendis proceſſibus partem habuerunt, agitare pro reo, aut contra ipſum in Tribunali, cui inſerviunt, vel ad quod poſſit dari appellatio, aut recurſus in eadem Cauſa. VI. 12. Idipſum ſtatuitur quoad Tribunalia Cameralia. 13. Criminalibus Relatoribus, ſubſtitutis, & aliis permittitur exercitium proprii Officii, quod antea habebant, ſine prævio examine, poſt publicationem Conſtitutionis. 11.

CROCEUS ſuccus ſuperſtitioſus apud Malabares. II. 114. Vid. *Ritus Malabarici*.

CRUCESIGNATI ad recuperandam Terram Sanctam proficiſcentes Indulgentiam plenariam conſequebantur. VI. 98.

CRUCIATÆ. Indulta conceduntur Militiæ Hieroſolymitanæ ejuſque ſubditis. II. 19. Commiſſarius hujuſmodi Cruciatæ deputatur, cum facultatibus. 31. Cruciatæ Bulla non tribuit Sacerdoti facultatem excipiendi Confeſſionem perſonæ complicis in peccato turpi. I. 44. Cruciatæ Indultum quoad electionem Confeſſarii non derogat Concilio Trid. & Conſtitut. Apoſtolicis de approbatione Confeſſarii ab Ordinario obtinenda. II. 79. Non ſuffragatur Regularibus quoad electionem Confeſſarii pro abſolutione a Cenſuris & peccatis reſervatis. 81. Quomodo interpretandum in eo quod reſpicit jejunii leges. 78.

CRUCIFIXI Imago ſuper Altari requiritur ad celebrationem Miſſæ. III. 172. Eaque non debet eſſe ita parva, ut celebrantem lateat. 174. Crucifixi Imago etiam apud Orientales ſuper Altari ponitur. 172. Crucifixus pendens a Cruce an debeat in Altari conſtitui, etiamſi in majori Altaris Tabula depictus, aut cælatus appareat. 173. Crucifixi Imago utrum collocari debeat in Altari, in quo poſitum ſit Tabernaculum cum SS. Euchariſtia. 174. Crucifixi Imago in Altari, cum Sacrum peragitur, laudabiliter apponitur, etiamſi SS. Euchariſtiæ Sacramentum ibi publice ſit expoſitum. *ibid.*

CRUX ſuper Altari, in quo Miſſa celebratur, exponenda, non nuda, ſed cum Imagine Crucifixi eſſe debet. III. 172. Uſus invaluerat collocandi Crucem parvam ſuper Altari ex quo apponi ſolebat alia minor Tabula inter candelabra. *ibid.* Pontifex id reprobat, & prohibet. *ibid.* Cruces Conſecrationis Indices in Baſilica Liberiana juſſu Benedicti XIV appoſitæ ſunt. VII. 232. Crucis præferendæ mos a Sum. Pontifice ad Legatos & Antiſtites deductus eſt. 254. Hæc facultas conceditur Epiſcopo Warmienſi & Sambienſi in ſuis Civitatibus & Diœceſi, dummodo non adſit Legatus aut Nuntius Apoſtolicus. 254. Crucis elevatio more Archiepiſcopi conceditur Epiſcopo Eyſtetenſi. II. 226. Crucem ſublimem præferre ſibi poſſunt Herbipolenſes Epiſcopi. VIII. 36. Crucis adoratio feria ſexta majoris hebdomadæ a Hieroſolymitana Eccleſia in Latinam tranſivit. IX. 39. Crucis ſublimis prægeſtatæ multiplices ſignificationes ac ſaluberrimi effectus. *ibid.* Vetuſtior recentiorque praxis S. Sedis in hujuſmodi conceſſione. *ibid.* Crucis fixio Græci Patriarchæ nomine, in fundatione Monaſterii operatur, ut ab Ordinarii juriſdictione exemptum, & Patriarchæ immediate ſubjectum remaneat. II. 74.

CRUX OCTOGONA eſt verus habitus Fratrum Militiæ equeſtris Jeroſolymitanæ, ſeu Equitum Melitenſium. VII. 256. & 262. Non aurea Crux a pectore pendens, quæ ipſis aliquando vetita fuit. 258. Crucem ejuſmodi Melitenſis Epiſcopus Mozzettæ in Civitate Melitenſi, Mantelletæ vero aſſutam Romæ deferre conſuevit. 260. Nec illam depoſuit Epiſcopus Molina, licet ad aliam Eccleſiam translatus, & quare. 262. Crucem eamdem tamquam Religionis ſuæ habitum, ſupra veſtes exteriores, & præciſe ſupra Mozzettam deferre poſſunt Cardinales ex eodem Ordine aſſumpti. *ibid.* Plura exempla, ex quibus evincitur, id licitum eſſe Cardinali Portocarrero. 262. & 264.

CRYPTÆ FERRATÆ Monaſterium Ordinis S. Baſilii a duobus SS. Monachis Bartholomæo & Nilo ſub initium ſæculi undecimi

decimi fundatum fuit. IV. 127. In eo Ritus Græcus conſtanter ſervatus fuit. *ibid.* Cryptæ Ferratæ Abbatis controverſia cum Epiſcopo Tuſculano pendens definitur. 126. Cryptæ Ferratæ Abbas ſi jus Baronale habet, impediri nequit quoad illius exercitium ab Epiſcopo Tuſculano. 125. Monaſterio autem competit exemptio paſſiva ab Epiſcopo Tuſculano. *ibid.* Eccleſia Parochialis eſt, illiuſque Cura per Presbyterum ab Abbate nominandum exerceri debet. *ibid.* Cryptæ Ferratæ Monaſterio Territorii ſeparati jura cum qualitate *Nullius* non competere ſtatuitur, & ex quibus. 126. Monaſterium ipſum eum annexis, intra Diœceſis Tuſculanæ fines exiſtere non dubitatur. *ibid.* Privilegia Monaſterio ejuſque Abbatibus antiquitus conceſſa, paſſivam exemptionem dumtaxat præſeferunt. 127. Actus juriſdictionales ab Epiſcopo Tuſculano exercitæ in Territorio Cryptæ Ferratæ, deſtruunt immemorabilem conſuetudinem ab Abbate allegatam. 128. Ideo juriſdictio ordinaria in Territorium Cryptæ Ferratæ ejuſque Clerum & populum, ad Epiſc. Tuſculanum pertinere definitur. 129. Cryptæ Ferratæ Abbati varia privilegia Pontifex de novo concedit. *ibid.* Scilicet conferendi Sacramentum Confirmationis ſemel in anno: approbandi Confeſſarios pro Sæcolaribus in perpetuum: recipiendi examina Teſtium ſuper ſtatu libero: judicandi Cauſas Civiles Menſæ Abbatialis &c. *ibid.* & ſeq.

CUJABAENSIS Prælatura erigitur ex diviſione Diœceſis Fluminis Januarii IV. 15.

CUJACII emendatio in Textu S. Auguſtini relat. *in Can. Denique* 31, *quæſt* 1, teſtellitur. II. 164.

CULTUS publicus nemini tamquam Beato exhibendus, niſi Sum. Pontifex permittat. V. 213. Cultum publicum redolent actus privati, ſi ex iis ſint quos Eccleſia pro Beatorum venetatione inſtituit. *ibid.* Cultus Servis Dei exhibitus ſine auctoritate Apoſt. Sedis, non tamen ab immemorabili, aut centenario tempore, ex Decretis Urbani VIII ſublatus fuit. IV. 94. Tempus centenarium, quo probatur exceptio ab hujuſmodi Decretis, præredere debet annum 1634. 96. Vid. *S. Lucæ Caſalius*. Cultus immemorabilis non ſufficit, ut nomina Beatorum in Martyrologio Romano inſerantur. V. 46. & ſeq. Cultus Publicus Servis Dei Martyribus aut Confeſſoribus a ſolo Rom. Pontifice nunc conceditur. VIII. 234. Sive ſermo ſit de Cultu præceptivo in univerſa Eccleſia, ſive de Cultu permiſſivo in peculiaribus locis. *ibid.* Pueri in odium Chriſti ante uſum rationis occiſi qualem Cultum obtinuerint in Eccleſia. 230. Vid. *Pueri*. Cultus exhibendus non modo integris Sanctorum corporibus, ſed & exiguis particulis, idque etſi proprium nomen Sancti, cujus ſunt, ignoretur. X. 6. Cultum Latriæ conſtituunt non externi actus, excepto tantum Sacrificio, ſed ſenſus animi actum elicientis & dirigentis. IX. 111. Cultus immemorabilis. Vid. *Approbatio Cultus*.

CUNHA (A) Cardinalis Inquiſitor generalis in Portugalliæ Regno laudatur. III. 110.

CURA Animarum quibus demandari debeat. I. 5. Curam animarum exercentes in Eccleſiis Regularium, quamvis ipſi ſint Regulares, ſubſunt viſitationi & correctioni Epiſcopi in his quæ pertinent ad dictam Curam & Sacram adminiſtrationem. II. 141. Vid. *Parochus*. Cura Animarum nemini committenda abſque Ordinarii conſenſu & approbatione. III. 62. Nec per Regulares independenter ab Ordinariis exercenda. Vid. *Regulares*. Cura Animarum Regularibus in Titulum committi nequit ſine diſpenſatione Apoſt. etiamſi ſint Canonici Regulares. VII. 79. Limita quoad Canonicos Regulares Præmonſtratenſes. VI. 208. Cura Animarum quoad Baſilicam Vaticanam habitualiter penes Capitulum, quoad exercitium penes Vicarium Curatum reſidet. VII. 159. Olim ab uno ex Canonicis cum aliquot Presbyterorum auxilio exercebatur 160. Cura Animarum habitualis & actualis penes quos ſit in Archiepiſcopali Utinenſi Eccleſia. VIII. 54. Cura Animarum Monachis Baſilienſibus Congregationis Ruthenæ, in defectum tantum Clericorum Sæcularium, & ſub certa methodo, committi permittitur. IX. 140. Monachi ſic aſſumpti, in omnibus Curam Animarum reſpicientibus Epiſcopo ſunt ſubjecti. *ibid.*

CURATI Eccleſiarum Baſilicæ Vaticanæ filiarum aut ſubjectarum quid præſtare teneantur. VII. 160. & ſeq. Vid. *Vicarius*.

CURIÆ Romanæ Tribunalia fere omnia Benedictus XIV præſentia ſua decoravit. V. 200.

CURSUS. Vid. *Lucia*.

CUSTOS S. Sepulchri. Vid. *Guardianus*.

CYRILLUS Antiochenus Græco-Melchitarum Patriarcha. III. 216.

D

DÆMONES naturalibus remediis expelli nequeunt. III. 31.

DAMASUS (S.) Papa. Vid. *Hieronymus* (S.)

DAMNATI ad tricemes in carceribus detineri prohibentur ultra tres dies; ſed ſtatim ad Centumcellarum Civitatem tranſmitti debent expenſis Baroncelli Urbis. IV. 211. Exceptis tribus menſibus æſtivis, ratione aeris inſalubris. *ibid.*

DAMNATIO duorum Librorum errores continentium. VI. 215. Item ſolii continentis

tis Theſes erroneas in Sorbona defendendaa. VII. 144. Vid. *Libellus. Theſes*. Damnatio ac proſcriptio Libri gallico idiomate abſque Auctoris nomine & impreſſionis loco editi, ac duobus tomis conſtantis. VIII. 42. Damnatio ſeu proſcriptio Librorum noxiorum. Vid. *Libri*.

DAMNI dati cauſæ in Statu Pontificio ad Forum Eccleſiaſticum, vel Laicale pertinent, vel ſunt mixti fori, ex diverſitate perſonarum & animalium damnificantium, & bonorum damnificatorum; ideo cognoſcendæ a reſpectivis Judicibus, juxta diverſos caſus. VI. 218. Ad hunc effectum quænam dicenda ſint Bona Eccleſiaſtica, & quænam Animalia Eccleſiaſticorum. 219. Damni dati Cauſa ad Forum Laicale pertinens cognoſcenda eſt in prima inſtantia a Magiſtratu locali, ſi hanc facultatem ei tribuat Statutum, vel conſuetudo, & Damnum ſit ſimplex; aliter a Gubernatore. 220. Damna ſtudioſa & manuaila ad quem pertineant, & a quo judicanda ſint. *ibid.* Damni dati Cauſæ quæcunque intra 40 dies expediantur; aliter ad Judicem ſuperiorem devolvuntur: 221. Quid de Cauſis ante hujus Conſtitutionis publicationem introductis. *ibid.* Damni dati Cauſæ admittunt appellationem ad Judices Superiores. 222. Quænam ſportulæ in his Cauſis exigendæ. *ibid.* Cauſæ eædem quando a Congregatione Conſultæ ſint cognoſcendæ. *ibid.* Quando autem in negotiis hujus generis ſe ingerere poſſit Congregatio Boni Regiminis. *ibid.* Damni dati pœnæ exigendæ ſunt juxta Locorum Statuta & conſuetudines etiam in Foro Eccleſiaſtico & quoad Eccleſiaſticos. 221. Idem ſervandum quoad probationes. *ibid.* Damni dati pœnæ Communitatibus Status Pontificii attribuuntur. Olim aliter conſtitutum fuerat. 217. & ſeq. A Judice minui aut condonari non poſſunt, & cui, & quando ſolvendæ. 221. Damnificatus debet ſtatuto tempore & modo damnum ſuum denuntiare; aliter querela non admittatur. 220. Poterit animalia damnificantia, aut pignus ſuper paſtorem capere in ſuo fundo tantum, eaque debet ſtatim cum damni denuntiatione deferre ad Judicem, qui accepta fidejuſſione omnia dimittat. *ibid.*

DATARIA Apoſtolica. Quænam gratiarum genera per Datariam Apoſtolicam privative expediri debeant ſub pœna nullitatis. III. 52. Quænam promiſcue per Datariam & per Secretariam Brevium expediri poſſint. *ibid.* Rationem reddere non tenetur Ratiocinatori Cameræ Apoſt. 100.

DATARIUS Pœnitentiariæ, ejuſque munus. II. 59. Vid. *Reſignationes*.

DATIA. Vid. *Ferrarienſium privilegia*.

DEBITORES Publici Ærarii, Mauritii Imperatoris Lege Monaſteria ingredi ſont prohibiti; quod a S. Gregorio reprehenſum fuit; ſed poſtea Sanctus Pontifex ſententiam mutavit. IV. 29.

DECANUS Advocatorum Conſiſtorialium in actibus Collegialibus præcedit omnibus de Collegio, etiam Epiſcopatu vel Prælatura inſignitis. II. 73. Vid. *Advocati Conſiſtoriales*. Decani Collegii S. R. E. Cardinalium juriſdictio, ratione Epiſcopatuum Oſtienſis & Veliternenſis præſervatur in ſuppreſſione Tribunalium particularium Urbis. I. 107.

DECIMÆ Papales non præſtantur ex bonis Inquiſitionum. IX. 22.

DECLINATORIA Fori quomodo proponenda ab Officialibus Inquiſitionis, ut Cauſa ad Tribunal S. Officii avocetur. IX. 17.

DECRETA juriſdictionis voluntariæ in contractibus pupillorum, minorum, mulierum &c. quinam interponere valeant in partibus. II. 179. Quinam in Urbe. *ibid.* Quibus cautelis interponenda, ſub pœna nullitatis, & reſectionis damnorum. 180. Decreta in contractibus, renuntiationibus &c. Regularium & Monialium Urbis, ſolus interponere poteſt Card. Vicarius. 175

DECRETALES Gregorii IX habent vim legis ita ut jacent. II. 161. Amplia, etiamſi in aliquo diſcrepare cognoſcerentur a Decretalibus integris, prout a præcedentibus Pontificibus editæ fuerant. 162. In Decretalibus, in Sexto, in Clementinis multa reſecata ſunt aucto itate Pontificum. 160. Decretales explicatæ, contiliatæ, illuſtratæ. *Cap. Cum haberet. De eo quid duxit in matrim. &c.* 165. Cap. *Præpoſitum. De eo qui duxit in matrim. &c.* 166. Cap. *Significaſti. De eo qui duxit in matrim. &c. ib.* Cap. *Tanta. Qui filii ſint legitimi*. 164. & 167. Cap. *Quod Dei timorem. De ſtatu Monachor.* III. 1.

DECRETUM, quod SS. Apoſtolorum Principes Petrus & Paulus Urbis Romæ Patroni principales noncupentur. III. 213. Decretum Gratiani, utpote auctoritate privata compilatum, auctoritatem per ſe non tribuit his quæ continet. V. 166. Decretum Clementis XI contra abuſus celebrandi Miſſam in Laicorum domibus, & adhibendi Altare portatile, refertur. VII. 65. Decretum Congreg. Contilii ſuper juriſdictione Parochi in Tertiarias in ſua Parochia convivenres confirmatur. VI. 24. Decreta Congreg. SS. Rituum circa uſum Pontificalium Capitulo Urbinatenſi conceſſum, confirmantur. VII. 112. Decreta in Cauſis Beatificationis ſeu Canonizationis Andreæ Bobola Sacerdotia Profeſſi Soc. Jeſu, nec non Pauli Card. Buralia afferuntur. X. 36. & 44.

DEDICATIO nova Eccleſiæ renovatæ facienda eſt. VII. 231. Ritus Conſecrandi Eccleſias ex veteri Teſtamento in novum traductus, ipſis prioribus Eccleſiæ ſæculis in uſu fuit.

fuit. Non autem conſtat, quando Cruces Conſecrationis indices apponi cœperint. 232. Dedicatio Baſilicæ S. Mariæ Majoris a S. Sixto III facta creditur; Dedicationis vero indicia apponi, & Dedicationis Officium certa die ab ejus Clero celebrari Benedictus XIV juſſit. *ibid.* Dedicatio Eccleſiæ ob incendium, terræmotum aliudve ſimile infortunium dirutæ, & ſubinde reſtitutæ, quando iterari debeat. IX. 152. Vid. *Conſecratio*. Dedicatio Eccleſiæ S. Juliani de Lepia ſeu Lepida quomodo peracta fuerit ab Urbano tertio. X. 30.

DEFENSOR Matrimonii conſtitui debet in ſingulis Diœceſibus, & adeſſe judiciis omnium Cauſarum Matrimoniallum. I. 70. In Romana Curia a quo ſit eligendus. 72. In judiciis ſecundæ inſtantiæ quoam eſſe debeat. 71. Defenſori Matrimonii ſalarium unde conſtitui debeat. 72. Juramentum præſtare debet in limine judicii, & in ſuſcipiendo officio. 71. In omnibus actibus citari & intimari debet, ſub pœna nullitatis. *ibid.* Semper appellare debet a primi ſententia pro nullitate Matrimonii lata. *ibid.* Vid. *Matrimonii Defenſor*.

DEFENSOR Profeſſionis. Vid. *Profeſſio*.

DEFENSORES excedentes modum vel contra ſe invicem, vel contra ordinarios horumque Officiales, in defenſione reorum, pro ratione delicti puniri jubentur. VIII. 150. Defenſores recurrentium ad Sedem Apoſt. offendi prohibentur ſub pœna excommunicationis. I. 31.

DEFERENTES arma vetita quibus pœnis fiant obnoxii. VIII. 44. Vid. *Arma*.

DEFUNCTI. In die Commemorationis omnium Defunctorum in Aragonia a quolibet Sacerdote Sæculari duæ Miſſæ celebrabantur; a Regolaribus vero tres. V. III. Sed nunc a Pontifice nova Conſtitutione conceditur Indultum pro tribus Miſſis celebrandis tam a Sæcularibus, quam a Regularibus per totam Hiſpaniam & Luſitaniam, aliaſque Regiones ab his dependentes. 113. Defunctorum cultus Chriſtianis Sinenſibus prohibetur. I. 163. Et de Tabellis eorum nominibus inſcriptis. *ibid.*

DEGRADATIO Sacerdotum fieri poteſt ab Epiſcopo una cum Abbatibus. X. 26.

DEI nomen apud Sinenſes Chriſtianos quale permittitur. I. 163.

DELEGATO Apoſtolico ſemper committi conſuevit regimen & juriſdictio Monaſterii Monialium Ordinis S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis ſiti, & ampliſſima juriſdictione donari. IX. 188. Quanta ſit hujuſmodi Delegati juriſdictio quibuſcunque in rebus & cauſis diſtinctim explicatur. 191. Vid. *Aquilejenſe Monaſterium*. Delegatus Apoſt. ad regimen Monaſterii Monialium Aquilejenſium independenter ab Ordinario conſtitutus, ex Auſtriacorum Principum ſubditis in poſterum eligendus, Curam quoque Eccleſiæ olim Patriarchalis, nunc autem Apoſt. Sedi immediate ſubjectæ gerere debet. VII. 76. Delegatus S. Sedis poteſt ſubdelegare. VIII. 95.

DENUNTIARI debent Sanctæ Inquiſitionis Officio Confeſſarii exquirentes a pœnitentibus complicum nomina &c. cum denegatione abſolutionis &c. ſi adſit ſuſpicio pravi dogmatis. VI. 30. Hoc tamen denunciandi præceptum non obligat pœnitentem in cauſa propria. *ibid.* Denuntiari jubentur eidem Tribunali in Portugallia etiam Confeſſarii in eadem materia delinquentes ſine ſuſpicione pravi dogmatis; ut, omnibus rite perpenſis, judicari poſſit de pertinentia cauſæ ad ipſum Tribunal, vel potius ad Ordinarium. 31. & ſeq. Denuntiationes frumenti & ſimilium in Provinciis Status Eccleſiaſtici exigi prohibentur. 18. Denuntiari tamen jubetur quantitas frumenti exrahendi a Statu, etiam a privilegiatis. 19.

DENUNCIATIONES Matrimonii ſine gravi cauſa non omittendæ. I. 77. Super trina denuntiatione Matrimonii non facile diſpenſandum. II. 15. Diſpenſandi facultas adimitur Nuntio Apoſtolico in Poloniæ Regno commoranti. 16. Denuntiationum lex pro contrahendis Matrimoniis in Servia & finitimis Regionibus ſervanda. 34.

DEPOSITARIA Cameræ Apoſtolicæ quæ mandata exequi debeat. III. 103. Vid. *Camera Apoſtolica*.

DEPOSITIONIS pœna ordinato a Pontifice an irrogari poſſit per Ordinarium diſputant, nec conveniunt Doctores. IX. 214.

DEPOSITUM. Vid. *Vincula*.

DEPUTATI Eccleſiaſtici in ſingulis locis Ditionis Pontificiæ pro negotiis ad Eccleſiaſticos etiam pertinentibus in publicis Conſiliis agitandis, eligendi ſunt duo, unus ex Clero Sæculari, alter ex Regulari. Si Regulares deſint, ambo ex Sæculari aſſumi poterunt. VII. 213. Deputati iſti interpellandi ſunt ubi aliquid ad Eccleſiaſticos pertineos pertractetur: Si adeſſe neglexerint, quidquid decretum fuerit, validum erit. *ibid.* Suffragium dumtaxat conſultivum habent, cum facultate recurrendi ad Superiores, ſi laici contrarium reſolverint. *ibid.* Deputati iidem vocandi ſunt, dum ratio redditur expenſarum, quæ ab Eccleſiaſticis etiam tolerantur, iiſque communicandi ſunt libri computorum, & competit facultas recurrendi ad Superiores, ſi quid injuſtum deprehenderint. *ibid.*

DERELICTA bona quænam ſint. VII. 238.

DEVOLUTIO Bonorum juriſdictionalium ſpectantium ad Monaſterium & Abbatiam Sub-

Sublacenſem, exiſtentium intra fines Ditionis Pontificiæ, ex quacunque cauſa contingat, Cameræ Apoſt. adjicitur. VIII. 153. Vid. *Sublacum*. *Bona Cameræ*.

DIACONALIS oblatio ad Prothesim juxta Græcam Liturgiam an & quomodo licita deſendi poſſit. IX. 113.

DIACONATUM pueris in ætate infantili conferunt Cophti. VI. 193. Sic ordinati tamen non cenſentur ante 16 ætatis annum ratam habuiſſe Ordinationem, & obligationibus Ordini adnexis ſe devinxiſſe, etiamſi in Ordine ſuſcepto, & in ſtatu cælibi miniſtraverint. 194. & ſeq. Ideo cum ad eam ætatem devenerint interrogandi ſunt a Præfecto Miſſionum Ægypti, utrum velint in ſuſcepto Ordine perſeverare. 195.

DIACONI Orientalis Eccleſiæ qui ordinati fuerunt in ſtatu cælibi, non poſſunt matrimonium contrahere. II. 214. Et ſi quod contraxerint, non modo illicitum eſt, ſed etiam nullum. *ibid.* Diaconi apud Cophtos ordinati in infantili ætate, poſtquam Ordinationem ſuam ratam habuerint matrimonium inire nequeunt. 215. Etiam poſt ejuratum ſchiſma. *ibid.* Quid ſi in Schiſmate degentes Ordinationem ratam habuerint, deindeque matrimonium contraxerint; an redeuntibus ad Eccleſiam indulgenda ſit diſpenſatio, ut uxores valeant retinere. *ibid.* Exempla hujuſmodi diſpenſationis. 216. Diaconia olim Dominici Sangoinis diſtributio fuit commiſſa, & ſubinde adempta ex juſtis cauſis. IX. 114. Diaconis non ea omnia delegari poſſunt quoad Corpus Chriſti myſticum, quæ delegantur Sacerdotibus. X. 23. Diaconos aliquando fuiſſe conſecratos Epiſcopos vel Pontifices, non ante ſuſcepto Presbyterali Ordine, ſatis liquido non probatur. IX. 206.

DICTATUM S. Gregorii VII Pontificis, genuinumne ſit an ſuppoſititium opus quæſtio eſt inter eruditos. IX. 104. Decretum quod in eo legitur, *Ut Papæ ſolius nomen in Eccleſia recitetur*, quomodo accipiendum. 105.

DIES feſti de præcepto. Vid. *Feſti dies*.

DIGESTA. Vid. *Pandectæ*.

DIGNIORES ad Eccleſiaſticas Dignitates nominandi ſeu præſentandi ſunt ab iis, qui legitimam ad hoc facultatem habent. I. 12. & VIII. 89. Dignioris electio. Vid. *Parochiarum Proviſio*.

DIGNITATES & Canonicatus Capituli Veronenſis vacantes in menſe ordinario, quomodo providendi. IX. 178. Vid. *Veronenſe Capitulum*.

DIMISSORIALES Literæ Ordinarii originis pro Ordinatione Regularium non requiruntur. IV. 38. Dimiſſoriales Literæ Superiorum Regularium ad alium Antiſtitem dirigi nequeunt, præterquam ad Ordinarium loci. *ibid.* Si tamen Epiſcopus Diœceſanus extra Diœceſim commoretur, vel Ordinationem conſuetis temporibus non ſit habiturus, ad alium dirigi poterunt. *ibid.* Sed ſi illis junctis non fuerit legitima atteſtatio de abſentia Epiſcopi, vel quod Ordinationes non ſit habiturus, pro nullis haberi ſtatuitur. *ib.* Dimiſſoriales Literas, ſeu celebrandi licentias ubique recipiendas poteſt Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ concedere his, qui apud ipſum ordinati ſunt. VII. 147. Dimiſſoriales ad Clericalem characterem omneſque Ordines ſuſcipiendos poteſt Capitulum Vaticanum concedere ſuis ſubditis ratione quarumdam Abbatiarum, ſeu Monaſteriorum eidem Capitulo uoitorum & ſubjectorum. 196 & ſeq. Dimiſſoriales Literas concedere prohibetur Delegatus Apoſt. perſonis quocunque titulo ſubjectis Monaſterio Monialium Ordinis S. Benedicti Civitatis Aquilejenſis. IX. 192.

DIŒCESES dividere & unire ad Rom. Pontificis auctoritatem pertinet. VII. 73. & 235. Diœceſis Aquilejenſis dividitur. 73. Diœceſes Urbinenſis & Goritienſis determinantur. 73. & ſeq. Diœceſum diſtributio pro Epiſcopis Maronitis. I. 100.

DIONYSIUS Petavius Soc. Jeſu Sacerdos plurima eruditione commendatur. IX. 97.

DIPLOMATA Civibus Romanis expedita cum expreſſione Patriciatus vel Nobilitatis, contra formam Decreti annullantur. III. 56. Vid. *Formula*.

DISCIPLINA Eccleſiaſtica mutationes aliquas recipit; quæ ſi fiant auctoritate Superiorum, & juſtis de cauſis, repreheodi non poſſunt. V. 125.

DISMEMBRATIONI, ſuppreſſioni, & erectioni Eccleſiarum, etiam Metropolitanarum, juſtam cauſam ſuppeditare poſſunt diſſidia, quæ aliter componi non poſſint. VIII. 7.

DISPARITAS cultus, Vid. *Impedimentum*.

DISPENSATIONES nec frequenter, nec ſine juſta cauſa concedendæ ex Concilio Trid. I. 108. & II. 219. Diſpenſationes ab obſervantia Eccleſiaſticæ Diſciplinæ levibus de cauſis non concedendæ. II. 222. Diſpenſationum expediendarum ratio. I. 108. *Diſpenſationes* pro Regularibus non conceduntur niſi de Superiorum Regularium conſenſu, vel ad eorum preces. V. 14. Diſpenſatio non concedatur Regulari, ut ad animarum Curam in Eccleſia Sæculari adminiſtrandam deputetur, niſi inſtante Epiſcopo, pro neceſſitate aut utilitate Eccleſiæ. VII. 80. Amplia, ut ea diſpenſatione indigeant etiam Canonici Regularea Lateranenſes, & SS. Salvatoris. *ibid.* Limita quoad Præmonſtratenſes *ibid.* Diſpenſationes ab Apoſt. Sede conceſſæ hæreticis ad fidem converſis, ut bona Eccleſiarum pridem occupata retinere poſſint. 140 Diſpenſationi

ni quandoque juſtam cauſam exhibet probabilis timor ne quis in apoſtaſiam prolabatur. VIII. 188. Diſpenſandi facultates Pœnitentiariis minoribus conceſſæ occaſione Jubilæi. VI. 83. Confeſſariis vero a Card. Vicario deſignaris. 86. Et Confeſſariis Regularibus. *ibid.* Confeſſariis autem eligendis extra Urbem in vim Bullæ extenſionis ejuſdem Jubilæi. 174 Diſpenſatio in votis diverſa eſt a commutatione. 120. Diſpenſatio ſuper Irregularitate non comprehenditur in facultate abſolvendi a Cenſuris. 124. De Diſpenſationibus quoad opera injuncta. 126. Diſpenſationes cum ſerio lucrandi Jubilæi animo obtentæ ſubſiſtunt, licet poſtea animus mutetur; ſed mutans peccati reum ſe conſtituit. 154. Diſpenſatio ſuper Irregularitatibus reſervatur Sedi Apoſt. I. 151. Diſpenſationes ab obſervantia Quadrageſimæ concedendæ non ſunt niſi adjecto præcepto de unica comeſtione, & de non permiſcendis epulis. I. 140. & II. 77. Diſpenſatio a Quadrageſimali jejunio nemini concedatur ſine legitima cauſa, nec Univerſitatibus abſque urgente neceſſitate. I. 41. Diſpenſationes generales ab obſervantia Quadrageſimæ pro integris populis concedi nequeunt abſque gravi cauſa. II. 119 Quæ cauſæ legitimæ haberi debeant. 220. Non ciborum caritas. *ibid.* Non militum ſtationes. *ibid.* Juſta cauſa reputatur deficientia piſcium, olei &c. 221. Et morbus epidemicus. *ibid.* Medicorum ſententiæ exquirendæ, eorum atteſtationes exhibendæ. 222. Alias diſpenſatio denegabitur. *ibid.* Diſpenſationes generales ſuper obſervantia Quadrageſimæ aliarumque abſtinentiarum, pro Communitatibus Patriarchatus Antiocheni, quomodo concedendæ. 24. Super Ritibus Eccleſiaſticis a S. Sede petendæ ſunt, nec ea inconſulta ab allo quolibet concedi poſſunt. 119. Adverſus Ritus & Canones Eccleſiæ Græcæ non conceduntur a Miſſionariis Latinis. 26. Diſpenſationum matrimonialium cauſæ veraciter exponendæ, & ab executoribus omnino verificandæ. I. 108. Earum executores verificare debent cauſas in Literis expreſſas. 109. Diſpenſationes matrimoniales non concedantur occultantibus fidei profeſſionem cum ſimulatione Mahumetiſmi. II. 34. Nec iis, qui matrimonium contrahere intendunt contra formam in Eccleſia ſtatutam. *ibid.* Quænam concedi poſſint a Pœnitentiaria Apoſt 53. Diſpenſationes a Dataria nulliter obtentæ quomodo revalidari poſſint. *ibid.* Super matrimonio rato & non conſummato quomodo concedendæ. I. 73. Diſpenſario convalidans in radice matrimonium inceſtuoſum, quibus in caſibus concedatur. II. 167. Ea obtenta, proles jam ſuſcepta legitima fit. *ibid.* Diſpenſatio cum Neophyris ad effectum contrahendi matrimonium cum fideli, abſque interpellatione prioris conjugis, in infidelitate relicti. II. 183. Diſpenſatio cum Diaconis Eccleſiæ Orientalis, qui matrimonium contraxerint poſt adeptum Ordinem Sacrum, ut ad Eccleſiæ unitatem converſi uxores valeant retinere, a Sede Apoſt. alias conceſſa fuit. 216. Diſpenſationes matrimoniales vel a Dataria Apoſt. vel a Pœnitentiaria, vel a S. Inquiſitionis Officio conceditur. V. 105. Super gradibus prohibitis ad effectum contrahendi cum hæreticis, regulariter a S. Sede non conceduntur niſi cum clauſula, *abjurata prius hæreſi*. 27. & 106. Diſpenſationes hujuſmodi exequendæ non ſunt, niſi exequutori conſtet de veritate eorum, quæ in precibus expoſita fuerunt. 27. Et niſi per authentica documenta conſtet, quod abjuratio hæreſis matrimonii celebrationem ſeipſa præceſſerit. 27. & 106. Diſpenſatio ſeu licentia pro contrahendo matrimonio cum hæreticis, non adjecta abjurandæ hæreſis conditione, nonniſi raro, & ut plurimum favore Supremorum Principum, & ob publicam & gravem cauſam, ab Apoſt. Sede conceſſa reperitur. 27. Et tunc plures cautelæ præſcribi conſueverunt, ne conjux catholicus perverſionis periculum incurrat, neque proles hæretici parentis errores ſequatur. *ibid.* Diſpenſationum Literæ ab Apoſt. Sede conceſſæ debent ab executoribus deputatis attente perpendi tum quoad eorum veritatem, tum quoad conditiones appoſitas. 28. Item facultates diſpenſandi in genere conceſſæ, ne præſcripti ſines tranſiliantur. 106. Diſpenſandi facultas, quæ ab Apoſt. Sede datur Epiſcopis in remotis Regionibus degentibus, non excedit tertium gradum in contrahendis. 105. In contractis vero, ſi agatur de hæreticis converſis, ad ſecundum quoque gradum pertingit. 106. Hujuſmodi facultas in uſum deduci nequit cum hæreticis ſeipſa non converſis, etiamſi converſionis ſpem aut promiſſionem obtendant. *ibid.* Diſpenſationes matrimoniales concedens vigore Indulti & Delegationis Apoſtolicæ debet delegationis mentionem facere, & indulti tenorem in diſpenſatione inſerere, cum expreſſione temporis, ad quod fuit conceſſum, ſub pœna nullitatis. *ibid.* Diſpenſario ſuper ætate ad contrahendum matrimonium quando malitia ſupplet ætatem, etiam ab Ordinario concedi poteſt. 27. Et hæc tam eſt diſpenſatio, quam declaratoria ſuper caſu, cui proviſum eſt in Jure. 28. Quando autem contrahentes rationis uſum habent, ſed nondum copulæ apti ſunt, hujuſmodi Diſpenſatio ab Apoſt. Sede dumtaxat impertiri poteſt. *ibid.* Quia nemo præter Papam derogare poteſt Juri Canonico, quod requirit in contrahentibus hujuſmodi actualem potentiam. *ibid.* Diſpenſandi facultas ſuper matrimoniis inter Orientales initis poſt Ordinem Sacrum, Apoſt. Sedi reſerva-

tur. VI. 196. Si hujuſmodi diſpenſationes aliquibus ex eis concedantur, renovatio conſenſus exigenda non erit. 197. Diſpenſationes Matrimoniales aliæque Apoſtolicæ Commiſſiones pro ſubditis quorumdam Monaſteriorum Capitulo Vaticano unitorum, Vicariis generalibus ibidem conſtitutis ſunt dirigendæ. VII. 198. Diſpenſatio matrimonialis ſuper tertio & quarto gradu ſimplici non ſe extendit, nec tollit impedimentum duplicis tertii & quarti gradus. IX. 80. 83. Diſpenſatio matrimonialis obtenta ſuper remotiori, obticito proximiori, eſt valida, modo hic primum gradum nullatenus attingat. 83. Diſpenſatio in radice matrimonii a ſolo Rom. Pontifice, & quidem nonniſi ex cauſis admodum urgentibus conceditur. *ibid.* Quis ſit hujuſmodi diſpenſationis effectus. *ibid.* Diſpenſatio in radice matrimonii ab altero obtenta, ſub narrativa, quod alter conjux impedimentum ignoraret, nulla eſt, ſi alter demonſtret, ſe impedimenti conſcium fuiſſe ante petitam obtentamque diſpenſationem. 82. Scientia tamen & diſſenſus poſt diſpenſationem ſuperveniens non attenditur. *ibid.* Diſpenſatio ſuper impedimentis matrimonii, an, & quando, & ad quos effectus concedi poſſit a Sacerdotibus Soc. Jeſu Miſſionariis per Indias Orientales & Occidentales. 224.

DISTRACTIO rerum quæ ſint de ſpolio defuncti Præſulis in Neapolitano Regno, interdicitur uſque ad captam a Succeſſore poſſeſſionem, quatenus res tamdiu ſervari poſſint. IX. 144. Vid. *Spolia*.

DISTRIBUTIONES non lucrantur Canonici Choro intereſſentes, qui cum cæteris non pſallunt. II. 90.

DISTRICTUS Urbis ad quadrageſimum milliare pertingit. II. 174. Epiſcopi & Ordinarii in diſtrictu Urbis exiſtentes plenam & privativam habent juriſdictionem in ſuos ſubditos in prima inſtantia intra fines ſuarum Diœceſum & Territoriorum. *ibid.* Quid competat Card. Vicario Urbis in iis Diœceſibus & Territoriis. Vid. *Vicarius*. Quid Curiæ Capitolinæ. Vid. *Capitolina Curia*.

DIVORTIA Græcorum, quoad vinculum, irritantur, & fieri deinceps prohibentur. I. 153.

DOCTORATUS laurea in utroque vel altero Jure a nemine conferri poteſt in Urbe, præter Advocatos Conſiſt. II. 104. Excepto Collegio Protonotariorum Apoſt. participantium. 106. Doctoratus in extera Univerſitate in poſterum adeptus non ſuffragatur ad obtinenda Officia aut Beneficia in Urbe & Curia Rom. pro quibus obeundis requiritur Doctoris gradus. *ibid.* Exceptis Officiis alicui Nationi, vel Univerſitati a Sede Apoſt. conceſſis. 107. Doctoratus neceſſitas quoad eligendos in Vicarios generales ſive Capitulares, ſublata eſt pro iis Miſſionum Religionibus, in quibus Vicarios ita qualificatos reperire perdifficile eſt. IX. 78.

DOCTORES in abſentia nulliter promoti de præterito a Collegio Protonotariorum, habilitantur, ut hujuſmodi gradus eis ſuffragetur ad omnes effectus; cum prohibitione in poſterum. II. 105. Doctores ſex quolibet anno creari poſſunt in Urbe a Collegio Protonotariorum Apoſt. etiam non pauperes, neque familiares. 106. Eorum tamen numerus uno anno non completus reintegrari nequit in ſubſequenti. *ibid.* Ipſique promoti non gaudent privilegiis ſibi competentibus antequam rogitus eorum promotionis in Archivum relatus fuerit. *ibid.*

DOCTRINA CHRISTIANA fidelibus populis tradenda ab Epiſcopis. I. 93. A Parochis aliiſque animarum Curam habentibus. 94. Item a reliquis Eccleſiaſticis, a Magiſtris, a patribusfamilias, a ſodalibus huic operi addictis, & a reliquis invicem viris & mulieribus. *ibid.* Tradenda eſt etiam in Eccleſiis ruralibus non parochialibus. 96. Non ſolum pueris, ſed & adultis eſt neceſſaria. 95. Qua ratione providendum inſtitutioni fidelium omnis ætatis & gradus. *ibid.* Præſcribitur uniformitas in methodo & ratione docendi Doctrinam Chriſtianam. 96. Doctrinæ Chriſtianæ Archiconfraternitas in Baſilica S. Petri a Paulo V erecta ſub regimine Card. Vicarii Urbis. III. 67. Eccleſiæ tunc illi conceſſæ, ſicut & alia a Clemente XII eidem unita, nimis anguſtæ, & ab Urbis centro nimis diſſitæ erant. 68. Item ejuſdem reditus nimis tenues pro oneribus piorum operum illi incumbentibus. *ibid.* Ideo Pontifex eidem concedit Eccleſiam S. Mariæ de Planctu, & aſſignat reditus alterius Archiconfraternitatis in dicta Eccleſia exiſtentis, quam ſupprimit. 71. Cum onere adimplendi pia legata aliaque onera. *ibid.* Et injuncta lege erigendi Congregationem adoleſcentum, qui in uberiori Catechiſmi explicatione exerceantur. *ibid.* Doctrina Chriſtiana quomodo tradenda rudibus præſertim hominibus. VIII. 198. Quid præſtare debeant Epiſcopi, ut ea a nemine ignoretur. *ibid.* S. Carolus Borromæus quantopere hac in re adlaboraverit. *ibid.* Chriſtiana Doctrina eruditur ii, qui in Baſilicis Urbis ſe exercent ſervilibus operibus ad obtinendas diſpenſationes ſuper impedimentis matrimonialibus. 196. Ei tradendæ quibus potiſſimum onus incumbat. 198. Doctrinas in Occidentalibus Indiis ſoli Regulares obtinebant. VII. 79. Vid. *Parochia*.

DOCTRINÆ CHRISTIANÆ Congregatio Clericorum Sæcularium a Pio V erecta, a Gregorio XIII in Eccleſia S. Agathæ de Urbe conſtituta; & a Paulo V, & a Gregorio XV confirmata. IV. 199. Hanc Congre-

gregationem Pontifex invenit ad deteriorem ſtatum redactam, abſque ſpe majoris incrementi, ideoque eam uniendo ſubjecit Provinciæ Romanæ Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ Avenionenſis. *ibid.*

DOHANARUM Præſes quotannis rationes reddere tenetur. III. 99.

DOMINICA quarta Quadrageſimæ dicitur, & eſt dies Lætitiæ, & quid in ea enuntietur. VII. 32. In ea Rom. Pontifex non ſolet Miſſam Puntificaliter celebrare. 26. Sed Roſam Auream benedicere conſuevit. 34. Vid. *Roſa*.

DOMINICI (S.) Archiepiſcopo ſcribitur ſuper legitimatione filiorum ex adulterio procreatorum. II. 158. S. Dominici Inſulæ habitatoribus quomodo conceſſa fuerit diſpenſatio ab obſervantia Quadrageſimali. 221. In S. Dominici Civitate in Inſula Hiſpaniola Collegium Soc. Jeſu in publicam Univerſitatem ſtudiorum a Pontifice erigitur, & ejuſdem Societatis Præpoſiti generalis curæ & regimini ſubjicitur. IV. 170. Ejuſque Miniſtris, Magiſtris &c. eumulativa Privilegiorum aliarum Univerſitatum indulgetur. 171. Necnon Rectori tribuitur facultas conferendi Gradus, ſervata forma Decretorum Vien. & Trid. Conciliorum. *ibid.* Quæ tamen facultas de conſenſu partium cumulative quoque competit Priori Conventus Fratrum Prædicatorum ejuſdem Civitatis. *ibid.*

DOMINIUM ab uno ad alium transfertur vel diſpoſitione Juris, vel prioris Domini voluntate. VII. 136. Voluntas hæc concurrere cenſetur, ut bona mobilia per vim hoſtilem amiſſa tranſeant in Dominium illius, qui ea a, raptoribus emerit, ſed id non præſumitur quoad immobilia. *ibid.* Dominium rerum in bello juſto caparum in victorem transfertur; mobilium ſcilicet in primum occupantem; immobilium vero in ſupremum Principem qui bellum intulit. 124. Vid. *Bona. Servus.* Dominium, an vero ſola diſpenſatio Bonorum Eccleſiæ ſit penes Rom. Pontificem. Vid. *Papa*.

DOMUS. Vid. *Congrui jus Centumcellæ*.

DOTARE filiam mater deber, impotente patre. VII. 106. Amplia quoad matrem infidelem erga filiam chriſtianam, etiamſi pater chriſtianus ad eam dotandam impotens non probetur. *ibid.*

DUBIA circa juriſdictionem Epiſcopi Lauretani, & Gubernatores ipſius Civitatis & Almæ Domus, a Sum. Pontifice reſoluta. III. 196. Dubia a P. Franciſco Longobardo Tunerl Miſſionario tranſmiſſa ad Congr. de Propaganda fide, & ab hac ad Congr. S. Officii remiſſa. VII. 126. Quædam ex iis propoſita fuerunt coram Urbano VIII, qui Reſponſa edidit. De aliis non adſunt niſi Reſponſa Theologorum & Conſultorum earumdem Congregationum. *ibid.* Dubium ubi occurrit, in favorem fidei eſt reſolvendum. 110.

DUCUM Neuburgii factum, & obſequium erga Rom. Pontifices laudatur. VIII. 192.

DUELLUM committentes quibus pœnis & cenſuris fiant obnoxii juxta Trid. Concilii prædeceſſorumque Pontificum Sanctiones. VIII. 38. Hujuſmodi pœnas a ſolemnibus ad privata duella protendit Gregorius duodecimus. *ibid.* Et Clemens VIII. ad provocantes, ſuadentes, opera conſiliumve præſtantes, ſpectatores quoque atque permittentes duellum. *ibid.* Propoſitiones de Duello damnatæ ab Alexandro ſeptimo. *ibid.* Quinque propoſitiones nuper evulgatæ, tamquam falſæ & ſcandaloſæ proſcribuntur. 39. Duello publico ſeu privato alium interficiens immunitatis Eccleſiaſticæ beneficio privatur. 40. Idque etiam vivente adhuc ſaucio, ſi ex recepto vulnere grave immineat vitæ periculum, & percuſſorem ex ipſo loco immuni evadere poſſe proſpiciatur. *ibid.* Sepultura vero Sacra denegatur cuique, qui in Duello, vel ex vulnere in Duello accepto obierit etiam ante ſententiam Judicis, ac licet datis non dubiis pœnitentiæ ſignis. *ibid.* Duellorum prohibitivis Sanctionibus Hieroſolymirani Fratres eorumque ſubditi ſubjiciuntur. *ibid.*

DURANDI opinio de nullitate Baptiſmi infantibus collati ſine conſenſu parentum, reprobatur. IV. 60.

DUUMVIRORUM Neapolitano Hoſpitali S. Angeli a Nido Præpoſitorum auctoritas & exemptio a jurisdictione Archiepiſcopi. IX. 85. Vid. *Hoſpitale*.

E

ECCleſia. Nobilibus & plebeiis communes eſſe debent Eccleſiæ. II. 131. Eccleſiarum Germaniæ ſæcularizatio a quibuſdam propoſita in anteceſſum damnatur, & nunquam toleranda edicitur. II. 38. Eccleſiæ omnes quæ in Diœceſi reperiuntur, Epiſcopo ſunt ſubjectæ. IV. 184. Eccleſiis & locis piis Centumcellæ Pontifex ſodulget, ut in Suburbiis ædificando, in evidentem Eccleſiæ utilitatem pecunias erogaſſe cenſeantur. 180. Eccleſia S. Mariæ de Planctu de Urbe conceditur Archiconfraternitati Doctrinæ Chriſtianæ. III. 68. Eccleſias lummopere decet cultus atque mundities licet pauperes ſint. V. 174. Item cantus gravis, & univerſa Muſicæ tario a profana & theatrali omnino diverſa. 191. Eccleſiis debentur ſupellex & alia Ornamenta Sacra Epiſcopotum aliorumque Beneficia poſſidentium. 203. Vid. *Supellex*. In Eccleſia quondam Patriarchali Aquilejenſi extinguitur Carhedralitas, Capitulum &c. ac etiam Parochialitas ſupprimitur, & transfertur ad aliam Parochialem Eccleſiam ejuſdem Civi-

tatis. VII. 75. Ipſa vero Eccleſia a cujuslibet Ordinarii jurisdictione exempta, Apoſtolicæ Sedi ſubjicitur, a Delegato Apoſtolico regenda. 76. Eccleſiarum Baſilicæ Vaticanæ filiarum conſecratio ad ejuſdem Baſilicæ Archipresbyterum ſpectat. 148. Eccleſiæ quæcumque Capitulo Vaticano ſubjectæ interdici nequeunt ab Ordinariis locorum, inconſulta Sede Apoſt. niſi quando generale fuerit interdictum. 192. Eccleſia una eademque quandoque communis fuit Græcis & Latinis. IX. 44. In Latinis Eccleſiis an unum vel plura Altaria fuerint antiquitus, diſputant eruditi. 45. Quid de Græcis. Vid. *Altaria*. Eccleſia per Conſecrationis actum, juxta vetuſtiorem diſciplinam Conſecranti ſubjiciebatur, etiamſi fuiſſet alienæ Diœceſis. 153. Eccleſia de cujus Conſecratione dubitatur, an conſecrari debeat. 146. Ab hæreticis conſecratæ Eccleſiæ an & quando ſint iterum conſecrandæ. 148. Vid. *Conſecratio*. Eccleſia Sancti Blaſii Venetiarum perdiu communis fuit Græcis & Latinis. 44. Eccleſia Lucenſis. Vid. *Lucenſis Reſpublica*. Eccleſiæ Cathedrales in partibus infidelium ſitæ, habentes populum fidelem, quomodo providendæ. 219. De earum ſtatu quomodo inquirendum ſit, ac conficiendi Proceſſus. *ibid.* Vid. *Proceſſus*. Eccleſiarum Bona. Vid. *Papa. Bona.* Eccleſias inconſulto Rom. Pontifice, juxta vetuſtiorem Eccleſiæ Diſciplinam, ipſis Epiſcopis conſecrare non licebat. X. 24. Vid. *Conſecratio*.

ECCLESIASTICI in bellis non ſunt pars Reipublicæ nocentis, ideo non Cædendi. VII. 125. & ſeq. Eccleſiaſticorum bona & animalia quænam intelligenda ſint in Cauſis de damno dato in Ditione Pontificia, & ad quid teneantur. VI. 218. Eccleſiaſtici ejuſdem Ditionis ſuos Deputatos eligere debent. VII. 213. Vid. *Deputati*. Eccleſiaſtici homicidæ immunitate non gaudent: eorum tamen Cauſa a Judice Eccleſiaſtico cognoſci debet. VI. 187. Vid. *Homicida*. Eccleſiaſticas perſonas ſive Collegia trahentes ad Tribunalia Laicalia excommunicantur. I. 32. Eccleſiaſtica Officia obtinentes in Ordine Equeſtri S. Georgii Martyris quomodo jurare debeant circa defenſionem fidei. 68.

EDICTA a Præſidibus Provinciarum Status Eccleſiaſtici publicata de denuntianda quantitate frumenti & ſimilium irritantur. VI. 18.

EDUCANDARUM puellarum admiſſio in Monaſterium fieri nequit ſine Apoſtol. licentia, & Ordinariorum examine. IV. 35.

EINSILDENSIS Monaſterii Abbatibus, iterato Pontificio indulto conceſſa facultas conſecrandi Eccleſias, eaſque pollutas reconciliandi. X. 25. Einſildenſis Sacelli mira Conſecratio, prout ab aliquibus narrata, recenſetur. *ibid.*

ELECTIO. Pacta, ſeu Capitulationes, ante electionem ſtipulata, irrita ſunt, etſi æqua videantur: idque obtinet etiam quoad Collegia, Capitula, ſeu Monaſteria ſæminarum, vel quæ mixta dicuntur. VIII. 23. Electiones num iiſdem legibus peragantur in Orientali ac in Occidentali Eccleſia. X. 36. Electiones aliaque negotia in Ordine Minimorum S. Franciſci de Paula, poſt tertium ſcrutinium non abſoluta, judicio Correctoris Generalis vel Provincialis dirimuntur & perficiuntur. VIII. 168. Electionis & confirmationis vim habet Conſiſtorialis Proviſio. IX. 198. Electionis & Confirmationis Epiſcoporum locum ſupplet proviſio Conſiſtorialis a Pontifice facta. IV. 158. Electio Jo: Petri Meindarts pſeudo-Archiep. Ultraject. nulla. I. 176. Hieronymi de Bock Pſeudo-Epiſcopi Harlemen. nulla declaratur. *ibid.* Joannis Van-Sriphout in Epiſcopum Harlemens. nulla. 223. Duorum Patriarcharum Maronitarum a diſſidentibus Antiſtitibus illius Nationis facta, caſſatur, & annullatur. I. 216. Electio Dignioris. Vid. *Parochialium Collatio*.

EISTETENSI Epiſcopo conceditur privilegium elevandi Crucem more Archiepiſcoporum. II. 226.

ELEEMOSYNÆ pro celebratione Miſſarum oblatæ integre & fideliter in id erogandæ. I. 48. Vid. *Mercimonia*. Pro expeditione adverſus infideles collatæ ne in aliam quamlibet cauſam impendantur. II. 22. A Regularibus fieri & diſtribui poſſunt, opportunis facultatibus obtentis. IV. 34. Eleemoſynarum ſcandaloſi Quæſtores in tribus Œcumenicis Conciliis proſcripti ſunt. V. 212. Tolerantur alii ſub quibuſdam legibus, dummodo *Petitores*, non *Quæſtores* dicantur. *ibid.* Vid. *Miſſa*.

ELEEMOSYNARIUS *Regius*. Vid. *Capellanus Major.*

ELEVATIO Corporis B. Camilli de Lellis. I. 110. Elevatio Corporis Ven. Servi Dei Joſephi a Matre Dei committitur Promotori fidei. V. 16. Vid. *Joſeph.*

ELIÆ Archiepiſcopi Nicoſienſis Decreta Synodalia de Græcis Ritibus retinendis. IX. 28.

ELISABETHÆ (S.) Vid. Luſitanorum Reginæ virtutes, miracula &c. I. 125.

EMOLUMENTA a temporali juriſdictione provenientia in Diſtrictu ad Sublacenſem Abbatiam ſpectante diſtincte judicantur in Motu proprio. VIII. 152. Vid. *Sublacum*.

EMPHYTEUTICA bona Baſilicæ Vaticanæ & Eccleſiarum & Locorum ab ea dependentium, ubicunque ſita, ſi devolvantur, non ſunt neceſſario reinveſtienda, ſed amen-

Digitized by Google

mensari possunt, quibuscunque non obstantibus. VII. 156. Caducitates ab Emphyteutis incursæ possunt a Capitolo ejusdem Basilicæ, ante captam realem possessionem, condonari sine Beneplacito Apost. 157. Emphyteusis. Vid. *Bona*.

EMPTIO segetum, leguminum &c. ad exercendam super iis mercaturam fieri nequit, nisi in publicis foris. V. 32. Res autem ita emptæ statim alio exportari, ibique venales proponi debent. *ibid.* Emptio bonorum Ecclesiasticorum ad hæreticis occupatorum an justum tribuat titulum Emptori eadem retinendi. VIII. 184. Vid. *Bona*. Emptor rei mobilis a pyratis aliisque injustis hostibus raptæ eam retinere, & in suos usus convertere potest, dummodo paratus sit priori Domino illam pro justo pretio reddere. VII. 129. Emptor fundi immobilis in bello injusto ab hostibus occupati, nec illum invito Domino retinere, neque pretium ab eo repetere potest. 131. Empror rei furtivæ, ignatus furti, comparente legitimo Domino rem restituere tenetur. 135. Multo magis si sciebat, vel dubitabat, aut suspicabatur furtivam rem esse. 137

ENERGUMENI quomodo exorcizari debeant. III. 31.

ENGELBERTUS Abbas Monasterii Campidunensis hæreticos ad fidem Catholicam revocare studuit, & facultatem ministrandi suis subditis Sacrament. Confirmationis obtinuit. V. 206.

ENUNTIATIVA in Lege non habet vim legis. II. 166. Enuntiativæ expressiones non sufficiunt ad probandam omnimodam exemptionem a jurisdictione Ordinarii. IV 192.

EPISCOPATUS. Episcopalis Ordo, ratione ipsius Ordinis, præstat Dignitati Cardinalis Presbyteri aut Diaconi, quia multa facit Episcopus ratione Ordinis, quæ Cardinales facere non possunt. IV. 198. Episcopatus cum Cardinalatus Officio incompatibilis olim censebatur, nec alii Episcopi inter Cardinales erant præter septem prius, postea vero sex suburbicarii. 154. Dein tamen usus invaluit, ut etiam Cardinales Cathedralibus Ecclesiis præficerentur, idque approbatum fuit a Concilio Tridentino, dummodo ipsi Cardinales apud suas Ecclesias residerent. *ibid.* Episcopatus non extinguitur per extinctionem Capituli. 146. Episcopatus Titulares Ecclesiarum in partibus infidelium laudabiliter conferuntur ubi hujusmodi Episcoporum opera aliquam Ecclesiæ utilitatem afferat. 150. Episcopatus Titulares quando Cardinalibus conferendi sint. 152. Episcopatus erigere, supprimere, dividere & unire ad jura Rom. Pontificis pertinet. VII. 73. & 234. Ubi vide Aquilejensis Patriarchatus suppressionem, ejusque Diœcesis & Provinciæ divisionem, nec non erectionem Archiepiscopatuum Utinensis & Goritiensis, cum respectiva Diœcesum & Provinciarum attributione. Episcopatus Telesinensis erectio, ejusque unio Juvenacensi. VI. 34. Episcopatus Suffraganei Metropolitanis Ecclesiis Utinensi & Goritiensi nuper erectis subjecti. VII. 73. Episcopatus quosdam in remotissimis Regionibus Rex Portugalliæ creavit. 215. Episcopatu indignus est qui illum petit vel appetit. VIII. 89. Episcopatus nihil superaddit Sacerdotio per relationem quoad Corpus Domini verum, sed multo majorem Jurisdictionem quoad Corpus Domini mysticum. X. 23. Episcopatus an & quomodo distinctus sit a Presbyteratu, disputant Theologi. IX. 206. Episcopalis Consecratio. Vid. *Consecratio Episcoporum*.

EPISCOPI omnes excitantur ad sui muneris Implementum. I. 4. Episcoporum Residentia in certis & fixis Diœcesibus necessaria. 97. Episcoporum delectus Congregationi particulari demandatur. 10. Et examen Causarum pro eorumdem translatione de una ad aliam Ecclesiam. 12. Episcopis commendatur Ministrorum delectus. II. 17. Sacrorum Ministrorum adjumenta petere debent pro recta suarum Diœcesum institutione. III. 19. Ipsi exemplo præire, Diœceses visitare, & in eis residere suadentur. 21. Excitantur ad evellendos abusus contra Ecclesiastici jejunii observantiam invectos. I. 55. Eorum vigilantiæ potissimum commendata est a Concilio Trident. observantia jejuniorum. II. 27. Ad Episcopos pertinet publicas preces indicere & designare. 5. Episcopi aliique Ecclesiarum Prælati offendi prohibentur sub pœna excommunicationis. I. 31. Episcoporum jurisdictio in Ecclesias Parochiales Regularium & personas curam animarum subditorum Sæcularium in eis exercentes. II. 141. Et in subditos Ecclesiarum exemptarum ab ipsius jurisdictione & visitatione, ratione residentiæ ordinariæ principalis Superioris Generalis 145. Episcopi jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt omnes animarum curam gerentes, vel Sacramenta administrantes in Ecclesiis Regularium in his quæ ad dictam Curam & administrationem pertinent. 141 Quod intelligitur de jurisdictione ordinaria, non vero delegata. 144. Vid. *Regulares*. Episcopus cognoscere potest de vita & moribus Parochi Regularis, iis exceptis, quæ pertinent ad observantiam Disciplinæ Regularis. 143. Debet præcipue inquirere de omnibus quæ spectant ab officium Parochi, quorum enumerationem vide. *ibid.* Delinquentem Parochum Regularem corrigere potest: in quo cumulative jurisdictionem habet cum Superiore Regulari. *ibid.* Cum præponderantia. *ibid.* Etiam removere absque consensu Superioris Regularis. 144. Parochianos vero Sæcula

Digitized by Google

culares corrigere & reformare ad Episcoum Privative spectat. 143. Quænam visitare possit in Ecclesiis Parochialibus Regularium. *ib.* Ejus consensus & approbatio necessaria sunt, ut Regularis animarum curam assumere queat. 144. Etiam in Ecclesiis ab ipsius jurisdictione & visitatione exemptis, ratione Residentiæ ordinariæ Superioris Generalis. 145. Ministrare potest Sacramentum Confirmationis in Ecclesiis Regularium, sive Parochialibus, sive non Parochialibus, arbitrio suo. 143. Episcoporum aliorumque Ordinariorum judicio Pontifex multum defert in collatione Parochialium. I. 194. Episcopi aliique Superiores Prælati non absolvuntur a Pœnitentiaria Apost. a Censuris, vigore Litterarum in Cœna Domini publice incursis. II. 49. Episcopale jus cum jurisdictione in Clerum & populum non intelligitur cessum Prælato inferiori per verba generalia. I. 212. Vid. *Prælatus inferior*. Episcopi Cardinales Episcopatuum suburbicariorum plenam & privativam jurisdictionem habent in prima instantia in suos subditos intra fines suarum Diœcesum. II. 174. Episcopi intra Districtum Urbis. Vid. *Districtus*. Episcoporum & Gubernatorum per Ditionem Ecclesiasticam constitutorum controversiæ cæremoniales definiuntur. I. 40. Episcoporum Latinorum jurisdictio ordinaria in Græcos & Albanenses in Diœcesibus suis commorantes, asseritur. 153. Vid. *Græci*. Episcopi Græci Latinos ordinare nequeunt, nec Latini Græcos, sub pœna suspensionis. 149. Episcoporum Græcorum Melchitarum jurisdictio asseritur adversus attentata Prælatorum Maronitarum. II. 25. Episcopi Regnorum Madurens. Massur. & Carnaten. jurare debent observantiam Const. Apost. Iremque alia ipsis præscribuntur communiter cum Missionariis. *ib.* Vid. *Missionarii*. Episcopus habet assistentiam juris pro omnimoda jurisdictione ejusque exercitio in omnes Ecclesias & loca sita intra fines suæ Diœcesis. IV. 127. Amplia, ut etiam Monachi, eorumque Monasteria & Ecclesiæ jurisdictioni Episcopi Diœcesani subjiciantur; nisi de eorum exemptione constet. 183. Actus jurisdictionis, etiam singularis, ab Episcopo exerciti in loco, aut territorio intra Diœcesis fines constituto, totam ipsius ordinariam jurisdictionem probant & præservant. 127. Non potest in eorum jus Episcopale dimittere, & propria auctoritate Ecclesiam aut Monasterium a sua ordinaria jurisdictione immunem efficere, sed opus est privilegio Apostolico. 184. Episcopi Diœcesani consensus a Rom. Pontificibus exquiri consuevit ad concedendam Monasteriis plenam exemptionem ab eorum ordinaria jurisdictione. 187. Episcopis quanta obedientia & reverentia debita sit ab eorum Clericis. 31. Jurisdictionem habent in Civilibus in omnes Regulares III. 69. Item Regulares in extra claustra degentes omnimodam jurisdictionem habent tamquam Sedis Apost. Delegati. 108. In Regulares animarum Curam exercentes in Indiis tam Orientalibus quam Occidentalibus, & in eorum Ecclesias, tam in his quæ ad hujusmodi curam pertinent, legitimam jurisdictionem habent, ad formam Concilii Trid. & Constitutionum Apost. 64. Ab Episcopo Diœcesano Ordines Regularibus conferri debent, prævio examine. IV. 37. Nec Regulares ad alium Episcopum recurrere possunt, nisi Diœcesanus a Residentia sit absens, vel Ordinationes in Temporibus non sit habiturus. 38. Episcopi non arctantur privilegiis Regularium de Ordinibus suscipiendis extra Tempora. *ib.* Episcopi, qui Regulares contra præscripta in Decretis Concilii Trid. & Clementis VIII ad Sacros Ordines promovent, incurrunt pœnas in Jure statutas contra Ordinantes alienos subditos absque eorum Superiorum Dimissoriis. *ibid* Vid. *Regularis. Ordinatio*. Episcopi approbatio specialis requiritur pro Confessariis tam ordinariis, quam extraordinariis Monialium. V. 79. Ad Episcopum spectat Confessarios tam ordinarios quam extraordinarios deputare pro Monasteriis Monialium sibi immediate subjectis. 80. Item extraordinarios deputare pro Monasteriis quæ Regularibus subsunt, si eorum Prælati neglexerint adimplere Decretum Concilii Trid. de hujusmodi deputationibus bis aut ter in anno faciendis. *ibid.* Item pro hujusmodi Monasteriis, quibus a Prælato Regulari semel saltem in anno oblatus non fuerit Confessarius e Clero Sæculari, vel alio Ordine Regulari, si ita expedire judicaverit. 93. Item pro Monialibus peculiaribus, quibus in gravi infirmitate a Prælato Regulari denegatus fuerit Confessarius extra ordinem. 95. Similiter pro iis, quæ insuperabili reluctantia affectæ sunt erga Confessarium ordinarium. *ibid.* Episcopus in deputandis Confessariis extra ordinem pro Monasteriis aut Monialibus sibi non immediate subjectis, in casibus sibi permissis, non tenetur eos eligere ex eo Ordine, cujus est Monasterii Prælatus. 94. Episcopis Pontifex suadet, ut nimis difficiles non sint in concedendo Confessarios extraordinarios Monasteriis & Monialibus sibi subjectis, id juste petentibus, etiam ultra præscriptum in Concilio Trid. *ibid.* Item ut Regulam statutam pro Monasteriis Monialium in rigorosa Clausura viventium similiter servent, quoad Conservatoria, Domos, Monasteria sine clausura. 80. Episcoporum olim privativum jus erat benedictionem super populum impertiri. 17. Episcopo licet in tota Diœcesi & locis ipsius etiam exemptis populo benedicere. *ibid.* Ei de jure competit Benedictionem trino ductu impertiri. *ibid.* Vid. *Abbas*. In his quæ pertinent ad Missarum celebrationem procedere

dere poſſint contra quoſcunque etiam exemptos, tamquam Delegati S. Sedis. III. 172. Concedere nequit licentiam iterandi Sacrificium ſine gravi neceſſitate. 80. Ad eum ſpectat licentiam concedere, ut SS. Sacramentum publice exponatur. 84. Epiſcopis ampliatur facultas impertiendi Benedictionem auctoritate Apoſt. cum indulgentia plenaria fidelibus in mortis articulo conſtitutis. IV. 131 Et adjicitur facultas ſubdelegandi Sacerdotes tam in Civitatibus, quam in Diœceſibus, qui eam applicare valeant etiam de die. 134. Epiſcopus tenetur ſequi judicium Patroni Eccleſiaſtici in electione dignioris inter approbatos ab examinatoribus, ſi nemo adverſus Patroni judicium reclamet. III. 82. Contra vero, ſi inter approbatos ab examinatoribus ſit qui reclamet a præelectione Patroni. 84. Denegare nequit Clerico, atque etiam Canonico & Parocho licentiam ingrediendi Religionem. IV. 33. Juxta Innocentii IV ſententiam revocare poteſt Sæcularem Clericum a Clauſtris Religionis, quando Eccleſia ex illius digreſſu gravius lædatur. 31. Quomodo providere debeat Animarum Curæ, dum Parochus Religionem ingreſſus nondum profeſſionem emiſit. 33. Quomodo etiam quoad Beneficia choralia. 34. Epiſcopi procedere poſſunt & debent adverſus Confeſſarios exquirentes a pœnitentibus complicum nomina, niſi in ipſo delicto de pravo dogmate ſuſpecti ſint. III. 112. Epiſcopi Eccleſiaſticæ Ditionis quibus honoribus proſequendi ſint a Gubernatoribus Prælatis, Vicelegatis, & Præſidibus Provinciarum. 190. Epiſcopus electus & confirmatus conſecrationem petere debet intra tres menſes ſub pœna amittendi fructus, atque etiam Eccleſiam. IV. 158. Epiſcopi reſidentes in ſuis Diœceſibus a S. Sede beneficiis cumulantur. 176. Epiſcopi, etiam Cardinales, Reſidentiæ lege tenentur. 183. & IV. 156. Epiſcopis non licet abeſſe ab Eccleſia per tempora Adventus, Quadrageſimæ &c. III. 177. Niſi forte eos Epiſcopalia munia in aliis Diœceſis locis detineant. *ibid.* Poſt eorum promotionem, tranſacto menſe, ad ſuam quiſque Diœceſim ſe conferre tenentur. *ibid.* Ratione viſitationis Sac. Liminum quanto tempore a ſuis Diœceſibus abeſſe poſſint. *ib.* Epiſcopis poſtulantibus licentiam abeſſendi a propriis Eccleſiis cauſa inſalubritatis æris quid præcipiatur. 181. Quid petentibus hujuſmodi licentiam aliis de cauſis. 180. Epiſcopis qua forma & quibus cautelis concedi debeat licentia abeſſendi a propriis Diœceſibus. *ibid.* Vid. *Reſidentia*. Denuntiare debent alios Epiſcopos non reſidentes. 181. Epiſcoporum onera & officia diverſi generis enunciantur. IV. 133. Epiſcopus juxta Trid. Synodum quotannis ſi non totam, ſaltem aliquam ſuæ Diœceſis partem luſtrare tenetur. *ibid.* Eccleſiarum ſuarum Relationes qua methodo exhibere debeat Congregationi Concilii. 185. Epiſcopos Pontifex admonet, ut ad ægrotos perſonaliter accedant benedictionem cum indulgentia plenaria in articulo mortis eiſdem collaturi. 135. Epiſcopos vehementer hortatur Pontifex ad exercenda publice pia opera, præcipue Bacchanaliorum tempore. 222. Utque eo tempore SS. Sacramentum per triduum exponi publice curent. *ibid.* Ideoque fidelibus viſitantibus SS. Sacramentum Pontifex concedit indulgentiam plenariam. *ibid.* Epiſcopis in remotis degentibus quæ facultates concedantur a S. Sede circa Diſpenſationes matrimoniales. V. 103. Hi tamen in earum conceſſione mentionem facere tenentur de facultate a Sede Apoſt. ſibi impertita, ſub pœna nullitatis. 106. Vid. *Diſpenſatio*. Epiſcopus duarum Eccleſ. unitarum an die Cœnæ Domini, poſſit in utraque Miſſam celebrare. III. 77. Epiſcopi Suffragnei, annua præſtatione ſuper Menſa Epiſcopali ipſis conſtituta provideri debent de congrua ſuſtentatione. IV. 167. Epiſcopi Titulares valide ſed illicite Ordines conferunt ſine licentia Ordinarii in cujus Diœceſi degunt. 156. Epiſcopus Titularis jutiſdictionem exercere poteſt in ſubditos Eccleſiæ ſibi aſſignatæ, ſi ad Chriſtianam Religionem convertantur. 158. Epiſcopi quamplurimi imminutionem dierum Feſtorum a Pontifice poſtularunt. V. 123. Et pluriym conſilia Pontifex exquiſivit ſuper ſubſtantia & modo hujuſmodi reductionis. Vid. *Feſti dies*. De Epiſcopi Lauretani jutiſdictione in concurſu Gubernatoris, Decreta edita, & dubia reſoluta. III. 196. Epiſcopi in myſtica Eccleſiæ militantis legione principem locum tenentes, doctrina & exemplo plurimum prodeſſe poſſunt. VI. 184. Eorum plurimi hæreſes & corruptelas extirparunt. *ibid.* Eorumdem diligentia aut incuria in Eccleſiarum & Clericorum regimine, ex rerum Sacrarum cultu aut neglectu dignoſcitur. V. 194. Quid ab iis requirat Pontifex, occaſione Jubilæi univerſalis Romæ indicti. VI. 58. Et occaſione ejuſdem ad univerſum Orbem deinde extenſi. 177. Ipſi etiam Epiſcopi ad Urbem invitantur, ſi abſque Eccleſiarum ſuarum detrimento accedere poſſint. 68. Licentiam tamen petere & obtinere debent. 138 Epiſcoporum officium eſt, curare ut Canonicæ Leges & Synodales Prædeceſſorum ſuorum Sanctiones debitæ executioni mandentur. VII. 68. Qua ratione id obtinere valeant. 69. Ubi de reprimendis Judæorum exceſſibus in Polonia. *ibid.* Epiſcopi poſſunt Cenſuras ſtatuere, & caſus reſervare ut publica & graviora ac atrociora delicta a ſuis Diœceſibus eliminent. *ibid.* Pontifex eos hortatur, ut Confeſſariis tribuant facultatem abſolvendi a Caſibus ſibi reſervatis illos, quibus conceditur, ut

ut Jubilæum extra Urbem consequi valeant. 168. Sine Episcopi seu Ordinarii localis examine & approbatione nemini licet, cujuscunque Ordinis aut Instituti Regularis existat animarum curam assumere & exercere. VII. 82. Ejusdemque Episcopi seu Ordinarii correctioni subsunt hujusmodi Regulares non solum in concernentibus exercitium Curæ animarum, & administrationis Sacramentorum, seu, ut ipsi vocant *in officio officiando*, sed etiam in iis quæ pertinent ad eorum vitam & mores, quatenus relationem habent cum recto & utili eorum muneris exercitio. 81. Episcopi judicium, quoad hæc, prævalere debet judicio Superioris Regularis. *ibid.* Si Episcopus Regularem a Cura amovendum censeat, non tenetur Superiori Regulari causas significare, & contra. *ibid.* Episcopis a Jure Canonico & Concilio Trid. commendata est custodia Clausuræ Monialium. VI. 27. Unde nemini licet sine eorum licentia ad Monasteria accedere. 28. Eorum directivæ auctoritati & constitutionibus parere renentur etiam ii qui a coactiva eorum jurisdictione exempti sunt, quantumvis pœnas & Censuras ab iisdem statutas non incurrant. *ibid.* Eorum ordinariæ auctoritati subsunt Conservatoria seu Collegia mulierum sine Clausura viventium. V. 215. Exemplum a Domibus Magistrarum piarum & Magistrarum sanctarum. 217. Hoc peculiariter statuitur quoad Conservatoria Virginum Anglicanarum. 214. Vid. *Anglicanæ*. Episcopis a Concilio Trid. subiata est facultas concedendi erectionem Oratoriorum domesticorum in privatis Domibus. VII. 58. Et specialiter iojunctum, ne permittant cuilibet, etiam Regulari, Missam celebrare extra Ecclesias & Oratoria publica. *ibid.* & 63. Quare in hac materia procedere possunt jure delegato etiam contra Regulares. *ibid.* Sine Episcopi licentia nemini, quantumvis exempto, licet exorcizare. 65. Episcopi licentia requiritur, ut quis in Oratorio domestico sibi alioquin permisso, Eucharistiæ Sacramentum percipere valeat. 62. Episcopi iisque superiores Prælati, exclusis Ordinariis inferioribus, privativum jus habent demandandi extractionem reorum e locis immunibus, in casibus per Constitutiones Apost. permissis; ita ut pro locis *nullius Diœcesis* ad viciniorem Episcopum recurri debeat. VI. 188. Possunt tamen Vicariis Foraneis aliisve personis Ecclesiasticis committere, ut super indiciis ad extractionem necessariis Processum conficiant. *ibid.* Quid maxime in hac materia præ oculis habere debeant. 189. Episcopi auctoritas necessaria est ad extrahendos e locis immunibus reos delictorum exceptorum, etiam pertinentium ad forum S. Inquisitionis Officii, dummodo non agatur de crimine hæresis. VII. 16. Si reus inquisitus sit de hæresi, satis erit, ut honor Episcopo debitus servetur, eumdem certiorare vel ante, vel post extractionem. 14. Eadem distinctio observanda est quod transfugas e carceribus, aut ex ttiremibus, qui ad asylum confugerint; prout eorum crimen vel hæresis erit, vel aliud ex delictis exceptis. 16. Non possunt derogare aut dispensare in iis quæ in Apost. Constitutionibus & in Jure Canonico statuta sunt. 10. Ideo Vigiliam universæ Ecclesiæ præscripram auctoritate ordinaria transferre nequeunt. *ibid.* Oratorium privatum in propriis Episcopalibus ædibus habere possunt, non solum pro Missarum celebratione, sed etiam pro alia quacunque functione, eorum Officii & Dignitatis propria. 55. Altari portatili uti possunt tam in propria, quam in aliena Diœcesi. 56. Quod tamen ipsis indistincte non licet, nisi in Domibus, in quibus vere moram traxerint, seu hospitati fuerint, occasione visitationis, itineris &c. 57. Super quibus vide Decretum Clementis undecimi. 64. ejusque interpretationem. 57. Episcopi ex Ordinibus Monasticis & Mendicantibus assumpti, habitum proprii Ordinis visibilem gestare debent. 258. Id non procedit quoad Canonicos Regulares & Clericos Regulares. *ibid.* Sed recte observatur a Fratribus Professis Militiæ equestris S. Joannis Jerosolym. & signanter ab Episcopo Melitensi, qui ab Ordine & statu Fratris Capellani assumptus, deinde qualitatem & gradum obtinet Procerum Magnæ Crucis. 260. Et quid si ad aliam Ecclesiam transferatur. 262. Quodque non obstet Rubrica Cæremonialis Episcoporum. *ibid.* Episcopis expedit, ut inventarium rerum propriarum conficiant cum primum ad suas Ecclesias accedunt, ne confundantur cum aliis rebus, quas ex earumdem Ecclesiarum fructibus acquisituri esse præsumuntur. VI. 198. Episcoporum Familiares seu Ministri, etiam laici, & coloni partiarii, in Causis passivis de damno dato, apud Tribunal Ecclesiasticum privative convenire debent. 218. Episcopi potissimum curam impendere debent in Cleri Sæcularis institutione. VIII. 116. Episcopi etiam schismatici valide tamen ordinati, titulo *Venerabilis Fratris* a Papa compellantur. IX. 215. Episcopi ad Ecclesias in partibus infidelium sitas, & populum fidelem habentes, quomodo promovendi. 219. Vid. *Processus*. Episcopo ubique debitus honor & reverentia ab omnibus quantumcumque exemptis, præstanda est. 88. Eorum auctoritas in consecrandis Ecclesiis, Ordinibus conferendis, ac ministrando Confirm. Sacramento, an & quomodo differat a facultate isthæc peragendi, simplici Presbytero per Pontificem delegata. X. 23. Eorum Causæ, in quibus, ob criminis objecti gravitatem comparere debent, coram Rom. Pontifice tantum proponi & termina-

minari debent. IX. 214. Eorum Conſecratio ex indulto Apoſt. peragi poteſt ab uno Epiſcopo una cum duobus Abbatibus, vel aliis duobus in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis. *ibid.* Eos deponere & ſuſpendere ſpectat privative ad Rom. Pontificem. 213. Epiſcopus die Dominico, vel Natalitio Apoſtolorum conſecrari debet, niſi diſpenſaverit Pontifex. 215. Eligi nequit qui antea ſaltem ſex menſium ſpatio non fuerit in Sacro Ordine conſtitutus. 209. Epiſcopus an unquam factus fuerit Diaconus, non collato ſibi Sacerdotali Ordine, diſputant Doctores, in contrarias opiniones abeuntes. 208. Non conſtat, nec probatur perſpicue, fuiſſe unquam Diaconum in Epiſcopum vel Pontificem Maximum conſecratum, quin Ordinem Presbyteratus antea ſuſceperit. 206. Epiſcopus Quinqueeccleſienſis, ejuſque Succeſſores perpetua conceſſione uſus Pallii, & geſtandæ ſublimis Crucis donantur. VIII. 207. Epiſcopus Veronenſis. Vid. *Veronenſis Epiſcopus*.

EPISTOLA Encyclica & Commonitoria ad omnes Epiſcopos. I. 4. Epiſtola Congregationis Concilii nomine ſcripta ſuper Concurſibus habendis pro Collatione Eccleſiarum Parochialium. 188. Epiſtola Paſtoralis Patriarchæ Mediobarbi, qua octo permiſſiones circa Ritus Sinenſes edidit, refertur, & revocatur. 168. Epiſtolæ Paſtorales Epiſcopi Pekinenſis ſuper obſervantia permiſſionum Patriarchæ Mediobarbæ, caſſantur & annullantur. 171.

EQUITES S. Joannis Jeroſolym. ſeu Melitenſes, ſunt veri Religioſi, & ſolemnia ſubſtantialia vota emittunt. VII. 256. Vid. *Votum*. Qualis ſit eorum habitus. 258. Vid. *Crux*. *Habitus*. Si ad Epiſcopatum aut Cardinalatum Profeſſi promoveantur habitum ſui Ordinis deferre poſſunt, & quomodo. 260. Id autem ab Equitibus aliarum Militiarum in exemplum trahi nequit, & quare. 258. Equites S. Stephani. Vid. *S. Stephanus*.

EQUITII Titulus cur dicatur Eccleſia S. Martini in Montibus, cujus reparatio narratur. VI. 47.

ERECTIO Cathedralis Eccleſiæ Terlitienſ. ejuſque unio cum Eccleſia Juvenacenſ. VI. 34 erectio Archiepiſcopatuum Utinenſis & Goritienſis. VII. 73. Erectiones, ſuppreſſiones, diviſiones Epiſcopatuum, Diœcetum & Provinciarum ad Romani Pontificis jura pertinent. *ibid.* & 234.

ERRORES circa dogmata nondum ab Eccleſia definita, excuſandi ſunt, & non officiunt Sanctitati, de qua aliunde conſtet. V. 52.

ESDRAS hebræos ab uxoribus alienigenis ſeparavit. V. 104.

EUCHARISTIA in azymo aut fermentato reſpective a Latinis & Græcis Presbyteris miniſtranda. I. 147. Species Sacramenti Euchariſtiæ iterum coqui prohibentur. *ibid.* Corruptioni non exponendæ. 148. Non retinenda Domi, nec deferenda in itineribus. *ib.* Quo cultu de loco ad locum deferri debeat. II. 36. Infantibus ſtatim poſt Baptiſmum & pueris in Miſſa miniſtrari a Græcis Presbyteris prohibetur. I. 144. Euchariſtiæ expoſitio non exigitur pro lucrandis indulgentiis, viſitantibus Eccleſiam conceſſis. III. 88. Requiritur vero, quando id injungitur in conceſſione indulgentiæ ut in Oratione quadraginta horarum. 89. Sed fieri non debet abſque Epiſcopi licentia. *ibid.* An ſit conveniens hujuſmodi expoſitionis frequens uſus. *ibid.* Euchariſtia in azymo. Vid. *Azymum*. *Fermentatum*. Euchariſtiæ Sacramentum non poteſt in Eccleſiis non Parochialibus retineri ſine Apoſt. auctoritate. V. 218. Vid. *Communio*. Euchariſtia illico poſt Baptiſmum fuit quandoque pueris tum in Latina, tum in Orientali Eccleſia miniſtrata. IX. 35. Quandonam is ritus in utraque Eccleſia obſoleverit. *ibid.* Sub utraque ſpecie Laicis juxta Græcum & orientalem ritum tribuea. *ibid.* Quænam nunc in pluribus Græcorum & Orientalium Eccleſiis vigeat diſciplina. 36. Nonniſi a naturaliter jejunis licite ſumi poteſt. 128. Ex Pontificia diſpenſatione quandoque nonnullis conceſſum eſt, ut Euchariſtiam etiam non jejuni ſumere poſſent. 132. Simile indultum Jacobo III Magnæ Britanniæ Regi concedit Pontifex. 136. Vid. *Jejunium naturale*. Publicis peccatoribus, ſive publice ſive privatim eam petentibus denegari debet. 195. Publici & notorii peccatores qui revera dici debeant. *ibid.* In re dubia quomodo ſe gerere debeat Sacramentorum Miniſter. 196. Non eſt in medias flammas projicienda, ad incendium compeſcendum. 62. Nec eadem ad experimentum quodcunque innocentiæ vel culpæ adhibenda. *ibid.* Iis tantummodo ritibus eſt colenda, quos non privata devotio, ſed Eccleſiaſtica auctoritas probaverit. *ibid.* Euchariſtiæ materia æque fermentatum eſt ac azymum. 29. & 34. Eam feria quinta in Cœna Domini conſecratam Græci aſſervare conſueverunt in annum integrum pro infirmis. 40. Ritus hujuſmodi iteratis vicibus fuit proſcriptus. *ibid.* Euchariſtiam in azymo confician Armeni, Maronitæ, ac nonnulli Italo-Græci. 33. Ritum hunc quandonam uſurpare iidem cœperint. *ibid*

EUCHOLOGIUM Græcum quid ſit, opportuna definitione demonſtratur. IX. 96. Ejus correctio quibus auſpiciis primum cœpta, ſub pluribus Pontificibus continuata, & ſub Benedicto XIV abſoluta. 97. Congregatio ad correctionem Euchologii ab Urbano VIII primum inſtituta, & a Benedicto XIV reſtituta, quibus viris conſtiterit. *ibid.* Euchologium

Græcorum quantis laboribus reviſum emendatumque. 31. Euchologium Græcum una cum Latina verſione edidit circa ann. 1647 P. Goarius Ord. Prædicatorum. 98. Euchologii complura exempla in Vaticana Bibliotheca aſſervantur. *ibid.* Barberinum Euchologium S. Matci antiquiſſimum eſt, & unde ſic dictum fuerit. *ibid.* Patriarchale Euchologium unde habitum, plurimaque ejuſdem auctoritas. *ib.*

EUGUBINUS Epiſcopus Vicarium Foraneum in nova civitate Pergulæ conſtituere debet. VII. 209. Quas facultates illi dare poſſit. 210. Diſpendium, quod inde patitur, reficiendum eſt a Magiſtratu Pergulæ, & quomodo. *ibid.*

EVODIUS Simon, Archiep. Damaſci ad Patriarchalem Maronitarum Cathedram transfertur auctoritate Apoſt. I. 217. Eidem transmittitur Pallium. II. 83.

EUTHYCHETIS hæreſis quando Sedem Antiochenam invaſerit. III. 217.

EXAMINIS pro collatione Eccleſiarum Parochialium habendi forma. I. 188. Examinis forma a Dataria Apoſt. ſervata proponitur Locorum Ordinariis. 189. Examinatores judicium ferre debent non ſolum de doctrina, ſed etiam de aliis qualitatibus requiſitis in Parocho. 191. Examen iterari non conceditur in judicio appellationis niſi ex actis prioris examinis probetur gravamen quoad doctrinam. 189. Examinis acta. Vid. *Appellatio ab irration. judicio Epiſcopi*. Examini Diœceſani Epiſcopi ante Ordinationem ſubjici debent etiam Regulares. IV. 38. Examen Reorum inquiſitorum, qui in Carceribus Urbis detinentur, differri non debet ultra tres dies nisi de licentia Capitis Tribunalis, ſublata cuilibet Miniſtro inferiori facultate aliter permittendi. 213. Ideoque ad prorrahendum examen requiritur cauſa gravis. *ibid.* Licentia autem dari non debet generalis pro tempore indefinito, ſed pro certis neceſſariis diebus duntaxat. *ibid.* Examen ſubeundum eſt ab omnibus, etiam Regularibus, ad animarum curam aſſumendis. VII. 82. Item ab iis, qui profeſſionem criminalem exercere Romæ volunt. V. 230. Examinatores ex Capitulo Vaticano aſſumendi ſunt ab Archipresbytero Baſilicæ Vaticanæ ad illos examinandos, qui ab eodem Archipresbytero ſunt ordinandi. VII. 147. Examinatores Synodales Terlitienſes. Vid. *Terlitienſ.* Examen Operum Ven. Sororis Mariæ a Jeſu de Agreda. Vid. *de Agreda*.

EXCOMMUNICATIONES publicatæ in die Cœnæ Domini, & Summo Pontifici reſervatæ. I. 31. Excommunicationi Sum. Pontifici reſervatæ ſubjacent qui Conventiculas *de' Liberi Muratori* frequentant aut recipiunt. VII. 51. Facultas Pœnitentiariorum circa excommunicationes anno Jubilæi. VI. 82. & 85. Pro excommunicatis publice in Miſſa aliaque Sacra actione orari non poteſt, licet pro eorum converſione privatas ad Deum preces fundere nemo prohibeatur. IX. 105.

EXECUTIO Citationum ſeu Mandatorum Curiæ Romanæ impediri nequit ſub pœnis. I. 111. & ſeq. Executionem hujuſmodi impedientes, ſi ſint ipſi litigantes aut intereſſe habentes, cauſa cadunt, & jura amittunt. 112. Si vero ſint Judices, Magiſtratus aut alii Laici excommunicationem, Eccleſiaſtici ſuſpenſionem ab Ord. & Offic. incurrunt. *ibid.* Executores Diſpenſationum verificare debent Cauſas in Literis expreſſas. 113.

EXECUTORES. Vid. *Birretarii*.

EXEMPTIO. Exempti in Cauſis mercedum & miſerabilium perſonarum, ſubjiciuntur jurisdictioni Ordinariorum. I. 119. Et in omnibus ubi judicem particularem non habeant. *ibid.* Exemptio paſſiva non tribuit juriſdictionem activam. 211. Exemptio a juriſdictione Ordinariorum non præſumitur, ſed concludenter probari debet. IV. 185. A juriſdictione Epiſcopi non probatur per enuntiativas expreſſiones. 188. Omnimoda a juriſdictione, correctione, & emendatione Ordinarii, non poteſt concedi ab ipſomet Ordinario, ſed a plenitudine duntaxat Apoſtolicæ poteſtatis concedi poteſt. 183. Vid. *Ordinarius*. Ab Epiſcopi juriſdictione Monaſterio tribui non poteſt a Fundatoribus ſine Diœceſani Epiſcopi conſenſu. 187. Exemptio licet a Rom. Pontificibus ex poteſtate abſoluta, etiam ſine conſenſu Epiſcopi concedi poſſit Monaſteriis, tamen Epiſcoporum conſenſus ante conceſſionem quærere conſueverunt. *ibid.* Exemptionis concedendæ formula, quæ ab octavo uſque ſæculo in uſu erat, refertur. 186. Exemptiones Monaſteriis aliiſque locis ſacris a juriſdictione Epiſcoporum, & Eccleſiis Cathedralibus a Metropolitanorum jure, plerumque a Sede Apoſt. conceſſæ ſunt propter Præſidentium infeſtationes. 187. Simul tamen hujuſmodi Monaſteria & Eccleſiæ ſub immediata juriſdictione Sedis Apoſt. conſtituta ſunt. *ibid.* Exemptio ab ordinaria & ſpirituali Epiſcopi juriſdictione non infertur ex conceſſione immunitatis a poteſtate ſæculari. 185. Exemptio Monaſterii a juriſdictione ordinaria Epiſcopi non inducitur ex facultate eligendi Abbatem. *ibid.* Item non ex libertate eligendi advocatum & defenſorem. 187. Aut ex facultate illum dimittendi. *ibid.* Exempti ab Ordinariorum juriſdictione Apoſt. Sedi immediate ſubmitti debent; ut colligitur ex juriſdictionibus Nicolai quarti. 188. Exempti a juriſdictione Epiſcopi non ſunt, qui Apoſtolicas duntaxat protectiones obtinent. 183. Item qui privilegia obtinuerunt, ne cenſuris itretiri poſſent ſine Mandato Sedis

dis Apoſt. *ibid.* Exemptio ab ordinaria Epiſcopi juriſdictione ex ſolutione Cenſus Apoſt. Sedi minime concludi poteſt. *ibid.* Si enim cenſus ſolvitur titulo tantum protectionis, nihil detrahit juriſdictioni Epiſcopi. 188. Secus ubi ſolvitur ratione libertatis & exemptionis. *ibid.* Exemptio non inducitur ex facultate condendi ſtatuta, & coercendi contumaces. *ibid.* Exemptionem non inducunt privilegia honoris; ex gr. uſus Pontificalium. *ib.* Nec privilegia recipiendi Ordines a quocunque. 189. Maxime ſi privilegium datum appareat in odium Epiſcopi ſordida lucra captantis a rebus ſacris. *ibid.* Nec Imperialia diplomata Privilegiorum Apoſtolicorum confirmatoria; niſi quatenus in ipſis Apoſtolicis privilegiis contineri conſpicitur. 191. Exemptio paſſiva valde differt a juriſdictione activa in Clerum, & populum. 126. Vid. *Juriſdictio. Crypta Ferratæ Monaſterium. Territorium ſeparatum.* Exemptione non gaudent ab Epiſcopali juriſdictione, & a juribus Parochialibus Collegia mulierum ſine clauſura viventium. V. 208. Exempti a juriſdictione coactiva Epiſcopi, directivæ nihilominus auctoritati ejuſdem parere debent, & Conſtitutiones Diœceſanas ſervare. VI. 27. Exempti ſervare debent Epiſcoporum ordinationes in his quæ pertinent ad Sacros Ritus, & Divinorum Officiorum celebrationem. V. 192. Contra exemptos procedere poteſt Epiſcopus jure delegato in his quæ pertinent ad obſervantiam Decreti Concilii Trid. quo prohibetur celebratio Miſſarum extra Eccleſias & Oratoria publica. VII. 63. Exemptionis privilegium conceſſit S. Leo IX Monaſterio S. Crucis in Alſatia. 28. Simile privilegium concedit Benedictus XIV Eccleſiæ Aquilejenſi olim Patriarchali, quam Apoſtolico Delegato ſubjicit, nomine Sedis Apoſt. gubernandam. 75. Exemptæ ab Ordinariorum juriſdictione ſunt Abbatiæ plures unitæ Menſæ Capitulari Vaticanæ, & loca ad ipſas pertinentia. 194. & 198. Exemptione a quindeciis aliiſque oneribus gaudet Capitulum Vaticanum ratione earumdem Abbatiarum. 200. Exempti quicunque, a reverentia Epiſcopo ubique præſtanda numquam eximuntur. IX. 88. Exemptio Monaſterii Monialium Ordinis S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis adnexorumque ipſi locorum ab Utinenſis & Goritienſis Archiepiſcopi juriſdictione late recenſetur. 187. Vid. *Aquilejenſe Monaſterium.* Exemptio Canonicorum Præmonſtratenſium. Vid. *Præmonſtratenſis Ordinis.* Exemptio a Dariis. Vid. *Ferrarienſium privilegia.* Exemptione ampliſſima ab ordinaria & delegata Archiepiſcopi Neapolitani juriſdictione fruitur Hoſpitale S. Angeli a Nido quoad Eccleſiam, Oratorium, Bona, certumque Miniſtrorum numerum. 85.

EXEQUATUR, ſeu Beneplacitum Miniſtrorum, Baronum &c. non requiritur, nec opponi permittitur in Citationibus, Mandatis &c. Cutiæ Romanæ. I. 111. Exequatur Judicis particularis non requiritur pro executione Mandatorum contra Patentatos ſer. ſer. relaxat. ab alio Judice comperenti. II. 176. Exequatur ad executionem ſive realem, in domo Officialis Sacræ Inquiſitionis, ſive perſonalem contra Officialem ipſum perficiendam, eſt ab Inquiſitore obtinendum. 18. Et ſi executio perſonalis fieri debeat, ſuperaddi debet *Oſtendatur ſex dies ante. ibid.* Citationes in Curia Romana vel a Vice-Legato Avenionenſi relaxaræ non indigent Exequatur. VIII. 119. Exequatur Rectoris Carpentoractenſis. *ibid.*

EXEQUIÆ Cardinalium quomodo celebrandæ. I. 82.

EXERCITIA Spiritualia quorumnis peragi debent a Parochis & Confeſſariis. I. 5. Exercitia Spiritualia a Congregatione Piorum Operariorum habenda. VII. 205. Exercitia Spiritualia ſemel in anno poteſt Rector Hoſpitalis S. Angeli a Nido Neapolitanæ Civitatis præbere Miniſtris Hoſpitalis, clauſis Eccleſiæ januis. IX. 88. Exercitium Religionis. Vid. *Occultatio fidei.*

EXOMIS. Vid. *Mozzetta.*

EXORCISMI in Sacris Eccleſiæ Libris non relati non admittantur. II. 35. Exorcizandi ratio in Rituali Romano præſcripta exacte ſervari jubetur. III. 31. Exorcizare non licet Regularibus ſine Epiſcoporum licentia. VII. 65. Exorcizatio obſeſſorum fieri non debet, admota ad eorum corpus SS. Euchariſtia. IX. 68. Exorcizari nunc poſſint res inanimes & animalia irrationabilia. 60.

EXORCIZATUS conferendus eſt Subdiacono, Diacono, & Presbytero Græco, qui Ritu Latino ad Diaconatum, Presbyteratum, aut Epiſcopatum ſint promovendi. I. 150.

EXPENSÆ quædam ab Eccleſiaſticis una cum laicis tolerandæ cum ſint in Statu Pontificio, de iis ſemel ſaltem in anno ratio reddenda eſt, & quomodo. VII. 213. Expenſæ extraordinariæ a Communitatibus fieri nequeunt abſque licentia Congregationis Boni Regiminis. VIII. 136. Expenſæ & damna in Cauſis Criminalibus quandonam contra Ordinarios eorumque Curias taxari debeant. 141.

EXPLORATIO voluntatis perſeverandi in Miniſterio Eccleſiaſtico. Vid. *Ordinatus in infantili ætati.* Exploratio voluntatis Matrimonia contrahentium a Parocho facienda? II. 15.

EXPOSITI. Vid. *Profecti.*

EXPOSITIO publica SS. Sacramenti ſemel in menſe fieri poteſt in Eccleſia Hoſpitalis S. Angeli a Nido Neapolis ſi requiſito ejuſdem Civitatis Archiepiſcopo. IX. 88. De Expoſitio-

tione SS. Sacramenti opus elucubratiſſimum compoſuit Jo: Baptiſta Thierſ. 56.

EXTENSIO Jubilæi Romæ celebrati ad univerſum catholicum orbem. VI. 172. Ea poſtulatur a Principibus. 175.

EXTRACTIO Rei inquiſiti, vel damnati, a loco immuni in caſibus &c. ſi Clericus ſit, fieri poteſt a Curia Epiſcopali ex officio; ſi laicus, nonniſi ad inſtantiam Curiæ Sæcularis. II. 30. Ad extractionem inquiſiti a loco immuni, in caſibus &c. procedi poteſt habitis indiciis delicti ſufficientibus ad torturam. *ibid.* Ad extractionem vero banniti, ſeu damnati in contumaciam, in ſimilibus caſibus viſa ſententia contumacialis, & actis quibus illa fundatur. *ibid.* Extractionis & traditionis denegatio, aliaque decreta ſuper ejus competentia, allegari nequeunt in judicio ſuper executione ſententiæ. *ibid.* Vid. *Immunitas. Epiſcopi. Inquiſitores.* Extractio frumenti aliorumque generum a Statu Eccleſiaſtico nemini, quantumvis privilegiato permittitur per eos menſes, quibus generaliter interdicta eſt extractio de una Provincia ad aliam. VI. 19. Nec unquam fieri poteſt ſine prævia denuntiatione, cujus documentum extrahentibus gratis tradendum, & reſpective regiſtrandum præcipitur. 20. Extractio hujuſmodi prædictis etiam privilegiatis prohibenda eſt iis annis atque temporibus, quibus Annonæ caritas in Provincia fuerit. *ibid.* Vid. *Privilegium.* Extractio ſegetum, animalium, lignorum de una in aliam Provinciam, Legationem, aut Civitatem Status Eccleſiaſtici, ſub certis legibus permittitur omnibus etiam non ſubditis in perpetuum. V. 31. Inquiſitiones & proceſſus pendentes, ſicut etiam ſententiæ latæ ſed nondum executioni traditæ adverſus extractores ſegetum &c. de loco ad locum Status Eccleſiaſtici, annullantur, & irritantur. 32. Et quoad triticum aliaſque ſegetes, quæ menſe Junio colliguntur, libertas commercii de Provincia in Provinciam permittitur ab initio Septembris ad finem Maji. 35. Quo vero ad eas, quæ ſerius leguntur, permittitur ab initio Octobris ad finem Junii. *ibid.* Interdicta quibuslibet, etiam privilegiatis, eorumdem generum extractione a Provincia per tres menſes reſpective intermedios. 136. Et ſublata cuilibet facultate concedendi licentiam extrahendi. *ibid.* Quod tamen non procedit quoad extractionem de loco ad locum ejuſdem Provinciæ. *ibid.* Extractio ſegetum, farinæ, & olei extra Statum Eccleſiaſticum ſine ſpeciali chirographo Papæ prohibetur ſub graviſſimis pœnis, ſublata cuilibet facultate concedendi licentiam extrahendi. 37. Quo vero ad alias res nobiles aut ſemoventes, remittitur arbitrio Legatorum, Præſidum, & Gubernatorum Provinciarum. *ibid.* Extractio ſegetum aliorumque per aquam, etiamſi directa dicatur ad alia loca Ditionis Eccleſiaſticæ, niſi fiat cum præſcriptis cautelis, reputanda erit pro extractione a Statu, & ſtatutis pœnis punienda. *ibid.* Extractio cujuſque rei de Provincia ad Provinciam quocunque tempore, atque etiam extra Statum Eccleſiaſticum permittitur pauperibus, qui ſpicas a Meſſoribus relictas colligunt. *ibid.* Item Mercenariis, quibus pro mercede datur frumentum, vel quid ſimile. *ibid.* Mendicantibus, qui eleemoſynæ loco, & pro victu Cœnobii ea colligunt. *ibid.* Ac denique iis, qui pro eduliis ad fora delatis, ea loco pretii recipiunt. *ibid.*

EXTRACTUS ſive Regeſtum. Vid. *Notarii.*

EXTRAVAGANTIBUS Communibus honor debetur, ſicuti & aliis Decretalibus. VI. 100.

EXTREMA UNCTIO eſt verum Sacramentum a Chriſto inſtitutum, ſolis infirmis miniſtrandum, non animæ ſolum, ſed etiam corporis ſaluti proficuum. IX. 114. Sacramentum hoc apud Græcos & Latinos variis nominibus deſignatum reperitur. 115. Subjectum capax Sacramenti eſt Chriſtifidelis graviter ægrotans. *ibid.* Græcum Euchologium præſcribens, ut Sacro Oleo inungantur qui ad Eccleſiam ſe conferunt, non item Extremam Unctionem bene valentibus adminiſtrari permittit. *ibid.* Extrema Unctio an fuerit unquam a Græcis injuncta, & miniſtrata Sacramentaliter confeſſis, in Sacramentalem ſatisfactionem. 116. In Græca Eccleſia a ſeptem Sacerdotibus ſimul miniſtratur. 115. Vid. *Oleum infirmorum.* Quo ritu exhiberi debeat a Græcis Presbyteris. I. 146. Poteſt a pluribus Sacerdotibus Comminiſtris, diverſas ægroti partes, vel ſenſus linientibus, valide & quandoque etiam licite miniſtrari. X. 31. Si Sacerdos inunctis ægri ſenſibus ſubito deficiat, alter Sacerdos non functionem ex integro incipere, ſed ſic inceptam complere debet. 32.

F

FABRICA Baſilicæ S. Petri. Vid. *Patentati.* Fabrica Baſilicæ Vaticanæ multorum Pontificum zelo cœpta & promota fuit. VII. 86. Pro ejus conſtructione Collegium multorum Curialium deputatum, & huic ſpecialis Congregatio deputata fuit. *ibid.* Vid. *Congregatio.* Fabricæ ejuſdem œconomia quomodo adminiſtranda. 87. Fabrica S. Petri in Cauſis ſuper executione Legatorum piorum Patentatos S. Officii, etiam privilegiatos, trahit ad ſuum tribunal. IX. 16.

FABRICERII duo, ex Nobilium Romanorum cœtu aſſumendi pro conſervatione ædificiorum publicorum Urbis a SS. D. N. inſtituti. III. 59.

FA-

FACTA aliena in æquiorem partem, quoad fieri poteſt, interpretari debemus. IX. 76.

FACULTAS abſolvendi a reſervatis etiam Sedi Apoſt. plerumque non complectitur facultatem abſolvendi a reſervatis Ordinario. VIII. 20. Facultates plures Pœnitentiariis, & Confeſſariis tribuuntur anno Jubilæi. VI. 82. Quibus tamen uti dumtaxat poſſunt cum habentibus ſerium conſequendi Jubilæi propoſitum, & in actu Sacramentalis Confeſſionis. 130. Vid. *Confeſſarii*. *Pœnitentiarii*. Facultates alias & indulta abſolvendi, anno Jubilæi decurrente, ſuſpenduntur, quibuſdam exceptis. 64. Vid. *Suſpenſio*. Facultates Officii Pœnitentiariæ, & Majoris Pœnitentiarii. Vid. *Pœnitentiarii Majoris Facultates*.

FALSARIORUM malitia cavenda eſt Literarum Apoſtolicarum executoribus. V. 28. Falſificantes Literas Apoſtolicas, & Suppiicationes ſignatas, excommunicantur. I. 30. Falſitas in expoſitione facti expreſſa, punienda eſt ad formam Juris. 109. Falſitas in pluribus antiquis exemptionum privilegiis reperta. IV. 184.

FAMILIARES Epiſcoporum quinam gaudere debeant privilegio fori. II. 28. Vid *Epiſcopi*. Familiarum in Civium Nobilium Romanorum Tabulas admiſſarum nomina. III. 231. Familiaribus Cardinalium & aliorum mercede conductis, & in Rotulo deſcriptis, jus aſſeritur quoad ſalarium certi temporis, & alia ipſis competentia poſt mortem Dominorum, dummodo intra præſcriptum tempus actionem proponant. VI. 197. Familiares honorarii excluduntur. 198. Vid. *Honorarii*. Familiares Prælatorum Neapolitani Regni nequeunt moleſtari ſuper uſu rerum ad Præſules hujuſmodi, licet in extremis laborantes, pertinentium, etiam ſub prætextu affecurationis. IX. 143.

FARFENSIS Abbatia ab Urbano VIII ſingularibus privilegiis, honoribus & præeminentiis emulata fuit. IV. 114. Ejus juriſdictio nimis ampla & extenſa intra alienas Diœceſes reperitur, ex eoque plura inconvenientia & lites orrum habuerunt. *ibid.* Ex Farfenſis Abbatis juriſdictione Eccleſiæ, Monaſteria, Oppida & Loca Pia in variis Diœceſibus exiſtentia diſmembrantur, eaque Diœceſanorum juriſdictioni ſubjiciuntor. 115. Hujuſmodi diſmembratio ampliatur per ſchedulam poſtea ediram. 116. Diſmembratio etiam plurium locorum, & Eccleſiarum a Gregorio XIII facta favore Archiepiſcoparus Firmani confirmatur. *ibid.* Abbati tamen reſervantur jura Patronatus Eccleſiaſtici in Eccleſias & Beneficia diſmembrata. 119. Si Abbas fuerit S. R. E. Cardinalis, in menſibus alias non reſervatis, nominabit coram Ordinariis; in menſibus vero reſervatis ſeu in caſibus aliarum reſervationum & affectionum, nominabit coram Pontifice. *ibid.*

FARINÆ extractio de loco ad locum, de Provincia ad Provinciam Status Eccleſiaſtici, ac denique extra ipſum Statum, quomodo & quando permittatur. V. 35. Vid. *Extractio*.

FEBURE (le). Vid. *Nocleaſii*.

FERIA quinta Majoris Hebdomadæ in nonnullis Eccleſiis per Africam fideles Communionem ſumebant non jejoni; qui uſus ſubinde proſcriptus fuit. IX. 130. Feria ſexta per hebdomadas Bacchanaliorum tempore occurrentes in Ditione Eccleſiaſtica vetitum eſt larva uti, & perſonatos homines incedere. VII. 6.

FERMENTATI uſus in Miſſa, ſi quando in Eccleſia Occidentali viguit promiſcuus cum azymo, nullibi tamen poſt ſæculum decimum obtinuit. IV. 127.

FERRARIÆ clivias unum locum habet in Collegio Advocat. Conſiſtor. ex conceſſione Clementis octavi ab Urbano octavo confirmata & aucta. II. 100. Ferratiæ Ducatus eo privilegio gaudet, ut bona de directo Dominio Cameræ ab utilibus poſſeſſoribus alienari poſſint per contractus inter vivos, de conſenſu tamen ipſius Cameræ. V. 22. Ferrarienſium privilegia tum pro exemptione a Datiis, tum pro libera extractione, Congregationi Camerali examinanda committuntur. VIII. 159. Eorum diſtinctio, in perſonales, ad certam generationem, & reales. 161. Approbantur ea ſolummodo, quæ ex contractu oneroſo, vel in actu devolutionis Ducatus, conceſſa apparerent. 160. Quæque uti talia deſcripta fuere in Catalogis Deputatorum, & Congregationis reſolutionibus. 162. Moderantur tamen ea, quæ ad futura quoque acquirenda Bona prorendebantur. *ibid.* Hujuſmodi approbata privilegia in Codices diſtribui, & approbari jubentur. 163.

FESTI DIES pie & religioſe celebrandi. I. 175. In pietatis operibus, non in negotiis ſæcularibus tranſigendi. III. 45. Non omnes æque ſolemnes. 43. Feſtorum dierum obſervantia arctiori præcepto in Lege veteri injuncta, quam nunc ſit Eccleſiaſticis Legibus. *ibid.* Feſtis diebus prohibentur Mercatus rerum venalium; Nundinæ vero tolerantur ſub certis conditionibus. 44. Vid. *Nundinæ*. *Mercatus*. Feſtis diebus tempore Nundinarum occurrentibus, Divinorum Officiorum tempore, ab operibus ſervilibus abſtinere, & religioni ac pietati operam dari præcipitor. II. 96. Feſtorum dierum imminutio, communiter expetita, abſque Epiſcoporum conſenſu a Pontifice non ſtaruetur. III. 41. Feſtorum dierum reductio pro nonnullis Diœceſibus Hiſpaniæ. I. 179. Pro Diœceſi Nicenſi cum conditionibus opportunis. II. 206. Feſti dies æſtivis menſibus occurrentes infra hebdomadas, ad

dies Dominicas transferuntur, pro nonnullis locis Regni Poloniæ, ob agriculturæ necessitatem. III. 15. Excepto festo Assumptionis B. M. V. *ibid.* Et nihil immutato quoad ordinem Divinorum Officiorum. *ibid.* Festorum dierum imminutio ab Urbano VIII olim facta. V. 123. Nova eorumdem imminutio a multis Episcopis aliisque gravibus viris optata. *ibid.* Pontifex nihil decreturus sine consilio, rationes in utramque partem colligit, & varios illius exequendæ modos demonstrat in peculiari Dissertatione, quæ per Ecclesias transmittitur. *ibid.* Acceptis quadraginta diversi Ordinis Consultorum sententiis, ex consensione majoris partis nihil generaliter præcipere statuit, sed peculiarem Episcoporum instantiam expectare. 124. Modum vero illum sibi servandum proponit, quem Tarraconensis Concilii Patres excogitarunt, ipsisque petentibus Benedictus XIII approbavit. 123. Ut scilicet firmum remanear præceptum audiendi Missam, sed liceat in aliquibus Festis laboriosa opera exercere. *ibid.* Dissensiones inter doctos viros diversa sententiæ exortæ, cum in Ecclesiasticæ pacis perturbationem vergerent, a Pontifice sedantur; interdicta Scriptorum quorumque publicatione super hujusmodi reductionis negotio. 126. Festorum aliquot dierum observantia in Regno Siciliæ citra Pharum, & in Diœcesibus Messanensi, & Panormitana reducitur juxta methodum sibi expositam. 129. Festi dies in Ecclesiis non Parochialibus ita celebrandi, ut non avertatur populus ab Ecclesia Parochiali. I. 96. Festi dies Ecclesiæ Latinæ observari debent a Græcis degentibus in Italia & insulis adjacentibus. 153. Festorum dierum distributio per annum juxta Kalendarium Gregorianum ab Italo-Græcis servanda. 154. Festis diebus personatos incedere fideles in universa Ditione Ecclesiastica prohibetur. IV. 218. & VII. 6. Item circumforaneos saltatores, scurrones, & hujusmodi, saltem matutinis horis, & ante expleta Officia Vesperrina, populum detinere vetantur. VII. 6. Festis diebus qui Missam audiunt in Oratoriis privatis, cum non sint ex eorum numero, in quorum præsentia indultum est ut Missa celebretur, vel illi absint qui Missam celebrari facere possunt, Ecclesiæ præcepto non satisfaciunt. 59. Festi dies solemniores excipi solent in Indultis celebrandi, & celebrari faciendi in Oratoriis domesticis. *ibid.* Festum SS. Petri & Pauli, & Octavam solemnius in Urbe celebrari sancitum est. 150. Olim Episcopi plures ad illud cum Papa celebrandum convenichant. VI. 52.

FEUDALIUM Populi Romani locorum causæ criminales quomodo agitandæ. VI. 212.

FEUDUM. Vid. *Bona Camera Apostolicæ.*

FIDE conficutus. Vid. *Verba.*

FIDEI Christianæ occultatio cum simulatione Mahumetismi damnatur. II. 33. Vid. *Occultatio fidei.* In fidei causa conniventiæ locus esse nequit. 169. Fidei Professio. Vid. *Professio.* Fides plurium mysteriorum explicita requiritur necessitate medii, aliorum vero necessitate præcepti. I. 93. Fidei professio exposcitur a Græcis ad unitatem Catholicæ Ecclesiæ redeuntibus. IX. 31. Hujusmodi professionis formulæ duæ, quarum altera a Gregorio XIII, altera ab Urbano VIII edita. *ibid.* Fidei favendum est in rebus dubiis. VII. 108. Fidei Christianæ favor legum rigori congruas interpretationes adhiberi suadet. IV. 52. Fidem virtualiter negat Christianus, qui ad Religionem occultandam, & pœnam aliquam declinandam, aut captandam utilitatem, Mahumetanum nomen assumit. VIII. 203. Fidei, Spei, & Charitatis actus, ante, vel post Missam Parochialem, a Parocho alta voce recitari debent, populo verba iterante. VIII. 198 Fides futuri matrimonii. Vid. *Promissio.*

FIDELIS (S.) a Sigmaringa, Sacerdotis Professi Ordinis S. Francisci Cappucinorum nuncupatorium Canonizatio. III. 120. Ortus illius in Constantiensi Diœcesi. *ibid.* Ejus virtutes. 121. Martyrium. 122 Beatificatio. 124. Canonizationis Decretum. 126. Pro ejus Canonizatione Orationes Consistoriales. V. 234.

FIDELISSIMI titulus Joanni V Portogalliæ Regi, ejusque Successoribus perpetuo attribuitur. V. 161. & VII. 215.

FILII ex matrimoniis occultis nati fraudari nequeunt bonis paternis & avitis. I. 78. Nati ex soluto & soluta legitimantur per subsequens matrimonium. II. 158. Vid. *Matrimonium.* Generati ex adulterio, & nati constante matrimonio, non legitimantur per subsequens matrimonium. *ibid.* Quid si generati ex adulterio, nati sint post mortem legitimæ uxoris. 159. In dubio favendum proli. *ibid.* Nati ex incestu legitimantur accedente dispensatione in radice matrimonii. 169. Quid requiratur ad concedendam hujusmodi dispensationem. *ibid.* Filii Græcorum. Vid. *Latinizantes.* Filii mulierum christianarum ex Turcarum contubernio geniti, quando ad Baptismum admitti debeant, necne. 33. Si baptizentur, curandum est, ut in Religione Christiana instituantur. 34. Filius an ingredi possit Religionem, eum parentes ab ipso deserti inopia sint laboraturi. IV. 30. Filii in potestate sunt patris, non vero matris. 52. Ubi tamen fidei Christianæ favor intercedit, potest mater, invito patre, filios ad Baptismum offerre. *ibid.* Vid. *Baptismus.* Filii Judæorum in parentum potestate sunt. 50. Non ideo tamen ipsis relinqui debent, quando constat

ſtat baptizatos fuiſſe etiam illicite. 64. Vid. *Judæi*. Filii infantes & impuberes olim a genitoribus poterant ſtatui Clericali & Monaſtico offerri: quod poſtea temperatum eſt. VII. 92. Vid. *Impubes*. Quæ fuerit in filios poteſtas apud Romanos. 94. Filii ad Baptiſmum offerri poſſunt a parentibus, etiam infidelibus. 98.

FILIOQUE particula in Symbolo. Vid. *Spiritus Sancti Proceſſio*.

FIRMANÆ Civitatis & Comitatus Gubernium Congregationi particulari demandatur. I. 8. & IV. 1. Firmanæ Congregationis nova forma conſtituitur. *ibid.* Firmana Congregatio non cognoſcit Cauſas Civiles per appellationem ad Urbem delatas. I. 106. Eidem tribuuntur facultates, quæ circa reliquam Ditionem Eccleſiaſticam competunt Congregationibus Sac. Conſultationis, & Boni Regiminis. IV. 3. Ejus autem Secretario interdicitur Decreta definitiva interponere ſine Congregationis aſſenſu. 4. Firmani Archiepiſcopi juriſdictioni ſubjiciuntur plures Eccleſiæ, & loca intra ipſius Diœceſis fines conſtituta, quæ olim Abbatis Farfenſis juriſdictioni ſubjecta erant. 116. Eidem tamen Abbati præſervatur collatio Beneficiorum in hujuſmodi Eccleſiis exiſtentium, ad quæ ſeilicet ipſe tamquam Patronus Eccleſiaſticus præſentabit, Archiepiſcopus vero Inſtitutionem concedet. 117. Archiepiſcopus tamen plenum jus conferendi jure ordinario obtinebit quoad Eccleſias & loca a Gregorio XIII olim ab eadem Abbatia diſmembrata. 118.

FISCALIS Capitolinus quid agere debeat in Congregationibus criminalibus ſuper Cauſis locorum Feudalium Populi Romani. VI. 212. Non poteſt Judicem agere in Cauſis ad ſorum Conſervatorum ſpectantibus, neque citationes dare. 213. Fiſcalis idem, & Fiſcalis generalis Romæ, eorumque ſubſtituti, quando Cauſas criminales agitare poſſint. *ibid.*

FISCUS quid probare debeat adverſus comprehenſos armorum vetitorum delictores, ut ſtatutas pœnas a reo repetere poſſit. VIII. 45.

FLORENTINA Metropolitana Eccleſia fuit ſub annum 1436 ab Eugenio IV Pontifice maxima ſolemnitate dicata. IX. 167.

FLUMINIS Januarii Diœceſis in quinque partes dividitur, & una earum antiquo Epiſcopatui relicta, ex aliis duo Epiſcopatus, & totidem Præturæ eriguntur. IV. 15.

FŒMINARUM Monaſteria & Capitula mixta ſubſunt Innocentianæ Conſtitutioni interdicenti ne pacta vel concordata, quantumvis licita, ineantur ante electionem cum perſona eligenda vel poſtulanda. VIII. 201. Fœminarum genus ſub maſculino comprehenſum cenſetur in legibus, ubi ratio legis æque procedit pro maſculis ac pro fœminis. V. 8. Fœminæ mendicantes, multo magis inhoneſtæ, nec die, nec nocte in diverſoriis lociſque frequentatis Urbis, aut extra, per triamilliaria, recipiantur: neceſſaria vero in publicis viis, debito modo, illis dentur. V. 230. Fœminæ mendicantes in locis apertis minime pernoctent, ſed ante horam 24 ad loca tuta ſecedant. Nemo in hujuſmodi locis fœminas, niſi honeſtas, recipi ſinat. *ibid.* Fœminis contravenientibus ſi faveant Executores criminales, punientur: qui eas in vincula conjicient, præmium conſequentur. *ibid.* Fœminis ſuſpectis quomodo facienda ſint præcepta. 229. Vid. *Præcepta*.

FOLIUM continens theſes in Sorbona defendendas, ſub titulo *Caleſti Jeruſalem* &c. damnatur & prohibetur, utpote continens propoſitiones falſas, erroneas &c. VII. 144.

FONTANINUS Præſul vir plane ſingularis in comparata ſibi librorum notitia. IX. 72.

FONTEBRALDENSIS Ordinis Superioriſſa ab Epiſcopi juriſdictione exempta dicitur. V. 216.

FONTIS Baptiſmalis benedictioni in Baſilica Vaticana peragendæ debent per ſe vel per alios intereſſe Rectores Eccleſiarum illi ſubjectarum. VII. 148.

FORMULÆ publicarum precum ab Eccleſiaſtica auctoritate deſignandæ. II. 5. Formula juramenti præſtandi ab Abbatibus aliiſque inferioribus Prælatis ordinariam juriſdictionem habentibus, ſuper viſitatione Sacrorum Liminum. I. 19. Profeſſionis fidei a Patriarcha Maronitarum faciendæ. 219. Juramenti ab eodem emittendi. 221. Juramenti ſuper obſervantia Conſtitutionum Apoſt. de Ritibus Sinenſibus. 186. Juramenti ab Epiſcopis & Miſſionariis Regnorum Madur. Mayſſur. & Carnat. præſtandi. II. 124. Juramenti præſtandi ab Officialibus & Miniſtris Pœnitentiariæ Apoſt. 60. Diplomatum expediendorum in creatione Civis Romani. III. 61. Diplomatum expediendorum in creatione Nobilis Romani. *ibid.* Decretorum expediendorum in receptione Nobilis Romani conſcripti. *ibid.* Benedictionis cum indulgentia plenaria ſuper populum impertienda a Regularibus legitimam ad id facultatem habentibus. V. 18. Benedictionis cum indulgentia plenaria in articulo mortis impertienda auctoritate Apoſt. IV. 138. Benedicendi Pallia Archiepiſcopalia in Vigilia SS. Apoſt. Petri & Pauli. 109. Formulæ, quibus concipiuntur Literæ Diſpenſationum Apoſtolicarum pro Regionibus, in quibus catholici cum hæreticis admixti habitant. V. 27. Item formulæ pro Literis Diſpenſationis ſuper defectu ætatis. 28. Formulæ, quibus uti conſuevit Sedes Apoſt. cum locum aliquem, ſeu Monaſterium ab Ordinaria juriſdictione Epiſcopi

Diœceſani totaliter eximete intendit. IV. 188. Formula juramenti præſtandi a Procuratoribus Archiepiſcoporum & aliorum, quibus a Sum. Pontifice Pallium conceditur. V. 110. Juramenti præſtandi ab alumnis Miſſionariis Seminarii Ordinis Prædicatorum in Monte Mario. 101. Antiqua Literarum commendatitiarum pro peregrinis. VI. 66. Soſpenſionis indulgentiarum & facultatum anno Jubilæi. Vid. *Suſpenſio*.

FORUM. Privilegio fori non gaudent in Cauſis homicidii Clerici in minoribus non ſervantes præſcripta Concilii. II. 29. Nec etiam poſt expletam delicti pœnam habitum Clericalem reaſſumere poſſunt. *ibid.* Simplices vero Tonſurati, non Beneficiati, etiam ſervantes præſcripta Concilii, fori privilegio privandi ſunt pro duobus homicidiis præmeditatis. *ib.* Fori privilegio non gaudent Patentati in Cauſis homicidii, exceptis Parentatis S. Officii, & Ordinariorum. 28. Vid. *Patentati*. Fori & Conſervatoriæ privilegium confirmatur Univerſitati Avenionenſi pro Profeſſoribus, Doctoribus, Scholaribus, aliiſque eidem Univerſitati addictis. III. 32. Idque in Cauſis Civilibus paſſivis in prima inſtantia. 36. Et in Criminalibus levioribus tam activis quam paſſivis. *ibid.* Reſervatis gravioribus Vice-Legato, ejuſque Congregationi. 37. Fori privilegio quandonam, & quibus in Cauſis fruantur Patentati Sac. Inquiſitionis in Cauſis Civilibus IX. 16. Et quid de Cauſis Criminalibus ſtatuendum. 18. Fori declinatoriam quando propouere debeat Patentatus privilegiatus Sac. Inquiſitionis. 17. Fori privilegio gaudet non ſolum Patentatus ipſe, ſed & ejus uxor liberique, modo eadem domo & menſa utantur. 16. Fori privilegio in Cauſis Criminalibus per Parentatos renunciari non poteſt. 18. Forum eligendi variandique privilegio qualiter utantur viduæ & pupilli adverſus Patentatos S. Officii. 17. Fori variatio. Vid. *Cauſæ jam contestatæ*. Forenſes quinam intelligantur anno Jubilæi. VI. 138. & ſeq. Hanc vocem *Forenſes* nonnulli Pontifices adhibuerunt in ſuis Conſtitutionibus, alii recentiores omiſerunt. *ibid.*

FRANCANDI facultas circa domos & areas in Civitate Centumcellarum ad directum Eccleſiarum aliorumque dominium ſpectantes conceditur Gubernatori cum opportunis legibus & conditionibus. IV. 181.

FRANCISCANI Miſſionarii in Ægypto laborantes laudantur. II. 208 Franciſcani Inſtituti ſpiritus quoad juriſdictionem Parochorum, ex documentis S. Franciſci, & S. Bonaventuræ. 210. Franciſcani Obſervantes Miſſionarii a quibuſdam Eccleſiis & Miſſionibus Cochinchinæ diſcedere jubentur, decreto Viſitatoris Apoſtolici. 152. Appellant ad S. Sedem. 153. Decreta prius confirmata revocantur, ipſique in priſtinum reſtituuntur. 154. Adjecta lege conſervandi Miſſiones ſibi adjudicatas, eaſque non deſerendi. 156. Iiſque permittitur prædicare in Regnis Ciampæ & Cambodiæ; non tamen aliis excluſis. *ibid.* Vid. *Minoritæ*.

FRANCISCI (S.) Aſſiſienſis, virtutes extollunrur. VIII. 173. S. Franciſci tertius Ordo. Vid. *Tertius Ordo*.

FRANCISCUS (S.) de Paula, exemplum forſan S. Franciſci Aſſiſienſis præ oculiis habens, Terrium & ipſe Ordinem inſtituit. VII. 117. Vid. *Tertius Ordo*.

FRANCISCUS (S.) Saleſius B. Joannam Franciſcam de Chantal laudavit, eique auctor fuit inſtituendi Ordinis Monialium a Viſitatione S. Mariæ. VII. 84. Tertio Ordini S. Franciſci de Paula adſcriptus, ſe *Minimum* appellabat. 117. Non ſolum quater in anno indulgebat Monialibus Confeſſarium extraordinarium; verum etiam earum pro tempore Superioribus commendatum reliquit, ut ſingulis Monialibus, quæ juſtis de cauſis Confeſſarium extraordinarium pererent, haud ſe difficiles in eo concedendo præberent. V. 91. Eoſdem ſenſus fovebat Card. Barbadicus. 92.

FRANCISCUS (S.) Xaverius ad Indos miſſus ubertimos Apoſtolicæ prædicationis fructus collegit. VII. 215. Petente Portugalliæ Rege, & ſæviente perſecutione, Patronus principalior, & Protector Indiarum eligitur; cujus Feſtum ſub ritu duplici primæ claſſis cum Octava celebratur. 272.

FRANCS Macons quinam ſint. VII. 52. Vid. *Liberi Muratori*.

FRUCTUS. Vid. *Uſura*. *Mutuum*. Fructus Beneficiorum. Vid. *Ceſſiones Commodi exigendi*. Fructus male percepti non condonantur a Pœnitentiaria Apoſt. in caſibus pubiicis: quomodo autem in occultis. II. 50. Vid. *Reditus Eccleſiæ*.

FRUMENTI & ſimiliom rerum commercium liberum de uno ad alium locum Status Pontificii ſtabilitur. VI. 17. Sublata penitus denuntiandæ quantitatis obligatione. 18. Omnibos tamen, exceptis privilegiaris, interdicitur extra Statum. 19. Vid. *Extractio*. *Privilegium*.

FUGITIVI a carceribus aut a triremibus, ſi ad Eccleſiam confugiant, aliquando Sedes Apoſt. permittit Epiſcopis, ut eos extrahi faciant. V. 16. Si ad Tribunal S. Officii pertineant, quomodo facienda ſit eorum extractio. *ibid.*

FULDENSIS Abbatia. Vid. *Abbatia*. Fuldenſis Epiſcopus a quibus, & quinam ſervata forma ſit eligendus. VIII. 32. Utitur quoque titulo & jure Abbatis Fuldenſis. *ibid.* Fuldenſis Diœceſis & Epiſcopatus Moguntinæ Archiepiſcopali Eccleſiæ eſt ſubjectus.

IX.

Digitized by Google

IX. 198. Vid. *Moguntina Archiepiſcopalis Eccleſia*. Fuldenſem Abbatem inter, & Epiſcopum Herbipolenſem inita tranſactio, ejuſdemque confirmatio. VIII. 22. Fuldenſi Abbati territorium ſeparatum, & Ordinario juriſdictio aſſeritur. 23. Forma Literarum, quibus Abbas ſuam electionem nunciat Epiſc. Herbipolenſi. 24. Jura Abbatis Fuldenſis & Epiſc. Herbipolenſis diſtinctius recenſentur. 26. Tranſactio Apoſt. auctoritate confirmatur, excepto quinto capite. 29. Fuldenſem Epiſcopum & Abbatem inter & Moguntinum Archiepiſcopum inita concordia ſeu tranſactio confirmatur. IX. 234.

FUNCTIONES ſolemnes græco ritu in Eccleſiis Latinis fieri prohibentur, abſque licentia Ordinarii, & viceverſa. I. 153.

FUNICULUS ex ſuperſtitioſo filorum numero compoſitus, & cruco delinitus, Chriſtianis mulieribus interdicitur. II. 113. & 119.

FURTUM Hoſtiæ conſecratæ. Vid. *Surripientes*. Furtum de ſolis rebus mobilibus intelligi voluerunt Auctores Juris Civilis. VII. 138. Qui furatur res ob naufragii periculum projectas, lucrari vult. *ibid.* Furtivæ rei uſucapio non admittitur, ne Civili quidem Jure. *ibid.* Furtivæ rei emptor, ſi novit, aut ſuſpicatus eſt, furtivam rem eſſe, non poteſt a Domino repetere pretium. 136. Amplius, ut etiamſi bona fide rem emerit, eam Domino reddere teneatur, neque jus habeat pretium repetendi. *ib.*

G

GABELLAS & Pedagia nova imponentes excommunicantur. I. 30. Gabellas ſive publica vectigalia fraudantes Officiales S. Inquiſitionis an, & quomodo Fori privilegio fruantur. IX. 19.

GALLIA. Galliarum Regis pacifica conſilia laudantur & promoventur. II. 200. Gallicanæ Eccleſiæ concordia fere reſtituta. *ibid.* Ejus Eccleſiæ veteres ritus, Græcis antiquatis, in Siciliam invecti fuerunt ſub Roberto Duce, & Comite Rogerio. IV. 98. Gallo-Siculum Officii Divini Breviarium a Matthæo Caldo reformatum ann. 1527. *ibid.* Galli Miſſionarii. Vid. *Pariſienſis Seminarii*.

GANZANIGUM. Vid. *Medicina*.

GELASII (S.) Papæ Decretum de Libris apocryphis non ita intelligendum, ut Canonicos Libros dumtaxat a non inſpiratis diſcernat; ſed ut aliquam etiam ſive falſitatis ſive erroris cenſuram inurat libris, quos inter apocryphos rejicit. V. 51.

GENERALES Ordinum Superiores alii ad vitam, alii ad plures aut pauciores annos. II. 202. Unicam & certam Reſidentiam ordinariam principalem habere poſſunt, quæ gaudeat exemptione a juriſdictione & viſitatione Epiſcopi, etiam quoad animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem. 145. Quænam ea eſſe debeat. 146. Generales Regulares non habent juriſdictionem in Parochianos ſæculares ſubditos Parochiæ adnexæ ipſorum Reſidentiæ. 145.

GENNADIUS Patricius & Africæ Exarchus bella pro Chriſtiana Republica feliciter geſſit; ideo a S. Gregorio M. laudatur. VII. 216.

GENTILI Antonio Xaverio Cardinali indultum conceditur celebrandi Miſſam ſupra Altari Pontificio Baſilicæ Liberianæ, poſt ſolemnem ejuſdem Altaris Conſecrationem a Pontifice factam. VI. 210.

GEORGII (S.) M. Militia a Duce Bavariæ erecta. I. 67. Vid. *Militia S. Georgii*.

GERMANIÆ Epiſcopi & Prælati Principes ad obſervantiam Eccleſiaſticæ Diſciplinæ excitantur. II. 37.

GOJASIENSIS Prælatura erigitur ex diviſione Diœceſis Fluminis Januarii. IV. 15.

GORITIÆ ſtatuitur Sedes Vicarii Apoſt. ad regendam partem Diœceſis Aquilejenſis deputati. VII. 234. Goritienſis Archiepiſcopatus, ſuppreſſo Aquilejenſi Patriarchatu erigitur, eique Diœceſis & Suffraganei aſſignantur. 74. & VIII. 8. 9. Et Capitulum in ea Eccleſia conſtituitur, Dignitatibus conſtans certoque Canonicorum numero. VIII. 9. Inſignia Canonicorum & Manſionariorum. 16. Archiepiſcopalis & Capitularis Menſæ, necnon cujuſque Canonicatus dos, ex certis fundis, & in certa deſignata ſumma conſtituitur. 10. Jus patronatus Metropolitanæ Eccleſiæ, Dignitatum, Canonicatuum, Manſionariorum &c. Reginæ Hungariæ, ejuſque deſcendentibus tribuitur. VII. 74. & VIII. 16.

GOTTI Vincentius primum a Benedicto XIII Cardinalis creatus, dein Epiſcopus Eccleſiæ in partibus infidelium ſitæ conſecratus fuit. IV. 158.

GRADUS octavus conſanguinitatis vel affinitatis apud Græcos reſpondet quarto gradui apud Latinos. I. 153. In hujuſmodi gradu Matrimonia prohibentur. *ibid.* Gradus remotioris expreſſio ſatis eſt ad validitatem diſpenſationis, obtentis poſtea ſuper propinquiore literis declaratoriis, modo tamen hic primum gradum nullatenus attingat. IX. 82. Graduum duplicitas eſt exprimenda, & obtinenda diſpenſatio, ut Matrimonium inter ſic conjunctos contrahi poſſit. *ibid.*

GRÆCI. Eccleſiæ Græcæ laudabiles conſuetudines, jejunia rituſque immutari nequeunt inconſulta Sede Apoſt. II. 23. Vid. *Ritus Græcus*. Græci Italiæ & Inſularum adjacentium ſubjiciuntur ordinariæ juriſdictioni, viſitationi & correctioni Epiſcoporum Latinorum, in quorum Diœceſibus manent. I. 154.

Ita tamen ut iidem Epiſcopi Vicarium Græcum retineant pro negotiis & cauſis Græcorum. *ibid.* Quemadmodum Metropolitanus pro cauſis Græcorum vigore appellationis ad ſe delatis Judicem Græcum deputare debet. *ib.* Si vero proprium Ordinarium Græcum habeant, ab Epiſcoporum Latinorum juriſdictione & viſitatione exempti eſſe debent. *ibid.* Græcorum filii quo ritu baptizari debeant. 145 Vid. *Latinizantes*. Et cujus Parochi juriſdictioni ſubeſſe debeant. *ibid.* Eorum Parochiæ quibus conferendæ. 155. Græcorum Ordinationes in Italia duobus Epiſcopis delegantur. 152. Excluſis ſchiſmaticis Epiſcopis. *ibid.* Excluſis etiam Latinis, quantumvis Locorum Ordinariis. 151. Prædicti tamen Epiſcopi ad Ordinationes Græcorum deputati nullam habent ordinariam juriſdictionem. 155. Nec ordinare poſſunt aliquos abſque Dimiſſoriis Ordinariorum, præter Alumnos Collegii Græci, & Collegii Corſini. 156. Tam ipſi quam alii quicunque Epiſcopi Græci Latinos ordinare prohibentur ſub pœna ſuſpenſionis. *ibid.* Græci ordinati ritu Latino cum diſpenſatione Apoſt. promoveri poſſunt ad reliquos Ordines ritu Græco. 152. Si vero ordinati fuerint ritu Latino abſque diſpenſatione, cogantur remanere in ritu Latino. *ibid.* Maxime ſi poſt ſuſceptos Ordines Latine vixerint. *ibid.* Græcis Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis permittitur retentio uxoris, quam ante Ordinem Sacrum duxerint unicam & virginem. *ibid.* Si vero Bigami ſint, ad Sacros Ordines promoveri non poſſunt. 153. Et ſi poſt Ordines ſuſceptos matrimonium contrahant, ſeparandi ſunt, & ab Ordine deponendi. 152. Vid. *Celibatus*. Græci laici communicare poſſunt ſub ſpecie azymi in Eccleſia Latina, ubi deſit Eccleſia Græca; numquam vero Latini ſub ſpecie fermentati. 147. Limita in certis caſibus, ubi conſuetudo viget. *ibid.* Græci quibus Libris Eccleſiaſticis uti debeant in Miſſis, Officiis, & Sacramentorum adminiſtratione. 154. Græcorum abſtinentiæ & jejunia. II. 24. Vid. *Jejunia*. Græcorum & Latinorum præcedentiæ deſumantur a Dignitate perſonali, ab Ordine, & antianitate. I. 155. Græca lingua legitur Evangelium & Epiſtola in Miſſa Pontificali Papæ. IV. 127. Id olim fiebat per Monachos Baſilianos Cryptæ Ferratæ, donec ad Alumnos Collegii Græci munus iſtud translatum eſt. *ibid.* Græci ſine ullo proprii ritus detrimento Latinorum Antiſtitum juriſdictioni ſubſunt. 128. Græci Ritus in Sicilia obtinuerunt a ſæculo octavo uſque ad adventum Principum Normanorum, qui ejectis Saracenis Divinum Cultum reſtaurarunt juxta Ritus Eccleſiæ Gallicanæ. 98. Græcam linguam ut addiſcant Monachi Baſiliani admonentur. VII. 43. Græcos ritus conſervare Eccleſia Latina ſemper ſtuduit. 40. Græcis prohibitum eſt Miſſas & Divina Officia Latino ritu peragere, revocatis a S. Pio V Indultis alias ſuper hoc conceſſis. 41. Græci uniti in Ruſſia Polonica, ſi rerum opportunitas id ferat, Miſſam celebrant ſuper ſactis Latinorum Tabulis lapideis. 39. Græci quoad Sacramentum Confirmationis & Ordinis. Vid. *Confirmatio*, *Ordines*. Græci ritus olim ab imperitioribus Theologis damnati. IX. 31. A Græcis & Orientalibus ritibus non licet ad Latinum tranſire abſque diſpenſatione Apoſt. 33. Græci quandoque habuerunt Eccleſias communes cum Latinis. 44. In Latinorum Epiſcoporum Diœceſibus commorantes impediri non debent, ne ſuis ritibus vivant. 29. Græci qui ritus ſuos ita ſectantur, ut Latinos damnent tamquam improbos, ſunt hoc ipſo hæretici. 34. Non ſunt a Latinis Eccleſiis arcendi, ubi præſertim propria carent Eccleſia. 47. Traditur methodus ſervanda, ne inde ob Ritus varietatem diſcordiæ Latinos inter & Græcos exoriantur. *ibid.* Græci an veteri, vel potius novo Kalendario uti debeant. *ibid.* Vid. *Kalendarium*. Græcorum ſchiſma, eorumque ad Apoſtolicam unitatem inconſtans converſio. 26. Græcorum unio ſemper ita inſtituta & tractata, ut primum omnium Mentio Rom. Pontificis in Miſſa facienda fieret. 102. Vid. *Commemoratio*. Græcos ritus quantopere ſervari cupiat Apoſt. Sedes, collectis innumeris Pontificum exemplis demonſtratur. 27. Græco-Latinus Ritus. Vid. *Ritus Græco-Latinus*. De Græcorum Melchicarum rebus dubia & poſtulata ad S. Sedem referuntur, & decreta conduntur. II. 23. Vid. *Ritus Græcorum-Melchitarum*. Græco-Melchitæ Latino ritu baptizati de præterito eligere poſſunt quo ritu vivere velint. 26. In poſterum vero ſic baptizati Græcum ritum ſequi tenentur. *ibid.* Græco-Melchitarum Patriarchæ tranſmittitur Pallium. 41. Vid. *Antiochenus Patriarcha Græcorum Melchitarum*. Græco-Ruthenorum a ſchiſmate ad Eccleſiam redeuntium Ordinationes Epiſcopo Auxerenſi delegantur. I. 180.

GRAFEO (del) Eccleſia S. Mariæ Meſſanenſis. Vid. *Protopapa*. *Ritus Græco-Latinus*.

GRATIÆ per Datariam Apoſt. vel per Secretariam Brevium expediendæ. III. 49. Vid. *Dataria*, *Brevium Secretaria*.

GRATIANUS olim Amerinus Epiſcopus commendatur. IX. 75.

GREGORIUS (S.) Magnus Epiſcopo Viennenſi ſcribit de Clerico non retrahendo a ſuſcepto Monaſticæ vitæ inſtituto. IV. 29. Item Imperatori Mauritio de non prohibendo militibus ingreſſu in Religionem. 34.

GREGORIUS IX. Vid. *Decretales*.

GREGORIUS X in Lugdunenſi Concilio

cilio Græcorum unionem complevit. IX. 28.

GREGORIUS XIII. Ejus Conſtitutio de publicandis Beneficiorum Reſignationibus. III. 116. Martyrologii Romani correctionem fieri curavit. V. 42. Jubilæum extendit ad Civitatem & Diœceſim Mediolanenſem inſtante S. Carolo Borromæo. VI. 179. Idem Roſæ Aureæ munere decoravit Eccleſiam Metropolitanam Bononiæ patriæ ſuæ. VII. 24. Kalendarium plurium adhibito labore emendavit. IX. 48. Gregorianum Kalendarium. Vid. *Kalendarium*. Gregorianus Cantus. Vid. *Cantus Gregorianus*.

GUADAGNI Joannes Antonius Cardinalis laudatur. IV. 124.

GUARDIANUS S. Sepulchri quando conferre poſſit Sacramentum Confirmationis. I. 24. & II. 26.

GUBERNATORI Urbis nulla competit juriſdictio in Civilibus contra Clericos & Loca Pia. II. 173. Exceptis Cauſis mercedis, & ſummæ infra ſcuta 25 etiamſi adſit obligatio Cameralis. 175. Gubernatori Urbis S. R. E. Vice-Gamerario conceſſum eſt Rochettum per Urbem deferre, & lemniſcos nigros equorum capiti appenſos habere. III. 214. Gubernatoris Urbis Tribunal certo Judicum & Notariorum numero conſtare debet, quibus omnibus certa emolumenta aſſignantur. IV. 208. Iiſdem certa ſumma annua tribuitur pro expenſis commiſſionum; ex qua ſi quid reliquum fuerit in fine anni, inter omnes æqualiter dividendum erit. 210. Ei prohibetur ullum Judicem, Notarium, aut Subſtitutum admittere ſupra numerum a Pontifice ſtatutum. 209. Cibaria taxare debet pro Judicibus & Notariis ad Commiſſiones prodeuntibus. 210. Idem annua ſcuta centum loco præmii partiri poteſt inter eos, qui diligiores ſe præſtiterint. *ibid.* Gubernator Urbis eſt etiam S. R. E. Vice-Cancellarius. V. 222. Antiqua privilegia ipſi confirmantur. *ibid.* Plura pro recta juſtitiæ adminiſtratione & pro regimine Miniſtrorum Tribunalis Gubernii ab ipſo præſtanda recenſentur. *ibid.* Eidem duo Prælati Aſſeſſores, Conſultæ Ponentes, adjiciuntur, quorum munera in Cauſarum judiciis, in viſitationibus carcerum &c. deſignantur. *ibid.* In Congregationibus viſitationum Carcerum, etiam Capitolii, primus ſedere debet. 225. Ejuſdem approbatio neceſſaria eſt, ut quis valeat Profeſſionem Criminalem exercere. 226. Ad quem effectum Congregatio inſtituitur ex Prælatis aliiſque, qui cum eo votum deciſivum, & reſpective conſultivum habeant, conſulta; & approbatorum elenchus fieri & publicari jubetur. *ib.* Gubernatore Civitatis aut Loci Ditionis Eccleſiaſticæ decedente, non licet Magiſtratibus, ſive Conſiliis ſubrogare Pro-Gubernatorem. II. 204. Non obſtante quacunque conſuetudine, aut quaſi poſſeſſione. 205. Niſi doceant de expreſſo privilegio a Sede Apoſt. ſibi conceſſo. *ibid.* Gubernatoribus Prælatis Civitatum Ditionis Eccleſ. decedentibus ſubrogantur ipſo facto eorum Locumtenentes, cum facultatibus & emolumentis. 204. Gubernatoribus non Prælatis ſubſtituuntur ſimiliter Procuratores Fiſcales. *ibid.* Gubernatoribus a Præfectis ſive aliis Gubernatoribus dependentibus ſubrogari jubetur aliquis Pro-Gubernator. 205. In Legationibus Romandiolæ & Ferrariæ hujuſmodi ſubrogatio pertinet ad Card. Legatos, ſive Præſides Provinciarum. *ibid.* In Legationibus Bononiæ & Urbini ſpectat ad eos, ad quos pertinet deputatio Gubernatoris. *ibid.* Gubernatorum per Ditionem Eccleſ. conſtitutorum controverſiæ cæremoniales cum Epiſcopis definiuntur. I. 40. & III. 190. Gubernatoris Lauretani juriſdictio certis in caſibus præfinitur. III. 190. Gubernium Terræ Sublaci reliquorumque Oppidorum ab ea dependentium, ejuſque forma determinatur. VIII. 152. Vid. *Sublacum*.

GUEVARA Ferdinandus Ninus a Clemente VIII Cardinalis creatus; deinde cum Hiſpaniarum Inquiſitor fuiſſet electus, ab eodem Clemente conſecratus fuit Epiſcopus Titularis. IV. 166. Quo exemplo Pontifex Cardinalem delle Lanze in Statibus Regis Sardiniæ Magnum Eleemoſynarium Nicoſiæ Archiepiſcopum conſecrandum duxit. *ibid.*

H

HABILITATIO reorum per Urbem quandonam ab Auditore generali Cameræ Apoſt. concedi poſſit. VIII. 148. Vid. *Reus*.

HABITUS viatorius conceditur Advocatis Conſiſtorialibus. II. 98. Habitum proprii Ordinis deferre tenentur Regulares quicunque ad Cardinalatum vel Epiſcopatum promoti, exceptis Canonicis Regularibus & Clericis Regularibus. VII. 256. & 262. Hanc diſciplinam aliquis ex Fratribus Minoribus evertere ſtudit. 258. Habitus proprius Equitum S. Joannis Hieroſolymitani eſt ſola linea Crux octogona. *ibid.* & 262. Olim præter Crucem, peculiares etiam veſtes deferre tenebantur. 258. Crucem hujuſmodi exterioribus veſtibus aſſutam, tamquam proprium habitum deferre hi Equites poſſunt ſi ad Cardinalatum aut Epiſcopatum promoveantur. 260. Habitu Prælatitio utitur ex indulto Apoſt. Sedis Abbas Generalis Ordinis S. Hieronymi Congregationis Italiæ, etiam in Pontificia Capella. VIII. 214.

HÆRES illius qui Spolium commiſit, quive mala fide alienam rem occupavit, quomodo ad reſtitutionem teneatur. VII. 136.

HÆRESIS abjuratio præcedens requiritur tam-

tamquam conditio neceſſaria in Literis Apoſtolicis Diſpenſationum, quæ ſuper gradibus Conſanguinitatis vel Affinitatis aliiſve impedimentis petuntur, pro perſonis diverſæ profeſſionis. V. 27. Hæreſis abjurandæ promiſſio non ſufficit, ut hujuſmodi Literarum Executor ſeu Epiſcopus diſpenſandi facultatem ab Apoſt. Sede habens, diſpenſationes ipſas ad effectum perducat. 106. A Cenſuris propter hæreſim formalem externam incurſis nullius Confeſſarius, quibuſvis ampliſſimis facultatibus munitus, vel etiam tempore Jubilæi, abſolvere poteſt, niſi expreſſim ad id facultatem habuerit. VI. 154. Etiamſi occulta hæreſis ſit, & Confeſſarius facultatem habeat abſolvendi a Cenſuris in Bulla Cœnæ reſervatis. 88. Quomodo ab ea abſolvere poſſint Pœnitentiarii anno Jubilæi. 83. Hæreſis crimen inter excepta numeratur, quorum rei immunitatis beneficio non gaudent. VII. 14. Vid. *Immunitas*.

HÆRETICI eorumque fautores excommunicantur. I. 30. Hæretici occulti abſolvi poſſunt a Pœnitentiaria Apoſt. II. 49. Ad fidem redeuntes quæ charitate ab Eccleſia recipiantur. 210. Ratione ſuſcepti Baptiſmi ad amplectendam fidem catholicam cogi poſſunt. V. 106. In locis tamen, in quibus toleratur ut hæretici mixti cum Catholicis habitent, videndum quid ferat uſus & conſuetudo. *ibid.* Hæreticorum conjugia ex perpetua Sedis Apoſt. diſciplina, Catholicis interdicta ſunt. 25. Ejus diſciplinæ recentiora argumenta afferuntur. *ibid.* Si vero aliquando ex graviſſimis cauſis permittuntur, opportunæ adjiciuntur cautelæ, quibus & conjugis catholici fides, & futuræ prolis catholica educatio in tuto collocetur. 27. Hujuſmodi conjugia in aliquibus locis, in quibus hæretici cum catholicis mixti vivunt, de facto inruntur, & a Poteſtate Eccleſiaſtica, ne majora mala proveniant, diſſimulando tolerantur. 106. Verum diſpenſationes ſuper gradibus, aut impedimentis, ab Apoſt. Sede pro ipſis non conceduntur, niſi adjecta conditione abjurandæ prius hæreſis. *ibid.* & 27. Hæretici ad ſinum Eccleſiæ invitantur, occaſione Jubilæi Univerſalis. VI. 58. Valide baptizant, ſi Sacramentum miniſtrent in fide veræ Eccleſiæ, & ſub forma præſcripta in iis quæ pertinent ad validitatem. V. 168. Eccleſiæ legibus, & univerſalibus conſuetudinibus tenentur, & juxta ea judicandum eſt in caſibus etiam ad hæreticos pertinentibus. *ibid.* Ubi de matrimonii impedimentis dirimentibus. Vid. *Matrimonium*. Hæretici Magiſtratus & Miniſtri in Fœderati Belgii Regionibus, Catholicos matrimonium contrahere volentes cogunt ad contrahendum coram ipſis. VII. 268. Multa de hoc declarantur & ſtatuuntur. *ibid.* Hæretici Eccleſiarum bona occupantes ad reſtitutionem fundorum & fructuum inde perceptorum tenentur. 132. Hæreticis ad fidem catholicam revertentibus Sedes Apoſt. aliquando permiſit, ut bona Eccleſiaſtica ab ipſis occupata retinere poſſent. 140.

HALLICARNASENSIS Epiſcopus, Elzearius Franciſcus de Achars de la Beaume, Viſitator Apoſt. Miſſionum Cochinchinæ. II. 151. Vid. *Cochinchina*.

HARLEMENSIS Epiſcopatus reſtitutio a Schiſmaticis attentata, nulla & irrita declaratur. II. 223. Harlemenſis Pſeudo-Epiſcopi Hieronymi de Bock electio damnatur, & annullatur. I. 176. Ipſe ſuſpenditur ab exercitio juriſdictionis, cum inhibitione ſuſcipiendi Conſecrationem. 177. Ejuſdem Conſecratio illicita & illegitima declaratur. *ibid.* Atque excommunicatur & ſuſpenditur ab exercitio etiam Ordinis. *ibid.* Harlemenſis Pſeudo Epiſcopi Joannis Van-Stiphout electio nulla & illicita decernitur, cum præceptis &c. II. 223. & III. 11. Ejuſdem Conſecratio illicita declaratur, ac ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia in ipſum edicitur. III. 11.

HASSIA (de) Darmſtat, Joſeph Epiſcopus Auguſtanus, laudatur. III. 24. 30. & 31.

HEBDOMADÆ Sanctæ dies Muſica valde dedecet; ideo in quibuſdam locis vetita. V. 192.

HEBRÆI Beatum Andream Rhinnenſem, & Beatum Simeonem Tridentinum primæ ætatis infantes in odium Chriſti occiderunt. VIII. 216. & 218. Hebræorum erudelirate atque perdito in Chriſtum odio plurea infantes necati recenſentur. 226. Vid. *Judæi*. *Matrimonium*.

HERBIPOLENSES Epiſcopi jus habent præceſtandæ Crucis, & utendi Pallio. VIII. 35.

HIBERNIA Sanctorum Inſula dicta. I. 54. Hiberniæ Epiſcopis incuicatur reſidentia in propriis Diœceſibus. *ibid.*

HIERONYMUS (S.) Eccleſiæ Doctor florente ætate Romæ literis operam dedit, deinde in Orientem digreſſus, rurſumque in Urbem reverſus, ſub Damaſo Papa, ab hoc in Literarum Apoſtolicarum ſcriptione adjutor adhibitus fuit. V. 63. Extincto Damaſo, cum eorum quorum vitia acerrime inſectatus fuerat, odia in eum erupiſſent, in Orientem iterum ceſſit, ubi in Sac. Scripturarum interpretatione & explanatione, Deo ſic diſponente, utiliſſimam Eccleſiæ operam navavit. *ibid.* & ſeq. Expulſus non fuit a S. Siricio Damaſi Succeſſore: an vero hic illius diſceſſum prohibere debuerit, nonniſi temere judicari poteſt. 64. Sine Hieronymi opera egregiæ a Siricio Epiſtolæ ſcriptæ fuerunt, ſummam doctrinam, majeſtatem, & pietatem redo-

redolentes. *ibid.* Inter Siricium & Hieronymum nulla ſimultas interceſſit. 65. Quod enim contra priorem Hieronymi ſententiam de Bigamia definitum extat ab Apoſt. Sede, id Innocentio potius quam Siricio tribuendum. *ibid.* Quæ vero Hieronymus in hæretico Joviniano culpavit, ea Siricius judicio ſuo damnaſſe dignoſcitur. 66. Quod ſi, hoc judicio pendente, nimia Hieronymo viſa eſt Siricii conniventia, id falſis rumoribus tribui debet, qui ex Italia in Palæſtinam haud ægre afferri potuerunt. *ibid.* & ſeq. Dum autem Hieronymus, Siricii ſimplicitati a Rufino illuſum narrat, nec dolum aut crimen illi objicit, nec probat, ita cognitam in Occidente fuiſſe Rufini malitiam ut ipſi perſpecta erat. 66. & ſeq. Denique Hieronymus Siricium in Domino morientem cum honore commemorat. 68. Quod autem cum ipſo Siricio de Pontificatus honore ambitioſe decertaverit, id nonniſi per calumniam ex quibuſdam S. Doctoris verbis deduci poteſt. 67. Antiquis Romanis in ſuis Scriptis ob zelum multa exprobravit. Idem ab eorum poſteris piiſſime colitur. VII. 233. Ejus agendi ratio erga S. Siricium a Pontifice explicata & vindicata. *ibid.* Ejuſdem corpus in Antro Bethleemitico ſepultum, inde Hieroſolyma a Saracenis capta, Romam translatum, in Baſilica Liberiana ignotum quieſcit. *ibid.*

HIERONYMUS (B.) Æmiliani Congregationis Somaſchæ Fundator. Ejus Beatificatio. IV. 204. Ejus vita, virtutes, & pia mors ſummatim referuntur. *ibid.* Series Actorum in Cauſa illius Beatificationis, virtutum & miraculorum approbatio. 205. Beatificationis Decretum. *ibid.*

HIERONYMUS Baruffaldus Archipresbyter in Collegiata Eccleſia S. Blaſii Civitatis Centi laudatur. VIII. 212. Vid. *Centum.*

HIERONYMIANI Ordinis Abbas Generalis. Vid. *Abbas. Habitus.*

HIEROSOLYMA a Gotifredo liberata Urbano II vivente, deinde ſub Urbano III rurſus in Barbarorum poteſtatem cecidit. IV. 162. Attamen Patriarchatus Hieroſolymitanus adhuc a Sum. Pontificibus provideri conſuevit, ut patet ex ſerie Patriarcharum hujuſmodi, quam Pontifex refert. 166. Nec interim, donec ſpes reliqua erat recuperandæ Sanctæ Civitatis, pro Patriarchatu Titulari habebatur. *ibid.* Hieroſolymitanorum Epiſcopo Ritus Cophtici tribuitur jurisdictio in omnes Catholicos ejuſdem Ritus recens converſos. I. 53. Hieroſolymitana Militia. Vid. *Militia S. Joannis.*

HILARII Arelatenſis ſanctitas propter ſuſpicionem errorum circa dogmata nondum ab Eccleſia definita, non obſcuratur. V. 52

HIMERIUS Epiſcopus Tarraconenſis S. Damaſum Pontificem conſuluit de pluribus Eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus. V. 60. Sed Damaſo interim ſublato, Apoſtolica Reſcripta accepit ab ejus Succeſſore S. Siricio. *ibid.*

HISPANÆ Nationis religio & obſervantia in S. Sedem commendatur. II. 77. Hiſpanæ Eccleſiæ diſciplinæ conſulitur per Conſtitut. Innocentii XIII & Benedicti XIII. 80. Hiſpaniæ Rex Ferdinandus VI Pontificis providentiam implorat quoad Parochias Indiarum Occidentalium, quæ ſolis Regularibus committi ſolebant. VII. 79. Hiſpaniarum Inquiſitor Generalis a Pontifice eligitur ad nominationem Regis Hiſpaniarum. IV. 164. Epiſcopali charactere inſigniri ſolet. *ibid.* In Hiſpaniarum & Luſitaniæ Regnis atque Ditionibus permittitur, ut ab omnibus Sacerdotibus Sæcularibus & Regularibus, perpetuis futuris temporibus, in Commemoratione omnium fidelium defunctorum tres Miſſæ celebrentur. V. 113. Vid. *Miſſa.* Hiſpaniarum Regis Catholici poſtulationes hac de re Pontifici oblatæ. 111. Rex inſtat pro ulteriori progreſſu Cauſæ Ven. Ser. Mariæ a Jeſu de Agreda, & pro abſolutione examinis illius Operum. IV. 222. Ejuſdem Regis providentia in erectione Collegii Societatis Jeſu in Civitate S. Dominici in Inſula Hiſpaniola. 170.

HISTORICI facilius recipiuntur in Cauſa Beatificationis, quam Canonizationis. VIII. 220.

HOLLANDIA Vid. *Matrimonium.* Hollandicum Schiſma. Vid. *Ultrajectenſis. Harlemenſis.*

HOMICIDÆ quamlibet privilegiati (ſalva exemptione Patentatorum S. Officii, & Cur. Epiſcopalium) non gaudent privilegio Fori in Statu Eccleſ. aliiſque ad quos extenſæ fuerunt Conſtitutiones hac de re editæ. II. 23. Si Tonſurati ſint, non Beneficiati, licet ſervantes præſcripta Concilii Trid., privantur privilegio Fori poſt duo homicidia. 29. Si ſint Clerici in Minoribus, non Beneficiati, nec ſervantes præſcripta Concilii, non gaudent privilegio Fori in hiſce Cauſis, atque etiam expleta delicti pœna eodem privilegio privati cenſentur. *ibid.* Homicidium deliberatum patrantes Laici non gaudent Immunitate Eccleſiaſtica in Statu Eccleſiæ, aliiſque ut ſupra. *ibid.* Item Eccleſiaſtici cujuſcunque Ordinis. *ibid.* Item mandantes adjuvantes &c. tam Laici quam Eccleſiaſtici. *ibid.* Item inquiſiti, banniti, & damnati de homicidio in contumaciam. *ibid.* Homicidium proditorie committentes, ac etiam dumtaxat animo præmeditato, & deliberato, Immunitate Eccleſ. non gaudent. VI. 185. Amplia quoad Statum Eccleſ. ex Conſtitutione Clementis XII, & quoad alias Regiones ex Indultis aut Concordatis ſpecialibus, etiamſi homi-

homicidium in ilxa ſequatur, dummodo non caſoaliter, vel ad propriam defenſionem. 186. Et quoad Eccleſiaſticos homicidium committentes, ex eadem Conſtitutione Clementis. 187. Quod etiam extendi decernitur ad Regulares cujuſcunque Ordinis, & Inſtituti. *ibid.* Item ad Mulieres & Milites. *ibid.* Et ad eos, qui homicidium ita patraverint, baculo aut ſaxo. *ibid.* Vid. *Immunitas. Extractio.* Homicida reputatur etiam qui proximum ita vulneravit, ut ex eo vulnere intra certum tempus moriatur; unde ſi petiti grave vitæ periculum vulnerato imminere pronuntient, percuſſor e loco immuni extrahi debebit; reſtituendus tamen, ſi vulneratus ultra definitum tempus ſuperſtes viverit. 188.

HOMILIA a Sum. Pontifice habita intra Miſſarum ſolemnia in Baſil. Vaticana die Natali Principum Apoſtolorum, in quinque Beatorum Canonizatione. V. 234.

HONORARII Familiares Cardinalium, & aliorum Romanæ Curiæ Procerum plures eſſe ſtudent. VI. 196. Defunctis Dominis ſalarium, & alia ſibi deberi contendunt. 197. Honorarii hujuſmodi, ſi in peculiari Rotulo cum Honorariorum denominatione deſcribantur, nulla ipſis actio in poſterum ſuffragabitur contra defuncti hæreditatem, ſeu prominuendis Legatis, quæ veris Familiaribus relicta fuerint. 198.

HORÆ Canonicæ devote recitandæ ſunt. Eas quotidie in Choro cantare debent ordinato modo & cantu qui Choro tenentur. V. 176. Obligationi non ſatisfacit qui illas ſine debita attentione canit. *ibid.* Recitari debent a Græcis in Sacris Ordinibus conſtitutis. I. 150. Vid. *Officium Divinum.*

HOSPITALARII S. Joannis de Deo artem aromatariam exercere poſſunt, & pharmaca vendere. I. 13. Hoſpitalarii S. Spiritus. Vid. *Canonici. Tranſitus.*

HOSPITALE S. Angeli a Nido Neapolitanæ Civitatis una cum omnibus bonis, juribus, necnon certo ioſervientium numero eſt ab omnimoda Archiepiſcoporum tam ordinaria, quam delegata juriſdictione exemptum. IX. 85.

HOSPITIO Pauperum Invalidorum de Urbe applicantur reditus expeditionum Collegiorum Min. Gratiæ, deductis expenſis Pœnitentiariæ. II. 63.

HOSTIÆ Conſecratæ furtum. Vid. *Surripientes.*

HOSTIENSIS Epiſcopatus ſubſiſtit, licet Capitulum extinctum ſit. IV. 146.

HUMANA Civitas in Piceno olim exiſtens, circa finem ſæculi XIV deſtructa fuit. IV. 142. Humanatenſis Civitatis & Diœceſis ſitus indicatur. 146. Ejus Cathedra Epiſcopalis a Martino V unita fuit Eccleſiæ Anconitanæ. 142. Cujus unionis Bulla veteribus incomperta, & a D. Gregorio recens edita refertur. 144. Humanatenſis Epiſcopi Titulus, ab Epiſcopo Anconitano adhiberi præſcribitur in Bulla unionis. *ibid.* Sed cum intermiſſum fuerit, Pontifex id in uſum revocari jubet. *ibid.* Humanatenſis Comitis Titulus ab Epiſcopis Anconitatis uſitatus. *ibid.*

HUNGARIÆ Regina. Vid. *Auſtria.*

I

JACOBI (S.) a Scotiacavalli Parochia. Vid. *Parochialis.* S. Jacobi Eccleſiæ in Civitate Leonina viginti loca Montium ad augenda Parochi emolumenta conceduntur. IV. 201. S. Jacobum de Marchia Dialogum adverſus Fraticellos ſcripſiſſe, nequaquam probatum fuit. 226. Ideo, omiſſis Diſputationibus ſuper doctrina in eo Dialogo contenta, ad ulteriora proceſſum eſt in Cauſa illius Canonizationis. 227. De alia quæſtione ſuper ejuldem doctrina de Sanguine Chriſti, remiſſive. *ibid.* Jacobus Cardinalis Boncompagni Capellam iotra Bononienſem Metropolitanam inſigni opere conſtruxit. IX. 146. Jacobus Goarius Ord. Prædicatorum plurimum Græcatum rerum peritia valuit; Græcumque Euchologium cum latina verſione edidit. 98.

JACOBITÆ ad hunc diem vocantur hæretici Orientis in Eutychiana hæreſi, contra Chalcedonenſia Concilii decreta obſtirmati. III. 217.

JANUARII (S.) Militia a Rege utriuſque Siciliæ erecta confirmatur. I. 50. Januarii menſis Kalendæ ab Ethnicis impie celebrari ſolebant ludis in honorem Jani & Streniæ. IV. 220. Hujuſmodi impietates fidelibus prohibitæ & tandem omnino abolitæ. *ib.*

IDENTITAS perſonæ non ſatis concluditur ex identitate nominis. VIII. 131.

IDIOMA Slavo literale, Illiricæ Nationis Clero in Divinis Officiis interdicitur. VIII. 205.

MATER comprehenditur ſub appellatione parentum. VII. 106. Jus naturale habet ſuper educatione filiorum infantium. 108. Quod ita intelligendum, non ut hoc jubeat lex naturæ immutabilis, ſed ut jus illud a naturæ originem habeat, & limitari valeat jure gentium, multoque magis favore Religionis. 110. Jus æquum habet cum patre quoad retinendum filium in ſua ſocietate. *ibid.* Sed voluntas matris fidelis offerentis filium ad Baptiſmum prævalere debet repugnantiæ patris propter ſpirituale commodum ipſius filii. *ib.* Ea præferri debet propter favorem Religionis. 102. Ad filiorum tutelam admiſſa eſt per *auth. Matri & Aviæ. Cod. quando mulier tutela off. fungi poteſt*, & quidem cum prælatione quoad aviam. 106. Quod autem ordo legis procedat tantummodo quoad illas, quæ catholicæ fidei ſunt, eruitur ex Novella 118, *de hæred. ab inteſt. veniens.* ubi ordo ille etiam in ſucceſſionibus ſtatutus, quoad perſonas catholicas dumtaxat obtinere debere decernitur. *ibid.* Filiam dotare non tenetur, niſi in ſubſidium patris egentis. *ibid.* Limita ut mater infidelis filiam Chriſtianam dotare debeat, quamvis pater Chriſtianus pauper non ſit. *ibid.* Filium filiamve ad Monaſterium debet ve offert. 104. Contradicendi jus non habet voluntati patris offerentis filium ad melioris vitæ propoſitum. 96. Signanter quoad oblationem filii ad Baptiſmum. 98. & 102. Amplia, ſi oblatio ad Baptiſmum fieret ab Avo paterno. 98. Ac etiam, ſi mortuo patre oblatio fiat ab Avia paterna. 112.

MATHA (de). Vid. *S. Joannes*.

MATHATIAS an Infantes tantum Judæos genere, an etiam Gentilium filios, invitis parentibus, circumciderit. IV. 46.

MATHELICA Oppidum in Picæno antiquiſſima fundatione, & præſtantium virorum fama illuſtre. VIII. 126. Titulo, honoribus & juribus Civitatis jam inde a vetuſtioribus temporibus gaviſa. *ibid.* Ad primævum Civitatis ſtatum & jura reſtitutorum. 127.

MATHEMATICÆ Cathedra in Archigymnaſio Urbis erigitur. V. 119.

MATHÆO Didacus Gonzales, Ord. Minorum, Apologiam ſcripſit pro opere Ven. Mariæ de Agreda. IV. 230.

MATHIÆ (S.) Vigilia cum jejunio in univerſa Eccleſia ex præcepto in Corpore Juris clauſo obſervatur. VII. 10. Ea anno 1751 cum in ultimum Bacchanaliorum diem inciderit, ad evitanda tranſgreſſionum pericula, anticipari permittitur in Sabbatum Sexageſimæ. 12.

MATRIMONIALES Cauſæ. Horum judicia coram quibus, & quo ordine ac forma peragenda ſint. I. 69. Harum Commiſſiones Epiſcopis tantum dirigendæ, vel in eorum defectum Judicibus Synodalibus. 70. Cauſæ Matrimoniales Romam delatæ in ſecunda & tertia inſtantia, coram quibus diſceptari debeant. 72. Et quid ubi pluries in judicium deduci debeant. *ibid.* Unica Sententia pro nullitate Matrimonii prolata, nemini licet ad alia vota tranſire. *ibid.* Appellatio a Sententia lata ſuper nullitate Matrimonii in quacunque inſtantia ſemper ſuſpendit executionem. *ibid.* Appellatio in Cauſis Matrimonialibus impediri nequit per pacta pœnalia. II. 13. & 14. Vid. *Pacta*. Sententia ſuper nullitate Matrimonii numquam tranſit in rem judicatam, ſed ex noviter detectis quandocumque revideri poteſt. I. 71. Matrimoniales Cauſæ duabus ſaltem conformibus ſententiis vel decretis definiri debent. IX. 81. Ex juſtis cauſis ab hujuſmodi lege Pontifex Oratores quandoque abſolvit. *ibid.* Matrimonialibus diſpenſationibus quandoque juſtam præſtat cauſam probabilis timor, ne his denegatis Oratores in apoſtaſiam prolabantur. VIII. 188. Matrimoniales Cauſas perſonarum degentium in Parochiis Capitulo Veronenſi ſubjectis cognoſcere, eſt privativæ juriſdictionis Veronenſis Epiſcopi. IX. 181. Matrimonii impedimenta an & quando tollere, vel ſuper illis diſpenſare poſſint Sacerdotes Soc. Jeſu Miſſionarii per Indias Occidentales & Orientales. 224. Matrimonium quoad diſpenſationem in radice. Vid. *Diſpenſatio Matri-*

monii. Matrimonialium Cauſarum tractandarum methodus a Pontifice præſcripta optatos utilitatis fructus attuliſſe dignoſcitur. V. 8. Matrimonii Defenſor in ſingulis Diœceſibus conſtitutus in omnibus actibus Judicii ſuper nullitate matrimonii citandus &c. 10. Matrimonii nullitas ſatis canonizata non cenſetur, ad hoc ut partes tranſire valeant ad alia vota, niſi duæ ſaltem Sententiæ conformes ſuper ea emanaverint. *ibid.* Matrimonii Defenſor. Vid. *Defenſor*.

MATRIMONIUM a Græcis contractum poſt ſuſceptos Ordines Sacros nullum & irritum declaratur. I. 151. Vid. *Græci Presbyteri*. Contrahi nequit a Diacono Orientalis Eccleſiæ qui ordinatus fuerit in ſtatu cælibi. II. 214. Vid. *Diaconi*. Inter contingentes ſe quarto gradu conſanguin. vel affin. Græcis prohibetur. I. 153. Vid. *Gradus, Diſpenſatio*. Matrimonia infantium prohibentur. II. 113. A Catholicis cum hæreticis contracta deteſtanda. I. 75. Contrahi a fidelibus cum neophytis ad fidem converſis in Loco pio Catechumenorum Venetiis, abſque interpellatione prioris conjugis in infidelitate relicti, permittitur arbitrio Nuntii Apoſt. Venetiis commorantis. II. 184. Idque matrimonium per adventum prioris conjugis non reſcindendum eſſe decernitur. *ibid.* Matrimonio jungendi non ſunt qui in Doctrina Chriſtiana ſatis inſtructi non reperiantur. I. 95. Secundæ, tertiæ, & ulteriores nuptiæ damnari nequeunt. I. 153. & II. 213. Vid. *Impedimentum. Nuptiæ*. Matrimonii celebrandi forma a Concilio Trid. ſtatuta obſervari jubetur. II. 14. Vid. *Aſſiſtentia. Denuntiationes*. Decretum Concilii Trid. de Reform. Matrimonii Italo-Græcis rite publicari præcipitur. I. 153. Matrimonia inter ſubditos Principum Catholicorum in Provinciis Fœderati Belgii commorantes, & viceverſa, quomodo contrahenda. 75. Matrimonia in Hollandia & Fœderato Belgio inter incolas contracta, non ſervata forma Concilii Trid. valida declarantur. 74. & ſeq. Item inter perſonas addictas Præſidiis Locorum *di Barriera*. 75. Et inter incolas Civitatis Moſæ Trajectenſ. *ibid.* Matrimonia in Servia & finitimis Regionibus ad præſcriptum Concilii Trid. celebranda, abrogatis Clandeſtinis, aut coram ſolo Judice contractis. II. 34. Nec renovari poſſunt coram *Caddi*, nequidem per Procuratores; niſi ritus hujuſmodi renovationis ſint mere civiles. *ibid.* Matrimonia inter fideles Malabares contrahenda ſunt in congrua ætate, & juxta formam a Concilio Trid. præſcriptam. 113. Intellige in locis, in quibus Decretum Conciliare rite publicatum fuerit. 119. Et quod hujuſmodi publicatio fieri debeat. *ibid.* Matrimonia inter conjuges diverſi ritus quomodo & coram quibus contrahi debeant. I. 153. Matrimonia contrahentium voluntas a Parocho explorandа. II. 15. Publice & palam celebrari debent. I. 74. Matrimonia Conſcientiæ ſive occulta nonniſi graviſſima de cauſa permitti debent. 76. Ea contrahere quibus non eſt permittendum. 77. Matrimonii occulte celebrati multiplices pravi effectus. 76. Matrimonia occulta celebrari nequeunt abſque probatione ſtatus liberi. 77. Celebrari debent in præſentia proprii Parochi extra caſum gravis neceſſitatis. 78. Et regiſtrari debent in Actis Curiæ Epiſcopalis in libro ſecreto. *ibid.* Sicut etiam nativitas & baptiſmus prolis. *ibid.* Hujuſmodi libris ſecretis auctoritas tribuitur. 79. Contrahentes matrimonia occulta tenentur agnoſcere prolem, cjuſque educationi proſpicere. 78. Eamque tempeſtive baptizari facere, deque ejus nativitate & baptiſmo Epiſcopum inſtruere. *ibid.* Matrimonium ſubſequens legitimat prolem antea genitam, non tamen ex adulterio. II. 158. Idque non virtute Sacramenti, ſed ex diſpoſitione Legis Eccleſiaſticæ. 167. Ubi vide veram lectionem *Cap. Tanta. Qui filii ſint legitimi*. Matrimonium jure Naturali, Divino, & Canonico indiſſolubile, non temere dirimendum. *ibid.* Divortia quoad vinculum inter fideles non admittuntur. I. 153. Matrimonium non diſſolvitur per uxoris fugam & nuptias ab ea cum infideli contractas. II. 34. Ad validitatem Contractus Matrimonii rationis uſus requiritur de jure naturali & Divino. V. 28. Potentia actualis ad copulam requiritur de jure poſitivo Canonico: ſuper quo ſolus Pontifex diſpenſare poteſt. *ibid.* Quando autem malitia ſupplet ætatem, idque Eccleſiaſtico Judici, etiam Ordinario, comprobatum eſt, Canones permittunt matrimonium contrahi. Vid. *Ætas. Diſpenſatio*. Matrimonia Catholicorum cum hæreticis a S. Sede ſemper reprobata. 25. Et recentioribus Pontificiis Decretis denuo reprobata fuiſſe demonſtratur. 26. Matrimonium ſi quis cum hæretico contraxerit, pœnitentiam agere debet, & curare ut conjugem a vera fide aberrantem ad gremium Chriſti reducat. 27. Pro Matrimoniis inter hæreticos, aut cum hæreticis contrahendis, Diſpenſationes a S. Sede non conceduntur, niſi addita conditione de abjuranda prius hæreſi. *ibid.* Si de hujus conditionis implemento Epiſcopis executoribus non conſtiterit, Diſpenſationes non ſunt exequendæ. *ibid.* Vid. *Diſpenſatio*. Matrimonium cum hæreticis contrahi, quibus caſibus, quibuſque de cauſis permittatur ab Apoſt. Sede; quæ leges & cautelæ in licentiis ſeu Diſpenſationibus apponantur. 28. Matrimonium nullitec contractum definitur in gradibus a Jure prohibitis, ſuper quibus Diſpenſatio conceſſa fuit ab Epiſcopo non ſervatis conditionibus in hujuſmodi facultatis conceſſione ſibi præſcriptis. 105.

Ma-

Matrimonium inter Judæos quomodo contrahatur, & quomodo a Sponſalibus differat. IV. 83. Matrimonium quod inter duos Judæos erat diſſolvitur, ſi alter ex conjugibus Baptiſmum ſuſcipiat, alter vero converti recuſet, & cohabitare ſine contumelia Creatoris. 84. Super quo tamen legitimam interpellationem præcedere neceſſe eſt. *ibid.* & 174. Sed non permittitur libellum repudii judaicis ritibus ei dare. 174. & ſeq. Vid. *Judæi. Repudium.* Hujuſmodi Matrimonii ſolutio tunc effectum habere cenſetur, quando neophytus novas contrahit nuptias. 84. Et quod opinio communior non ſit, & in Tribunalibus Urbis recepta. *ibid.* An vero diſſoluto ſic matrimonio Conjux alter in infidelitate remanens novas noptias contrahere poſſit, in utramque partem probabilitet diſputatur. 175. Matrimonium Hebræis Lege Moyſis vetitum erat cum alienigenis. V. 162. Sed non ſatis conſtat, utrum prohibitio extenderetur ad omnes Nationes, an vero ſolas comprehenderet Nationes Chanaan. 164. Neque clarum eſt, eam prohibitionem fuiſſe ſub pœna nullitatis. 162. Nec id evincitur ex ſeparatione, quam Eſdras indixit populo ab uxoribus alienigenis. 164 Matrimonium Hebræis cum Chriſtianis vetitum eſt Lege Theodoſii Imper. *ibid.* Sed non idcirco nullum & irritum fore declaratum eſt; tantummodo puniendum ut adulterium. *ibid.* Matrimonium irritantia impedimenta ſtatui nequeunt per Legem Principis Laici. *ibid.* Matrimonium inter virum Judæum, & mulierem hæreticam, & generaliter inter perſonam baptizatam aliimque non baptizatam, nullum eſt propter impedimentum *diſparitatis Cultus*. Ideoque ſi infidelis baptizetur, renovandum decernitur. 162. Vid. *Hæretici. Impedimentum.* Matrimonium poſt Ordines Sacros initum ab Italo-Græcis nullum declaratur. VI. 195. An vero idem Jus obtineat quoad Orientales, nullo adhuc Decreto Apoſt. definitum ſuit, quamvis Tribunalia Urbis pro nullitate opinari conſueverint. *ibid.* Vid. *Conſenſus.* Matrimonium contractum poſt Profeſſionem Regularem irritum eſt; & antea contractum, necdum conſummatum, per eandem Profeſſionem dirimitur. VII. 256. Ubi de Profeſſione in Equeſtri Ordine S. Joannis Jeroſolym. quod idem operetur. *ibid.* Matrimonium contractum non ſervata forma a Concilio Trid. præſcripta nullum eſt ram ratione contractus, quam ratione Sacramenti in locis, in quibus Concilii Decretum promulgatum fuit, & inter perſonas eidem ſubjectas. 268. Ideo nullam matrimonii rationem habere poteſt illud, quod in fœderati Belgii Regionibus a Catholicis contrahitur coram Civili Magiſtratu, aut eorum hæretico Miniſtro, cui ſe ſiſtere iidem Catholici coguntur. 269. Et niſi matrimonium deinde ab ils celebretur ſervata forma a Trid. præſcripta, conjugalis conſuetudo peccaminoſa erit & proles illegitima. *ibid.* Quid in hac materia inculeandum ſit Catholicis earum Regionum. *ibid.* Matrimonia ibidem ab hæreticis inter ſe, aut inter Catholicos & hæreticos, quamvis illicite, contracta, non ſervato Concilii Trid. Decreto, valida declarata fuerunt, utpote non comprehenſa ſub ejuſdem Concilii lege. *ibid.* Matrimonium contractum inter Conjunctos tertio, & quarto duplicibus, obtenta diſpenſatione ſuper tertio & quarto ſimpliciter, eſt nullum. IX. 82. Matrimonium contractum non expeditis Literis ſuper gradu proximiore in diſpenſatione non expreſſo, eſt illicitum, ſed tamen validum. *ibid.*

MAURITII (S.) Vid. *Militia S. Mauritii Mart.*

MAXIMIANUS ædificium Thermarum Diocletiani aggreſſus eſt, & quo conſilio. X. 12.

MAYSSUR. Vid. *Malabar.*

MEDICAMENTORUM & Pharmacorum venditio prohibetur Regularibus. I. 13.

MEDICI ſint minus faciles in perſuadenda peculiaribus perſonis obſervantiæ quadrageſimalis relaxatione. II. 222. Iidem ſeverius conſulere ſoleut, ubi agatur de univerſali diſpenſatione. *ibid.* Medicorum ſententiæ exquirendæ, eorumque atteſtationes exhibendæ pro obtinenda diſpenſatione Quadrageſimæ pro integra Civitate &c. *ibid.* Quid ab ipſis obſervari oporteat. *ibid.*

MEDICINÆ Oppidum, & annexæ Terræ Ganzanighi & Villæ Fontanæ juxta Bonifacii IX, & Martini V diſpoſitiones ſunt de Comitatu Bononienſi. III. 166. Lis inter dictas Terras & Regimen Bononienſe ab antiquo vertens deciditur. *ibid.* Definitur, eas ſubeſſe debere Regimini Civitatis Bononienſis ejuſque poteſtati & juriſdictioni. *ibid.* Et gubernari debere a Legato S. Sedis, & dicto Regimine Civitatis Bononienſis. 167. Præterea teneri ad ſolutionem onerum Cameralium tam de præterito, quam de futuro. *ibid.* Et quid reſpectu onerum præteritorum. Præſervantur in dictis Terris ea Opificia, quæ, ſoli Civitati Bononienſi privative non ſunt attributa. 169.

MEDIOBARBUS Carolus Ambroſius Patriarcha Alexandrinus, Viſitator Apoſt. in Sinis. I. 168. Permiſſiones octo edit contra Ritus Sinenſes, a S. Sede poſtmodum reprobatas. *ibid.* Prohibet tamen earum divulgationem & verſionem. *ibid.* Quomodo adductus ut eas concederet. *ibid.* Quæ fuerit ejus mens in iisdem concedendis, 170.

MEDIOLANENSIUM Doctorum Collegium unum locum habet in Colle io Advocatorum Conſiſt. ex Conceſſione Pii quinti. II. 99.

MEDITATIO. Vid. *Oratio. Indulgentiæ.*

MEINDARTS Joannes Petrus Pseudo Archiepiscopus Ultrajectensis nulliter electus, illicite consecratus, excommunicatus & suspensus declaratur. I. 24. Vid. *Ultrajectenses.*

MELCHITARUM Antiocheno Patriarchæ Cyrillo Pallium conceditur. III. 216. Vid. *Antiochenus Patriarca Græcorum Melchitarum. Græco-Melchitæ. Ritus Græcorum Melchitarum.*

MELIAPUREN. Episcopo scribit Clemens XI. super confirmatione Decretorum Card. Tournonii. II. 117.

MELITENSIUM Ordo. Vid. *Militia S. Joannis Jerosolym.* Militiæ Insulæ conceditur indultum ad formam Cruciatæ. II. 17. Melitensis Episcopus gradum Procerum Magnæ Crucis obtinet inter Fratres Ordinis S. Joannis Jerosol. & Crucem octogonam Melitæ super Mozzettam, Romæ super Mantellettam defert. VII. 260. Etiamsi ad aliam Ecclesiam transferatur; & quare. 262. Melitenses Equites. Vid. *Equus. Militia.*

MENDICANTIBUS, qui eleemosynæ loco, & pro victu Cœnobii frumentum colligunt, permittitur extractio quocumque tempore, etiam extra Statum Ecclesiasticum. V. 36. Mendicare per Urbem post horam 24 absque scripta licentia, quæ honestis dumtaxat personis, numquam vero fœminis juvenibus concedenda erit, interdicitur hominibus & mulieribus. 229. Vid. *Fœmina.*

MENSA nummolatria S. Spiritus. Vid. *Banchum.*

MENSTRUI Festum apud fideles Malabares abolendum. II. 113. & 119. Vid. *Mulieres.* Menstruatas mulieres ab Ecclesia, & ab Eucharistica Communione, etiam in discrimine mortis constitutas, olim repellebant Græci. IX. 126.

MERATUS Cajetanus Cl. Reg. laudatur. II. 201.

MERCATORES in bello reputari non debent tamquam partes Reipublicæ nocentis; ideo non lædendi. VII. 126.

MERCATUS a Nundinis distinguuntur tam a Doctoribus, quam in Ecclesiasticis Constitutionibus. III. 44. Mercatus sunt de rebus minoribus ad quotidianas necessitates pertinentibus, & singulis septimanis a vicinis fiunt. 45. Hi prohibentur omnino fieri diebus festis. 47. Et in dies præcedentes, aut subsequentes transferri jubentur. *ibid.* Eaque de re approbatur Decretum Congr. Concilii in Ripana Mercatus. *ibid.* Quacumque etiam immemorabili consuetudine minime obstante 48. Ubi refertur Resolutio Concilii *in Carchinonen. observationis Festorum.* Vid. *Nundinæ.*

MERCEDIS Causæ sicut etiam quæ non excedunt summam scutorum 25 judicari possunt a Card. Vicario & a Gubernatore Urbis contra quoscumque, non obstante obl. Cam. II. 175.

MERCENARIIS, quibus pro mercede datur frumentum vel quid simile, permittitur quocumque tempore extractio, etiam extra Statum Ecclesiasticum. V. 36.

MERCIMONIA exercentes super eleemosynis Missarum, Laici excommunicationis, Clerici vero & Sacerdotes suspensionis pœnam incurrunt. I. 48. Vid. *Elemosyna.*

MERIDES sunt minores quædam portiones panis in Missa, juxta Orientalis Ecclesiæ ritum, offerendi & consecrandi. IX. 123. De harum particularum Consecratione temere dubitavit Simeon Archiep. Thessalonicensis schismaticus. *ibid.*

METHODII (S.) Patriarchæ Constant. Decretum de reconciliandis apostatis, iterationem Confirmationis non inducit. IX. 119.

MESSANENSI (in) Civitate & Diœcesi permittitur reductio observantiæ plurium dierum festorum de præcepto. V. 129.

METROPOLITANI jurisdictionem ordinariam in Suffraganeorum Diœcesibus exercere prohibentur. II. 73. Metropolitanus non potest visitare Ecclesias Cathedrales, aut Diœceses Episcoporum Suffraganeorum, nisi de mandato Concilii Provincialis. 74. Metropolitani jurisdictionem non habent proprio jure in Monasteria sita in Diœcesibus Suffraganeorum. *ibid.* Illis olim privativo jure reservata erat auctoritas consecrandi Ecclesias per Diœceses Suffraganeorum, & si quo detinerentur impedimento, poterant alteri sibi bene viso Functionem delegare. IX. 169. Vid. *Consecratio.*

METROPOLITICUM jus Ecclesiæ Moguntinæ. Vid. *Moguntina Archiepiscopalis Ecclesia.*

METUS. Vid. *Vis.*

MEXICANA Synodus anni 1585 a S. Sede approbata, Episcoporum jurisdictionem asserit in omnes animarum Curam exercentes, etiam Regulares. III. 63.

MICHAEL Cerularius Photiani Schismatis instaurator. IX. 26. & 101. Ejus Literæ ad Petrum Patriarcham Antiochenum, illiusque ad illum responsio, de Commemoratione Romani Pontificis in Missa. *ibid.* Vid. *Commemoratio Romani Pontificis.*

MICHAEL Paleologus Constantinopolitanus Imperator iterato Græcæ Ecclesiæ unionem cum Latina curavit. IX. 28.

MICHAELIS (S.) Hospitium. Vid. *Hospitium Pauperum invalidorum.*

MILITIA S. Georgii Martyris a Duce Bavariæ erecta. I. 67. In ea constituuntur sex Officia Ecclesiastica cum approbatione Apost. *ibid.*

MILITIA Hospitalis S. Joannis Jerosolymitani. Ejus laudes & institutum. II. 17. & VII. 264. Ipsius militibus & subditis conce-

dua-

duntur indulta Cruciatæ. II. 19. Magno Magistro & Bajulivo S. Stephani quænam jurisdictio competat in Oppidum Putiniani. I. 213. Super triremibus Militiæ Jerosolymitanæ permittitur celebratio Missæ cum opportunia cautelis. I. 93. Ejus primus Magister fuit Raymundus de Podio. VII. 258. Duo Ejusdem Magni Magistri, Petrus de Aubusson & Hugo Verdala, inter S. R. E. Cardinales cooptati fuerunt. 264. Equites in ea professi veri Religiosi sunt, & votum castitatis plenum & absolutum emittunt. 260. Ejusdem Militiæ nomine supplicatum est Sum. Pontifici, ut definiret, Episcopos & Cardinales ex ea assumptos habitum proprii Ordinis, videlicet lineam octogonam Crucem exterioribus vestibus assutam, visibiliter gestare debere. 264. Id Pontifex concedit. *ibid.*

MILITIA S. Januarii a Carolo utriusque Siciliæ Rege erecta confirmatur, ejusque Officialibus & militibus indulta & privilegia conceduntur. I. 50. Ejusdem militum numerus, & Officialium munia. *ibid.*

MILITIA S. Lazari Jerosolymitani a Pio V reformata. II. 91. A Gregorio XIII unita fuit Militiæ S. Mauritii. 92. Et Clemens VIII privilegiorum communicationem inter eas indulsit. *ibid.* Inter quæ aderat facultas a S. Pio V concessa erigendi Commendas ex Beneficiis Ecclesiasticis simplicibus de jure Patronatus laicorum. 91. Vid. *Militia SS. Mauritii & Lazari.*

MILITIA S. Mauritii Martyria a Gregorio XIII erecta sub Regula Cistercien. II. 92. Ejus Sedes principalis in Sabaudia, & Magnus Magister Sabaudiæ Dux. *ibid.* Eidem unitur Militia S. Lazari Jerosolym. *ibid.* Clemens VIII confirmat unionem cum communicatione privilegiorum. *ibid.*

MILITIA SS. Mauritii & Lazari. Ejus Magno Magistro conceditur, ut ex Beneficiis simplicibus de jure patronatus laicorum erigere possit Commendas sui Ordinis de consensu Patronorum. II. 93. Et probationes super natura hujusmodi Beneficiorum fieri possint coram Nuntio Apost. apud Sabaudiæ Ducem residente, sive coram Archiep. Taurinensi, aut Episcopo viciniori. 94. Erectiones Commendarum confirmari per Literas in forma Brevis vel etiam per simplex Decretum Congregationis Episcop. & Regul. vel Concilii Trid. *ibid.*

MILITIA S. Stephani. Vid. *S. Stephani.*

MILITES Mauritii Imperatoris lege prohibiti sunt Monasticam vitam amplecti; sed contra hanc Legem scripsit S. Gregorius Magnus. IV. 34. Militea homicidii rei militaribus privilegiis non juvantur. VI. 187. Militum stationes non præbent justam causam dispensandi populum ab observantia Quadragesimali. II. 220.

MILLINUS Joannes Garzia Cardinalis sub Urbano VIII. in Aquilejensis Patriarchatus negotio plurimum adlaboravit. VII. 240. Millinus Marina Cardinalis in eodem negotio summa cum laude se gessit. 70. 235. & 241.

MINDELHEIN Oppidum Diœcesis Augustanæ. Anglicanarum Virginum Conservatorium ibi existens Episcopi jurisdictionem agnoscere decrevit. V. 207. Postea vero debitam obedientiam præstat, ejusque merito nonnullis gratiis & indultis ab Episcopo & a Sum. Pontifice ditatur. 218.

MINIMORUM S. Francisci de Paula electiones aliaque negotia post tertium scrutinium, ob suffragiorum paritatem non absolutæ, judicio Correctoris, sive Generalis, sive Provincialis dirimuntur. VIII. 168. Minimis tam Fratribus quam Monialibus præcipitur, ut in Choro aliisque quibuscunque functionibus Ecclesiastici Cantum Gregorianum adhibeant. 166.

MINISTER ordinarius Sacramenti Confirmationis idem ipse est ordinarius Minister Consecrationis. X. 21.

MINISTRANTIUM infirmis Congregatio in Urbe a S. Camillo de Lellis instituta & a Sixto V. approbata, & privilegiis decorata. III. 129. Eadem in Ordinem Regularem & Congregationem Cleric. Regularium erigitur a Gregorio XIV. 130. Eidem a Benedicto XIV. applicantur bona quædam Rearæ existentia, & ad Congregationem Doctrinæ Christianæ antea pertinentia. IV. 201.

MINISTRI S. Collegii Cardinalium. Vid. *Collegii.*

MINORITÆ Fratres Custodiæ Terræ Sanctæ soli exercere possunt munia Parochialia in Græco-Melchitas Patriarchatus Antiocheni absente Parocho Græco. II. 26. Vid. *Franciscani.* Minorum S. Francisci de Observantia Ministro Generali Pontifex scribit super Operibus Ven. Sorori Mariæ a Jesu de Agreda attributis IV. 222.

MINORUM Contractus. Vid. *Decreta jurisdictionis voluntariæ.*

MIRACULORUM varius numerus pro Beatificatione B. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal. VII. 84.

MISSA. Missæ in quibus solus Sacerdos communicat reprobari non possunt. I. 181. Missam celebrantes non tenentur S. Eucharistiam omnibus petentibus infra ipsam actionem ministrare. *ibid.* Missæ celebrationi præmittenda peccatorum expiatio. 148. Missæ in ea Ecclesia & loco celebrari debent, in quibus voluerunt ii, qui eleemosynas erogarunt. 47. Missarum celebratio ab omni avaritiæ specie remota servari debet. 48. Vid. *Eleemosyna pro Missis.* Ante Auroram & post Meridiem indulgetur Militibus S. Januarii. 51. Ante lucem & post Meridiem in vim Bullæ Cruciatæ. II. 21. Missa extra Eccle-

ſias celebrari nequit extra caſum ſummæ neceſſitatis. 36. Celebrari permittitur cum opportunis cautelis ſuper Triremibus Militiæ S. Joannis Jeroſol. I. 93. Item ſuper Triremibus Pontificiis. 137. Miſſam celebrantes qui reperti fuerint ad Presbyteratum non promoti, Cutiæ Sæculari traduntur etiam pro prima vice, prævia degradatione, ſi alium Ordinem habeant. II. 66. Etiamſi unius tantum Miſſæ partem celebraverint, dummodo elevationem peregerint. 67. Etiamſi Conſecrationis formam non protulerint. *ibid.* Si elevationem non peregerint, miſſioni pœna damnari poſſunt. *ibid.* Vid. *Ordinatio*. Miſſæ celebrandæ ritus apud Græcos. I. 147. Miſſa celebrari nequit a Sacerdote Latino Ritibus Græcis, nec viceverſa ſub pœna ſuſpenſionis 148. Miſſarum celebratio permittitur Italo-Græcis in feriis Quadrageſimæ. *ibid.* Cum conditionibus & limitationibus. *ibid.* Miſſa unica in die ſuper quolibet Altari a Græcis celebrari poteſt. II. 25. Permittuntur tamen erigi plura Altaria in eadem Eccleſia & plures Sacerdotes ſuper eodem Altari ſimul concelebrare. *ibid.* Vid. *Concelebratio*. Unica Miſſa an applicari poſſit pro pluribus, eleemoſynam offerentibus. *ibid.* Ad Epiſcopos pertinet præſcribere ea, quæ obſervanda & evitanda ſunt in celebratione Miſſæ, iiſque tamquam Apoſt. Sedis Delegatis, omnes etiam exempti hac in re obedire tenentur. III. 175. In Miſſarum celebratione Crucifixi imago ſuper Altari retineri debet in memoriam Dominicæ Paſſionis & mortis. 173. Vid. *Crucifixi imago*. Præceptum audiendi Miſſam non impleviſſe cenſetur qui ante Benedictionem ab Eccleſia diſcedit ex ſententia Concilii Agathenſis. V. 17. Sufficit Sacerdoti unam Miſſam in die ſolummodo celebrare. III. Decretum hujuſmodi antiquo tempore latum hoc ſolum prohibere intelligebatur, ne ſine gravi & juſta Cauſa Miſſæ celebratio per unum eumdemque Sacerdotem iteraretur. 77. Sed a temporibus Innocentii III, & infra, ita intelligendum eſt, ut præceptum contineat de unica Miſſa in die. *ibid.* Miſſarum prium celebratio die Natali Salvatoris noſtris, primum a S. Theleſphoro inſtituta fuit. 75. Quæ conſuetudo aſſeritur. & commendatur. 79. Antiquis temporibus aliiper annum dies erant Polytungici, quibus Miſſarum ſolemnia iterare licebat. 114. Sæpe etiam iterabantur Sacrificia, ſi Defuncti eadaver die Dominico, vel alio Feſto ad Eccleſiam deferebatur. 113. Ea conſuetudo juſtis de cauſis abolita eſt, & præſertim ob inductos abuſus circa eleemoſynarum ſordidas exactiones. 114. Nec præſenti tempore præter dictam diem permittitur Miſſæ iteratio, etiam ex cauſa utilitatis, aut paupertatis Eccleſiæ, aut Presbyteri. III. 78. Id ſolum permittitur Parocho duarum Eccleſiarum adeo inter ſe diſtantium, ut populus utrique ſubjectus in unam earum totus convenire nequeat. 74. Quod intelligendum eſt de diebus Feſtis tantummodo, in quibus adeſt præceptum audiendi Miſſam. *ibid.* Et dummodo neceſſaria ad id Ordinarii Superioris licentia accedat. 75. Et ſufficit contrarium Synodalis Conſtitutionis præceptum, ut Parocho id minime liceat. 81. Præterea ſi alius adſit Sacerdos, qui in una ex illis Eccleſiis celebrare poſſit, Parochus debet ab iteratione Miſſæ ſe abſtinere. 80. Etiamſi neceſſarium ſit Catechiſmum populo explanare, quum id vel per alium Sacerdotem, vel ab ipſo Parocho extra Miſſarum ſolemnia fieri poſſit. *ibid.* Miſſas duas die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum ſinguli Sacerdotes Sæculares celebrabant in Regnis Aragoniæ, & Majoricæ, & in Principatu Cathaloniæ, Regulares vero tres. V. 111. Idque antiquæ conſuetudini, & famæ privilegii Apoſtolici innitebatur. *ibid.* Rogante Hiſpaniarum Rege, ut mos iſte ad omnes Ditiones ſuas extenderetur, & Portugalliæ Rege ſimile privilegium pro ſuis Ditionibus poſtulante, Pontifex ties Miſſas ab omnibus tam Sæcularibus quam Regularibus Presbyteris in dictis Regionibus ea die celebrari indulget. 113. Sed applicationem Miſſarum de novo indultarum in ſuffragium omnium Defunctorum fidelium in genere fieri jubet. *ibid.* Item pro celebratione aut applicatione Miſſarum hujuſmodi, quamcumque eleemoſynam ſub quocumque prætextu percipi prohibet, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ. *ibid.* Rationes & cauſæ, quibus adductus fuit Pontifex, ut indultum concederet, eique hujuſmodi leges adjiceret. 116. Eleemoſyne perceptio pro celebratione aut applicatione Miſſæ antiquis juſtiſque titulis innititur. 114. Omnis tamen aviditatis ſpecies a celebratione Miſſarum arcenda eſt. 117. Presbyter abutens Sacrificio Miſſæ ad Sortilegia incurrit perpetuam inhabilitatem ad celebrationem Miſſæ. III. 219. Miſſam Apoſtoli in privatis Domibus celebrarunt, iſque mos tempore perſecutionum ſervatus fuit. VII. 58. Miſſam in Eccleſiis Oratoriisque publicis Divino Cultui deſtinatis duntaxat celebrari Concilium Trident. decrevit, præcipiens Epiſcopis, ne in privatis Domibus eam celebrari permitterent. 56. & 63. Privatarum tamen Domorum nomine non cenſentur Ædes Epiſcopales, veluti Sacra Congr. ejuſdem Concilii Interpres ſæpe declaravit. 56. & 58. Miſſam in privatis Oratoriis, quæ in Laicorum Domibus ſunt, celebrari vetuit Juſtinianus Imperator. 58. Quam prohibitionem Leo Sapiens ſuſtulit ob nimiam ejuſmodi Oratoriorum multiplicitatem. *ibid.* Sed ut in his Oratoriis Miſſa celebraretur, ſemper neceſſaria fuit Epiſcoporum licentia, quam ipſi facile concedebant præſertim in Eccleſia Orientali. *ibid.* Et coræla cenſebatur, quotics

ſies Sacerdos ſuper Mappis ab Epiſcopo conſecratis celebraret. *ibid.* Tandem a Concilio Trid. adempta eſt Epiſcopis facultas concedendi Oratoria privata in Laicorum Domibus ad hoc, ut Miſſa in ila celebretur; & hoc jus ad Sedem Apoſt. devolutum eſt: un. de Indulto Apoſt. abſolute opus eſt, ut Miſſa in privatis laicorum Domibus celebrari poſſit. 58. & ſeq. Miſſa in privatis Oratoriis celebrari nequit ſine præſentia alicujus ex perſonis, quibus indultum directe conceſſum eſt. 60. Nec omnibus præſentibus ſuffragatur pro impleniento præcepti feſtivi, ſed tantum iis, in quorum præſentia celebrari permittitur in Brevi Apoſt. *ibid.* Vid. *Oratorium*. Miſſam Epiſcopi in propriis Epiſcopalibus Ædibus, & in aliis Domibus, in quibus hoſpitati fuerint, etiam extra propriam Diœceſim, celebrare poſſunt. 56. Et ad hunc effectum uti poſſunt Altari portatili ſeu viatico. *ibid.* Ipſis tamen interdictum eſt, ne in laicorum domibus, in quibus proprie hoſpitati non fuerint, Miſſam pro libito celebrent, tam in propria, quam in aliena Diœceſi. 57. & ſeq. Miſſam Græci Latino ritu celebrare prohibentur, ſublatis jam a S. Pio V. quibuſcumque contrariis indultis & Facultatibus. 41. Baſiliani Abbates Monaſteriorum Græci ritus, nec non Priores & Magiſtri ejuſdem Ordinis jubentur Miſſam ritu Græco celebrare; una vero aut altera Miſſa in iiſdem Monaſteriis, in quibus ſex aut plures Monachi ſunt, celebrari Latino ritu poteſt per Monachos non graduatos. 42. Miſſa in Eccleſia Latina celebranda eſt ſuper Altari lapideo conſecrato vel ſaltem quod lapideam conſecratam tabulam habeat ſuperimpoſitam. 40. Græci vero celebrant ſuper Antimenſiis. *ibid.* Vid. *Antimenſion*. Idque Eccleſiæ Latina non ſolum in partibus Orientis, ſed etiam inter Italo-Græcos permitti declaravit. *ibid.* Non licet tamen Presbyteris Latinis, inter hos Italo-Græcos commorantibus, Miſſam ſuper ejuſmodi Antimenſiis celebrare. *ibid.* Miſſionariis vero aliiſque Sacerdotibus Latini ritus in Ruſſia Polonica degentibus permittitur, ut ubi Eccleſiæ aut Oratoria privata Latinorum, ac lapideæ Altarium tabulæ conſecratæ deficiant, poſſint in Rutenorum unitorum Eccleſiis, & ſuper eorum Antimenſiis Miſſam celebrare, ritu tamen Latino. *ibid.* Eorumque ſtaneis Calicibus uti. 41. Et Sacerdotes Rutheni non Schiſmatici, opportunitate ſuadente, Miſſam in Eccleſiis Catholicorum Latini ritus celebrare poſſunt Rutheno ſervato ritu, eorumque Altaribus, Calicibus, Veſtibuſque ſacris uti. 39. & ſeq. Miſſam ſuper Altari Pontificio nemini, præter Rom. Pontificem, celebrare licet ſine ſpeciali indulto Apoſt. 152. & 232. Miſſæ celebratio ſuper Altari Pontificio Baſilicæ Lateranæ a Pontifice reſtituta & conſecrato permittitur Cardinali Gentili ipſa Conſecrationis die. VI. 210. Miſſam celebrare non licet in honorem ejus, qui nondum ab Eccleſia inter Beatos aut Sanctos adſcriptus ſit; etiamſi Miſſa eſſet de Trinitate, vel de omnibus Sanctis. V. 213. Miſſa in honorem B. Joannæ Franciſcæ Fremior de Chantal celebranda conceditur pro determinatis locis. VII. 85. Miſſæ partes nonnullæ cani poſſunt a Muſicis, nempe Introitus, Gloria, Graduale, Symbolum, & Offertorium. V. 180. Miſſa & Officium ſub titu SS. Doctorum S. Leoni I. Papæ decernitur. VIII. 210. Miſſa propria alicujus Beati non conceditur niſi prævio proceſſu ſuper Virtutibus, Miraculis, & Cultu immemorabili ejuſdem. 216. Quandoque a generali hac regula licet recedere, & quando. *ibid.* Miſſas tres in Nativitate Domini Armenis, & univerſim Sacerdotibus Orientalibus celebrare non licet. IX. 90. Miſſa in Pontificio Sacello nocte Nativitatis Domini celebratur a Cardinali plerumque non jejuno a præcedenti media nocte. 134. Id fit ex tacita, non autem expreſſa diſpenſatione Pontificis *ibid.* Miſſam ut etiam non jejuni celebrare poſſent Sacerdotes per Indias Regi Luſitaniæ ſubjectas, ex certis cauſis indulſit Pius quartus. *ibid.* Vid. *Jejunium*. Miſſam aliquando bis uno die celebrare poſſunt Miſſionarii in Anglia, cum aſſenſu Vicariorum Apoſt. VIII. 95. Miſſa ad Altare, ad quod celebravit Epiſcopus, nequit eodem die celebrari a ſimplici Presbytero abſque ejuſdem Epiſcopi licentia. IX. 204. Quid in hac re obtineat quoad Altaria Pontificia in Baſilicis Urbis, vel alibi exiſtentia. *ibid.* Miſſam cum Epiſcopo, tam in Latina, quam in Græca Eccleſia, Sacerdotes juxta veterem ritum concelebrant. 46. Unde hæc diſciplina deſumpta fuerint. *ibid.* Non ideo tamen privatæ Miſſæ uſus apud Græcos inauditus. *ibid.* Miſſam celebranti Sacerdoti non poſſunt miniſtrare mulieres. 40. Miſſam unam ſolummodo in die ad ſingula Alta iu juxta Græcam diſciplinam celebrare licet. 45. Vid. *Altaria*. Græci atque Latini debent in Miſſa commemorationem facere Rom. Pontificis. 99. Vid. *Commemoratio*. Epiſcopi Diœceſani loci, in quo Miſſa celebratur, ſicti debet Commemoratio, non autem alterius cujuſcumque Epiſcopi vel Superioris non inſigniri Ordinis Epiſcopalis. 103. Romæ ſolius Pontificis Commemoratio fit in Sacrificio Miſſæ. 104. Pontifex cæterique Epiſcopi quomodo pro ſeipſis orent in Miſſa, *ibid.* Pro Archiepiſcopo, qua Merropolitano, Commemoratio non fit in Canone apud Latinos, etiam cum Epiſcopalis Sedes vacat. *ibid.* Italo-Græci Latinæ diſciplinæ hac in re debent omnino adhærere. *ibid.* Miſſa de Spiritu Sancto cum certis Orationibus ſeu Collectis, in Utrecht. Metrop. Eccleſia, in die an-

annuæ Commemorationis B. Bertrandi Patriarchæ Aquilejensis celebrari conceditur . 185.

MISSA CONVENTUALIS quotidie cani debet in Ecclesiis Cathedral. & Colleg. & pro Benefactoribus in genere applicanda . II. 88. Non obstante qualibet contraria consuetudine . 89. Nec suffragantur applicatio pro certo aliquo Benefactore, aut preces alterius generis, vel statuta Anniversaria Sacrificia . *ibid.* Si celebrans alio peculiari onere teneatur, id supplendum est per alium . *ibid.* Eleemosyna, ubi opus sit, unde desumenda . 90. Pro Ecclesiis pauperibus dispensatio reservatur judicio Congr. Concilii . *ibid.* Secunda & tertia Missa Conventualis non debet applicari pro Benefactoribus in genere, nisi legitima consuetudo id præscribat . *ibid.*

MISSA PAROCHIALIS applicari debet pro populo . II. 86. Non solum a Parochis, sed etiam a Vicariis deputatis ad tempus aut alias amovibilibus, etiam Regularibus . *ibid.* Non obstante defectu Congruæ, aut qualibet contraria consuetudine . 87. Quod intellige de diebus festis, quibus Populus Missam audire tenetur . *ibid.* Dispensari tamen potest ab Ordinariis cum Parochis pauperibus, ut aliis diebus intra hebdomadam applicent Missam pro populo . *ibid.*

MISSA PRÆSANCTIFICATORUM dumtaxat celebrari potest apud Græcos in Quadragesima, exceptis diebus Dominicis & Sabbatis . II. 15. In ea Missa non fit transubstantiatio vini per immersionem particulæ consecratæ . Confutatur hac de re error Schismaticorum . III. 80. Hæc Missa iterari non potest, etiamsi omissus fuerit haustus vini non consecrati . *ibid.* Quo ritu, quibusque diebus apud Orientales celebretur . IX. 109. Vid. *Præsanctificatorum Missa* .

MISSALE & Breviarium Dominicanum cur in Armenam Linguam versa fuerint . IX. 94. Missale Copthicum, Illyricum, Maronitarum, aliaque Missalia nonnullorum malitia corrupta, emendari recudique curarunt Romani Pontifices . 31.

MISSIONARII . Eorum Officia in Regionibus eorum curæ commissis . I. 173. & II. 211. Missionarii Latini Episcopatum Græcorum-Melchitarum jurisdictionem non perturbent . II. 26. Transitum a ritu Græco ad Latinum Græcis non suadeant nec admittant, inconsulta S. Sede . *ibid.* Rituum Græcorum conservationem curent . *ibid.* Nec adversus illos dispensationes concedant, aut quidquam innovent . 27. Missionarii Regnorum Maduren. Mayssur. & Carnaten. jurare debent observantiam Constitutionum Apost. antequam Missionis exercitio se immiscent . 125. Eorum juramenta subscripta exhibentur Sum. Pontifici . 128. Ipsis interdicitur translatio Rituum Gentilium in Ritus Ecclesiæ Catholicæ absque licentia S. Sedis . 119. Item dispensationes concedere super observantia Rituum Ecclesiæ . *ibid.* Eisdem prohibentur lavacra & ablutiones ritu & more Paganorum, præter necessariam corporis munditiem . 113. & 119. Petunt nonnullas dispensationes & declarationes . 128. Juramenta præscripta præstare & observare jubentur . 129. Quomodo uti debeant dispensatione super omissione Sacramentalium in Baptismo . 130. Pollicentur se *Pareis* omnia spiritualia subsidia præstituros . 132. Id quod iisdem injungitur sub pœna privationis facultatum &c. post quinquennium ipso facto incurrenda . *ibid.* Missionarii Apostolici in Sinis, si mandatis non obtemperaverint, in Europam revocari jubentur sub pœnis contra Superiores &c. I. 173. Missionariis in Regno Cochinæ prohibetur exercitium jurisdictionis, aut facultatum, extra Districtus sibi assignatos . II. 154. Vid *Cochinchina* . Missionum Sacrarum ad excitandam in populis pietatem, utilitas commendatur ab experimento & auctoritate . III. 19. Earum usus laudatur, vel injungitur a Congr. Concilii . *ibid.* Instructio fidelium in rebus ad salutem necessariis præcipuus Missionum scopus . 20. Missionarii ad fidelium institutionem incumbentes quomodo se gerere debeant . *ibid.* Missionarii ab Episcopis missi tamquam Visitationis Pastoralis prænuntii, recipi debent a Parochis, etiam Regularibus in propriis Ecclesiis & Domibus . II. 142. Missionariis a Sede Apost. conceditur privilegium celebrandi Missam bis uno die, in casu tamen necessitatis . III. 70. Missionariorum Seminarium . Vid. S. *Marci* . Missionarii inter infideles commorantes indulgentias ex speciali gratia consequi possunt, præmisso Cantrionis actu, cum vero Confessionis Sacramentalis . VI. 94. Missionariis apud Japopiam a Gregorio XIII concessum fuit, ut super impedimento disparitatis cultus dispensare possent cum novis Christianis earum Provinciarum & Insularum . V. 170. Missionariis Latiois in Russia Polonica permittitur Missam celebrare super Antimensiis Græcorum unitorum, deficientibus lapideis Altaribus, & eorumdem Calicibus e stanno uti . VII. 40. Missionum Ægyptiarum Præfecto conceditur Indultum conferendi Sacramentum Confirmationis his, qui a Latino Presbytero baptizati fuerint; donec id ab Episcopo Catholico præstari possit . VI. 193. Missiones Sacræ anno Jubilæi præmittendæ sunt . 51. & 72. Quid maxime populis ea occasione inculcari conveniat . 72. Missionarios mutuæ charitatis & concordiæ officium maxime decet . VIII. 90. Missionibus Anglicanis quatuor Vicarii Apost. præficiuntur . 91. Missionibus per Angliam oriundis instituuntur alumni in Collegiis ad id erectis in Urbe, Gallia, Hispania, Lusitania . *ibid.*

Quæ-

Quænam methodus in his alumnis erudiendis ſervanda. *ibid.* Ad Anglicanas Miſſiones nec omnes indiſcriminatim, nec ex omnibus Ordinibus, Regulares ablegari debent. *ibid.* Immo nec Sacerdotes Hiberni, niſi in ſubſidium, & vocati a Vicariis Apoſt. Anglicanas Miſſiones obeunt. 92. Miſſionariorum per Orientem munus eſt, ut ſchiſmaticos ad unitatem adducant. IX. 32. Quomodo, quibuſque potiſſimum argumentis id conſequi poſſint. *ib.* Græcum, Orientaleſque Ritus omnes, intervertere non debent Miſſionarii, nec ad unitatem converſis tranſirum ad Latinum Ritum ſuadere. 33. Non poſſunt diſpenſare cum Catholicis Orientalibus ſuper obſervatione jejunii, aliorumque, quæ in ipſorum Ritu præſcribuntur. 26. Miſſionariis Latinis in Orientalibus Regionibus degentibus quandoque datum eſt, ut veteri Kalendario uti poſſent. 49. Sacramenta Sæcularibus miniſtrare non poſſunt niſi Epiſcopi, Vicarii Apoſt. vel cujuſque alterius Ordinarii Impetrata licentia. VIII. 94. Miſſionarii Regulares in Anglia, in iis quæ Curam animarum ſpectant, & adminiſtrationem Sacramentorum, ſubjiciuntur Vicariis Apoſt. 96. Contraria quæcumque Regularium privilegia ſubſtulit Trid. Concilium. *ibid.* Ejuſque Decreto non ſolum afficiuntur Regulares Parochi, ſed & cæteri, qui onum, vel plura Sacramenta, renuente, vel irrequiſito Ordinario, ſæcularibus miniſtrant. *ibid.* In iis tamen, quæ Regularem obſervantiam reſpiciunt, ſuis Superioribus, non autem Vicariis Apoſt. ſubjiciuntor. 97. Perinde enim habendi Miſſionarii Regulares in Anglia commorantes, ac ſi intra Monaſterium degerent. *ibid.* & ſeq. Immo vero in iis quæ Curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum ſpectant, eriam a Superioribus Regularibus corrigi, ac puniri poſſunt. *ibid* Vicarii tamen Apoſt. judicium, ſententiæ Superioris Regularis ex jure cumulativo concurrentis præpollet. 98. Cæterum Vicarius Apoſt. poteſt Miſſionariom Regularem ab Officio ſuſpendere, vel removere, quio Superiori Regulari cauſam pandere tenearur. 98. & ſeq. Eademque facultas competit quoque Superiori Regulari. *ibid.* A Decreto ſuſpenſionis vel remorionis non conceditur Miſſionario Regulari ſuſpenſiva appellatio. *ibid.* Vid. *Regularibus Miſſionariis*. Miſſionarii Regulares ad Anglos, cum primum illo advenerint, debent ſe ſiſtere Vicariis Apoſt. eiſque teſtimoniales Literas ſuorum Superiorum exhibere. 92. Debebent inſuper, jure enmmuni inſpecto, examinari & approbari a Vicariis Apoſt. ad audiendas ſæcularium Confeſſiones. *ibid.* Ex ſpeciali indulto eiſdem datur, ut examen vel coram Ordinario loci, ubi ſitum eſt Monaſterium, vel Bruxellis coram Nuntio Apoſt. Sedis ſubire poſſint. 93. Facultas tamen audiendi Confeſſiones a Vicariis Apoſt. impetranda. *ibid.* Quæ ad ſexennium concedi debet, & ſubinde ad aliud ſexennium ptorogati ſine examine. 94. A relato onere Regulares, quantumvis privilegiati, non ſunt immunes. *ib.* Et a Vicariis Apoſt. iridem debent expetere & accipere facultates Formulæ ſecundæ. 96. Vid. *Vicariis Apoſt.* Miſſionarii io Anglia ad audiendas Confeſſiones cæteraque Sacramenta miniſtranda a Vicariis Apoſt. approbantur. 94. & 99. Quomodo hac facultate uti poſſint in Civitatibus & Oppidis muro circumdatis, ac Ruri. 99. Congruit, ut Miſſionariis quoque in Agris commorantibus amplior fiat Sacramenta admioiſtrandi facultas. *ibid.* Miſſionarii Societatis Jeſu per Iodias tam Orientales quam Occidentales quibus facultatibus fruantur diſpenſandi ſupet impedimentis matrimonialibus, & quomodo iiſdem facultatibus uti debeant. IX. 224. Miſſionarii Franciſcani. Vid. *Franciſcani*. Miſſionarii Galli. Vid. *Pariſienſis Seminarii*. Miſſionarii Societatis Jeſu. Vid. *Jeſu Societas*.

MISSIONIS Congregatio approbatur ab Alexandro ſeptimo. I. 194. Ejus Statura ambitum verantia confirmantur a Clemente Decimo. *ibid.* Vota ſimplicia in eadem emiſſa a nemine diſſolvi poſſuot, præterquam a Sum. Pontifice, aut a Superiore Generali in acta dimiſſionis eaorum. 195. Ne quidem vigore facultatum, quæ Confeſſariis tribuuotur in Jubilæis aliiſque indultis. *ibid.* Neque ratione iofirmiraris, vel aſſecutioris Beneficii Curati, aut Reſidentialis. *ibid.* Miſſionis Presbyteri ſeu Clerici ad Beneficia Curata aot Reſidentialia extra Congregationem promoveri nequeunt. 196.

MITRAM in capite geſtare in Proceſſionibus SS. Corporis Chriſti prohibentor Canonici, licet habentes uſum Pontificalium. VII. 114. Item Mitra uti in veſtirionibus Monialium. *ibid.* Mitra & Annolo utuntur Decanus & Præpoſiti Fuldenſes, cum Epiſcopo Pontificalia exercenti aſſiſtunt. VIII. 34. Vid. *Abbatia Fuldenſis*.

MOBILIA & immobilia bona. Vid. *Dominium. Emptor*.

MOGUNTINA Archiepiſcopalis Eccleſia Metropolitico jure fruitur in univerſam Diœceſim Fuldenſem ejuſque populum & Clerum. IX. 198. Abbatialis tamen Eccleſia Monaſterium, cæteræque eidem adnexæ Eccleſiæ, veteris exemptionis prærogarivas tetinent. *ibid.* Mogunrinum Archiepiſcopum inter & Epiſcopum ſimulque Abbatem Fuldenſem inita concordia, ejuſque confirmatio. 234.

MONACHIS taro tributa fuit jurisdictio in Clerum & populum. I. 212. Monachi Græci Italiæ & Inſul. io Congregationem non tedacti, ſubjiciuntur jurisdictioni Ordinariorum

Digitized by Google

Latinorum. 154. Monachi Græci, sive *Calogeri*, ad animarum curam assumi nequeunt, extra casum necessitatis. 147. Monachi Græco-Melchitæ Patriarchatus Antiocheni subesse debent immediate Ordinariis, & mediate Patriarchæ. II. 27. Regulam S. Basilii sequi debent, & abstinentias in ea præscriptas servare. *ibid.* Monachorum & Monialium cohabitatio, apud Maronitas usu recepta, prohibetur. I. 65. Monachi de jure exempti non sunt a jurisdictione Episcopi Diœcesani. IV. 183. Saltem semel in mense confiteri tenentur, etiamsi venialia dumtaxat peccata commiserint. VI. 146. A Presbyteris Sæcularibus Ecclesiastici Cantus usum acceperunt, eumque laudabiliter adhibent. V. 174. Olim poterant sine ulla dispensatione Parochias obtinere, sed nunc Apost. dispensatione indigent. VII. 79. Ad Episcoparum assumpti habitum proprii Ordinis visibiliter deferre tenentur. 258.

MONASTERIA virorum, mulierum ingressui non pateant. I. 87. Monasteria mulierum vitia non pateant. 90. Vid. *Ingressus*. Monasteria ad paupertatem redacta, unienda esse, & respective supprimenda decernitur. II. 76. Non exempta, nec S. Sedi immediate subjecta, Ordinarii Diœcesani, non vero Metropolitani jurisdictioni subesse debent. 73. Apud Græcos eximuntur a jurisdictione Ordinarii, & Patriarchæ immediate subjiciuntur, ubi hic in ipsa fundatione, per fixionem Crucis eam sibi reservaverit. 76. In potestate Episcopi consistere debent, juxta Canonicas Sanctiones, nisi constet de eorum exemptione & subjectione Apost. Sedi. IV. 185. Monasteriis concedi non consuevit exemptio sine Diœcesani Episcopi consensu. *ibid.* Vid. *Exemptio*. Monasterium Cryptæ Ferratæ. Vid. *Crypta Ferrata*. Monasterium Ultiense supprimitur pro erectione Episcopatus Pinarolien. V. 133. Abusus quidam circa introductionem famularum in Monasteria Monialium deteguntur. IV. 35. Vid. *Clausura*. Monasterio filii impuberes a quibus offerri possint. VII. 92. Vid. *Impubes*. *Oblati*. Monasterium S. Crucis in Alsatia a progenitoribus S. Leonis IX Papæ fundatum, idem Pontifex exemptum fecit, & S. Sedi immediate subjecit, cum onere mittendi quotannis Pontifici Rosam auream vel duas uncias auri ad eam conficiendam. 28. Monasterium Capucinarum Meldulæ subest jurisdictioni Capituli Vaticani, etiam quoad Clausuram, ex concessione Pontificis. 198. Monasterium Monialium Ord. S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejensis, amplissima exemptione fruitur, una cum subjectis adnexisque locis. IX. 186. Vid. *Aquilejense Monasterium*. Monasterium S. Mariæ in Organis quam jurisdictionem possit exercere in Parochos aliasque personas ministrantes in Parochiis sibi subjectis. 182. Monasterium Sublacense. Vid. *Sublacum*.

MONETAS aureas tondentes ultimi supplicii pœna plectuntur. IX. 216. Pœnam hanc ad tondentes monetas argenteas ampliavit S. Pius V. Pontifex. *ibid.* Urbanus autem VIII hujusmodi pœnali sanctioni obnoxios fecit Regulares intra Italiam & Insulas adjacentes. *ibid.* Vid. *Cedulæ*.

MONIALES. Facultates Majoris Pœnitentiarii pro Monialibus. II. 52. Confessarios extraordinarios iis deputat, Sede Apost. vacante. 55. E Monasteriis egredi prohibentur, quacunque de causa, sublata cuilibet dispensandi facultate. I. 91. Vid. *Clausura*. Moniales Portugalliæ & Algarbiæ ad claustra revocandæ, nec ultra ipsis permittendus exitus. 46. Moniales Ordinis S. Spiritus in Hispaniis & Polonia exist. subjiciuntur locorum Ordinariis. 36. Moniales Græco-Melchitæ Regulam S. Basilii sequi debent. II. 27. Sub regimine Monachorum Congregationis S. Joannis de Soaria, & immediata subjectione Ordinario, mediata vero Patriarchæ Catholici, tamquam Delegatis S. Sedis, Abbati autem Generali duntaxat in defectum Episcopi & Patriarchæ Catholici. *ibid.* Monialium & Monachorum cohabitatio, inter Maronitas usu recepta, prohibetur. I. 65. Moniales comprehenduntur etiam in Decreto Concilii Trid. præfinientis tempus quinquennii ad reclamandum adversus Professionem Regularem. V. 8. Moniales Ordinario subjectæ in Causis nullitatum Professionum, ejusdem Ordinarii tantum judicium subire debent. 11. Si autem Regularibus sunt subjectæ, judicare debebit una cum Ordinario etiam Prælatus Regularis Monasterii. *ibid.* Moniales quæ fœminas quascunque in Monasterio receperint sine Apostolica licentia, & solito examine, Canonicis Censuris sunt obstrictæ. IV. 35. Monialibus a Prælato Monasterii designari solet unicus Confessarius ordinarius. V. 77. Præterea ex sententia D. Thomæ & ex Decreto Concilii Trid. extraordinarius alter Confessarius aliquoties concedi debet. 78. Huic non tenentur singulæ peccata sua confiteri, sed tantum coram ipso se sistere. 80. Monialibus etiamsi bis vel ter in anno concessus sit Confessarius extraordinarius, non tamen denegandus est in casu gravis infirmitatis. 92. Item in casu insuperabilis reluctantiæ adversus Confessarium ordinarium. *ibid.* Pro spirituali autem consolatione & profectu non adeo difficulter concedendum esse suadetur. *ibid.* Monialium Confessarii sive ordinarii, sive extraordinarii, ab Ordinario loci expresse ad hunc effectum approbari debent. 94. Monialibus sub Regularium regimine constitutis semel in anno deputari debet Confessarius extraordinarius alter-

teriùs Ordinis ab eo, cujus eſt Monaſterii Prælatus. 95. Vid. *Confeſſarius. Epiſcopus.*

Monialibus ſine Clauſura viventibus, æque ac aliis mulierum Conſervatoriis, quibus unicus ordinarius Confeſſarius deputatur, extraordioarii quoque oblationem bis aut ter in anno fieri ſuadetur. 80.

Monialium Clauſuræ cuſtodia Epiſcopis commiſſa eſt, & pertinet ad eorum jus ordioarium, ſi Monaſteria ſint ipſis immediate ſubjecta, alioquin ad jus delegatum. VI. 26.

Mooialium Monaſteria adire, aut eas alloqui, ſine Ordinarii localis permiſſione, nemini licet neque Epiſcopo in aliena Diœceſi, neque Vice-Legato, neque Gubernatori, quamvis Præſuli in Statu Pontificio. 28. Si quis eorum aliquid contra attentaverit, pœnas quidem lege Diœceſana ſtatutas non incurret, ſed Epiſcopi Sum. Pontificem, aut Congregatiooem Epiſc. & Regul. certiorem reddere jubentur, ut provideatur. *ibid.*

Moniales aliæque Religioſæ Mulieres quomodo Jubilæum conſequi poſſint extra Urbem durante Anno Sancto. 165. Et quomodo poſt Annum Sanctum, conceſſa Jubilæi extenſione ad univerſum Orbem Catholicum. 173. Quem Confeſſarium ſibi ad hunc effectum eligere poſſint. 167. 174. & 182.

Moniales Monaſterii B. M. Virginis Ordinis S. Benedicti, erecti prope muros Civitatis Aquilejenſis. Vid. *Delegato Apoſtolico. Aquilejenſe Monaſterium.*

MONILE. Vid. *Talg.*

MONITA Paſtoralia SS. Domini Noſtri ad Eccleſiarum regimen utilia. I. 97.

MONITORIA in Cauſis privilegiatis ultra montes quomodo expedienda. I. 120.

MONITORUM Liber. Vid. *S. Carolus.*

MONOGRAMMA PRO CHRISTO Sepulchris inſcriptum quid indicaret. X. 10.

MONOPOLIA ſuper ſegetibus, leguminibus, olivis &c. prohibentur ſub pœnis &c. V. 33. Monopolii nomine non intelligitur licita & honeſta mercatura, & qua merces in uno loco emptæ, ad alium locum vendendæ deferuntur. *ibid.* Vid. *Exemptio.*

MONS Marius. Vid. *S. Maria de Roſario.*

MONS Pietatis Urbis depoſitariam Cameræ Apoſt. deinceps adminiſtrare jubetur. III. 91.

Montis Pietatis, vel Banchi S. Spiritus Cedulas corrumpentes, vel falſantes, aut eas ſic corruptas ſcienter expendentes, ultimo ſupplicio puniuntur, ſive Laici ſint, ſive Eccleſiaſtici Sæculares aut cujuſvis Ordinis Regulares. IX. 217. Vid. *Cedulæ.*

MONTIS Alti Epiſcopi juriſdictioni variæ traduntur Eccleſiæ & loca ex Farfenſis Abbatis juriſdictione diſmembrata. IV. 116. Vid. *Farfenſis.*

MORTIS articulus. Vid. *Abſolutio.* Mortis articulus in Servis Dei illuſtris & ſanctimonia conſpicuus apparere debet. III. 23.

In mortis articulo conſtituti quorumcumque peccatorum abſolutionem, & Cenſurarum relaxationem a quocumque Presbytero obtinere poſſunt. IV. 131. Iiſdem Indulgentiam plenariam facile concedi optat Eccleſia. 134. S. Cyprianus eorum reconciliationem a quocumque Presbytero aut etiam Diacono fieri mandat. Ubi vide alia exempla Eccleſiaſticæ lenitatis erga eoſdem. 136. Mortis acceptatio inculcatur tamquam opus injunctum pro conſequenda Plenaria Indulgentia in mortis articulo. *ibid.*

MOTETA ſeu Cantiunculæ aut modulata carmina quædam ex Miſſali & aliis Sacris Libris deſumpta, & a Sacra Rituum Congr. approbata cani in nonnullis ſacris functionibus poſſunt. V. 184.

MOZZETTÆ uſum in Urbe Patriarchis conceſſit Benedictus XIII, non autem Epiſcopis. VII. 256. Eam Cardinales ubique geſtare poſſunt. 262. Super eam Crucem albi coloris apponere poſſunt & debent Epiſcopi & Cardinales in Ordine Jeroſolym. profeſſi. 266.

MULIERES ad miniſterium Altaris nullatenus admittendæ. IX. 40.

Menſtruali morbo laborantes arceri nequeunt a Sacramentis aut ab ingreſſu Eccleſiæ. II. 113. 122. & 133.

Mulierum Contractus. Vid. *Decreta Juriſdictionis voluntariæ.*

Veteri Romano jure a Tutelæ officio excludebantur. VII. 106. Id poſtea temperatum favore Matris & Aviæ. *ibid.*

Mulieres homicidæ, mendicantes, peregrinantes, ſuſpectæ. Vid. *Fœmina. Homicidium. Peregrinantes. Præceptum.*

Mulierum Purificatio. Vid. *Purificationis præceptum.*

MUNDIBURDIUM nihil aliud quam protectionem & defenſionem ſignificat. IV. 191.

MUSCUS in Eccleſia Græca uſitatus etiam in confectione Chriſmatis, adhibetur in benedictione Roſæ Aureæ. VII. 34.

MUSICI Inſtrumenti Sonatores Chriſtiani in Infidelibus Feſtivitatibus & Sacrificiis non inſerviant. II. 113. & 122.

Muſicus Cantus, & Muſicalia inſtrumenta ſunt in uſu in Eccleſiis, quibuſdam exceptis. V. 176.

Nonnulli graves Viri Muſicam in Eccleſiis laudant, alii improbant. 178.

Muſica non erat in uſu in Eccleſiis S. Thomæ Aquinati cognitis. *ibid.* Cardinalis Thomaſius illam vetuit Inſua Titulari Eccleſia. *ibid.* Marcellus II Papa eamdem abolere deliberaverat; ſed audita in Miſſis Muſica excellentis auctoris ad pietatem apta, voluntatem mutavit. 180.

Muſicam prohibere Concilium Trid. propoſuit, ſed Cæſaris Legatis ſuadentibus, illam, dummodo honeſtam, toleravit. *ibid.*

Muſicus Eccleſiarum Cantus debet a theatrali differre. 182. Ac taliseſſe, ut verba diſtincte proſe-

ſe antur & intelligantur. 186. Muſicæ periti fuerunt nonnulli Rom. Pontifices. 184. Muſica apud Hebræos uſitata fuit in Templo, non in Theatris. 190. In Eccleſiis improbatur tempore Majoris Hebdomadæ aliiſque diebus. Olim in Eccleſia Lucenſi per idem tempus adhibita ab Epiſcopo, & a S. Pio V vetita fuit. 192. Reformari ad decentem gravitatem jubetur in Romanis aliiſque Eccleſiis. 194. Muſici Cantores in Sacris Functionibus legem Chori ſequi debent. 184. Muſica inſtrumenta in veteri Teſtamento adhibebantur, & aliquid figurabant. 178. Vetus Eccleſia ea non adhibebat ut Chriſtiani longius recederent a profanis ritibus Gentilium illa adhibentium. 180. Nunc tamen harmonici Cantus uſus uſque ad Paraguajam pervenit. 182. Muſica inſtrumenta quædam permittuntur in Muſicis Eccleſiaſticis, alia prohibentur. 190. Eorum ſonus talis ſit, ut Cantum juvet, non opprimat. *ibid.*

MUTINENSIS Cathedralis Eccleſia fuit a Lucio III Pontifice conſecrata. IX. 150.

MUTUI Contractus lucrum ſupra ſortem de ſui natura non recipit. III. 39. Nec quantitas moderata lucri, aut qualitas mutuatarii, hujuſmodi lucrum ab uſuræ labe juſtificant. *ibid.* Nihilominus quidam tituli ipſi mutuo extrinſeci, aliique contractus a mutuo diverſi juſtum reddere poſſunt proventum ultra ſortem. *ibid.* Sed non ſemper ſuppetere credendum eſt legitimos cum mutuo titulos, aut juſtas cauſas ineundi contractus a mutuo diverſos. 40. Mutuum dare indigenti aliquando eſt de præcepto. *ibid.*

MYSTERIA quæ deſignantur in benedictione Roſæ Aureæ. VII. 34.

N

NANKIM electo Epiſcopo præcipitur, ut juramentum emittat de obſervandis Conſtitutionibus Apoſtolicis. I. 186.

NARRATIVA. Vid *Enunciativa*.

NATALIS Domini. Ea die tres Miſſæ celebrari poſſunt etiam in Oratoriis Domeſticis, in quibus unius tantum Miſſæ celebratio in ſingulos dies indulta eſt; niſi ab Indulto excepta ſit, ut aſſolet, ſolemnis illa dies, cum aliis ſolemnioribus. VII. 60. Natalis dies SS. Apoſtolorum Petri & Pauli per totam Octavam ſolemnius celebrari jubetur. II. 7. Natali Chriſti die a Latinis tantum, non autem ab Armenis reliquiſque Orientalis Eccleſiæ Sacerdotibus poſſunt tres Miſſæ celebrari. IX. 90. Natalis nomine non ſolum Martyrum obitus, ſed etiam Eccleſiarum Dedicationes, Sedium Epiſcopalium Conſtitutiones, ipſæque Sacrorum Paſtorum Conſecrationes deſignari conſueverunt. 231.

NATURÆ Jus. Vid. *Jus naturale*.

NATURALE jejunium ex præcepto Eccleſiaſtico Sacræ Communioni eſt præmittendum. IX. 128. In nonnullis Eccleſiis per Africam Chriſtifideles feria V. Majoris Hebdomadæ non jejuni Sacram Communionem ſumebant; ſed id ſubinde vetitum. 130. S. Joannem Chryſoſt. Communionem miniſtraſſe naturaliter non jejunis non probat ejuſdem Epiſtola 125 ad Cyriacum Epiſcopum 132. Fabuloſa narratio eſt, quod S. Uldericus Auguſtæ Epiſcopus poſt prandium Miſſam celebraverit. *ibid.* Pueris licet non jejunis antiquitus ſtatim poſt Baptiſmum miniſtrabatur Communio, ſed hic uſus in Occidentali Eccleſia omnino, in Orientali vero pene obſolevit. 130. Vid. *Jejunium naturale. Miſſa. Euchariſtia.*

NAUFRAGORUM bona furripientes excommunicantur. I. 30. Naufragantium res in mare projectas qui animo lucrandi occupat, furatur. VII. 138.

NAVIGANTES quomodo Jubilæum conſequi poſſint. VI. 173.

NAZARII (S.) de Clecaro Abbatia. Vid. *Abbatia*.

NEAPOLIS Civitas unum locum habet in Collegio Adv. Conſiſtor. ex conceſſione Innocentii duodecimi. II. 99. Neapolitani Regni Antiſtitibus ſuadetur, ut Sacras Miſſiones in ſuis Diœceſibus frequenter haberi curent. III. 18. In Neapolitano Regno citra Pharum, & in Diœceſibus Meſſanenſi & Panormitana Feſtorum dierum obſervantia reducitur. V. 129. Neapolitani Regni Epiſcopis Reſidentia ſpecialiter injungitur. III. 183. In Neapolitano Regno Nuntius Apoſt. Sedis invigilare jubetur ſuper Epiſcoporum Reſidentia. *ibid.* Neapolitanum Hoſpitale S. Angeli a Nido, una cum Eccleſia, bonis, pertinentiis omnibus, necnon certo Miniſtrorum numero eſt ab omnimoda Archiepiſcoporum tam ordinaria quam delegata juriſdictione exemptum. IX. 85. Neapolitani Regni Præſules. Vid. *Spolia*.

NEGOTIATIO Clericis interdicitur etiam ſub alieno nomine. I. 27. Et ubi hæreditario jure, aut alias ad eos delata fuerit, dimitti debet. 28. Quatenus continuari poſſit ad tempus. *ibid.*

NEMAUSENSIS Synodus anni 1284 Parocho permittit duarum Miſſarum celebrationem, ubi Parochiani omnes ad unicam nequeant convenire, nec alius adſit Sacerdos; ſervata tamen lege jejunii. III. 76.

NEOPHYTIS ad fidem converſis Venetiis in loco pio Catechumenorum permittitur matrimonium contrahere cum Fideli, abſque interpellatione prioris conjugis in infidelitate relicti arbitrio Nuntii Apoſt. Venetiis exiſtentis. II. 184. Neophyta Avia poteſt nepotes offerre ad Baptiſmum. Vid. *Avia. Baptiſmus*. Nepotes ad Baptiſmum offerri poſſunt ab

ab Avo paterno diſſentientibus etiam patre ac matre. VII. 98. Item ab Avia paterna diſſentiente Matre & Tutoribus. 104.

NICÆNO Symbolo jure ac merito ſuperaddita fuit particula *Filioque*. IX. 41. Vid. *Symbolo Nicæno*.

NICENSI (in) Civitate & Diœceſi reducuntur dies Feſti cum conditionibus opportunis. II. 206.

NICOLAI (B.) Albergati cultus immemorabilis approbatur. II. 136. De ejus vita & rebus geſtis, tum obitu & ſanctitatis Fama. 137. Ipſius Imagines quomodo depingi debeant. 138. Conceditur officium cum Lectionibus propriis, & Miſſa in ipſius honorem. *ibid.* Lectiones Ipſas a Sanctitate ſua compoſitas. 139. Item elogium in Martyrologio Rom. Inſerendum. 140. Ut ad ipſius Canonizationem procedi poſſit, legitimam virtutum probationem fieri, & quatuor miracula approbari debere, præſcribitur. 139.

NICOLAI (S.) Sacellum Pontificium in Patriarchatu Lateranenſi Benedictus XIV. reſtituit. VI. 47.

NICOLAI I Pontificis conſtitutio de bonis Eccleſiaſticis ab injuſtis occupatoribus vindicandis. VIII. 190.

NILUS & Bartholomæus (SS.) natione & ritu Græci, Cryptæ Ferratæ Monaſterii Fundatores. IV. 127.

NOBILES cum Plebeiis in eamdem Eccleſiam convenire debent II. 131. Nobiles Romani quinam cenſendi ſint III. 56. Eorum ſeries exhibetur. *ibid.* Probationes ad Nobilitatem adipiſcendam faciendæ. 58. Officia & munera Nobilium Romanorum Cœtui privative addicta. 54. Formula Diplomatum expedien. in creatione Nobilium Rom. 61. Nobiles Romani abſque Pontificis aſſenſu congregari nequeunt. 60. Nobiles Romani conſcripti LX a Pontifice deſignati. 57. Requiſita ad obtinendum locum inter Nobiles Rom. conſcriptos. 58. Sindici Cameræ Capitolinæ ex Urna Nobilium conſcript. extrahi debent. 59. Formula Decretorum in receptione Nobil. Rom. conſcript. expedien. 61. Nobilium Romanorum Familiæ aggregatæ ad formam Conſtit. Pontificiæ. 231.

NOELENSIS Epiſcopus, Armandus Franciſcus le Fevure Vicarius Apoſt. Cochinchinæ. II. 157.

NOMINA Idolorum aut falſæ Religionis pœnitentium Chriſtianis non ſunt Imponenda. II. 113. Sed potius nomina SS. in Martyrologio Rom. deſcriptorum. *ibid.* Et declaratur, 129. Nomina rerum Sacrarum non licet immutare per translata, ſed tantummodo de una in aliam linguam exacte convertere. 113. & 129. Nomina quædam modo in ſenſu appellativo, modo in ſenſu proprio a veteribus adhibita inveniuntur. X. 40. Nomina in SS. Sepulchris impreſſa, propria cenſeri debent. 42. Nomina appellativa Corporibus, ſeu minutiebus Reliquiis Sanctorum, quorum nomen proprium ignorabatur, cur imponere conſueverit Eccleſia. 8. Nomina quædam SS. Martyrum Reliquiis ſine proprio nomine repertis recte imponuntur. 40. Nomina Turcica an liceat Chriſtifidelibus aſſumere. Vid. *Turcica, ſeu Mahumetana Nomina*. Nominis identitas perſonarum identitatem non probat. VIII. 131. Nomen Rom. Pontificis a Sacris Dipychis ſæpe abraſum, & in tractanda unione Græcæ Eccleſiæ cum Latina, primum omnium reſtitutum. IX. 100.

NOMINANTES & Præſentantes ad Epiſcopatus digniores promovere tenentur. I. 12. Nominatio Epiſcopi in Militia S. Georgii Martyris conceditur Duci Bavariæ Magno Magiſtro. 69. Nominatio ſeu Præſentatio ad Patriarchalem Eccleſiam Venetiarum Duci & Reipublicæ Venetæ jam conceſſa confirmatur, ac ſimile jus ad Eccleſias Torcellanam, Caprulanam, & Clodienſem, exceptis vacationibus in Curia Rom. ex integro tribuitur. VIII. 106.

NONANTULANÆ Eccleſiæ una cum Monaſterio ab Hungaris combuſtæ reſtitutio & Conſecratio recenſetur. IX. 154. An. fuerit a Sergio Ravennatenſi Archiepiſc. an potius ab Abbate Anſelmo conſecrata. X. 23.

NORISIUS Henricus Cardinalis laudatur. II 203. Apologiam pro S. Siricio Pontifice ſcripſit. V. 59.

NOTARII exequentes Literas Apoſt. offendi prohibentur ſub pœna excommunic. I. 31. Notarios particulares habendi & eligendi jus cuilibet adimitur. 102. Notarii *Burgi*, *Mercatorum & Aromatariorum* præſervantur in ſuppreſſione Notariorum particular. 104. Notarius *Burgi* ſcribere poſſit in omnibus Tribunalibus Urbis, in Cauſis tamen Laicalibus Incolarum Burgi. II. 174. Loca pia habentia pridem electionem propri Notarii ſolvunt pro inſtrumento Actorum quartam partem illius, quod ratione Regeſti ſive Extractus ſolvere debuiſſent. I. 104. Notarii expedientes Inhibitiones vigore appellationis in caſibus non permiſſis infamiam & Inhabilitatem incurrunt, & pœnas pecuniarias. 119. Item expedientes Monitoria in Cauſis ultra menſes abſque ſpeciali Judicis reſcripto. 120. Item recuſantes exequi citationes & mandata Sedis Apoſt. & Curiæ Romanæ, vel alias executiones impedientes. 113. Notarii quorum opera & ſcientia Judæi converſi libellum repudii dederint ejusque uxoribus in Judaiſmo remanentibus, puniuntur pœnis pecuniariis aliiſque &c. IV. 176. Notarius Archivii a Collegio Scriptorum Archivii deputatus, privativum jus habet ſcribendi in Cauſis, quæ committuntur S. R. E. Cardinalibus, eorumque Congregationibus, &

Digitized by Google

Prælatis Rom. Curiæ, qui non ſunt Judices ordinarii. 8. Ac etiam quando committuntur Sac. Rotæ Auditoribus *uti Prælatis*, ſive Commiſſiones ſint cum clauſula, *etiam extra Rotam, & abſque participatione Rotæ*, ſive non. 10. & ſeq. Vid. *Archivii Scriptorum Collegium. Cauſæ*. Notarii Datariæ & Cancellariæ recipere non debent aut extendere conſenſua ſuper Beneficiorum Reſignationibus, ubi Mandata Procuræ ad reſignandum habeant Datam anteriorem octo menſibus, ſi citra; vel duodecim, ſi ultra montes facta fuerint. III. 118. Notariorum Tribunalis Gubernii Urbis numerus præfinitur, iiſque certa Emolumenta aſſignantur. IV. 208. Hi tenentur in Commiſſionibus inſervire tam ipſi Tribunali, quam Congregationi ſuper Conſultationibus, nec quidquam prætendere poſſunt præter cibaria. 209. Notario Gubernii in capite (vulgo *Caponotaro*) quingenta ſcuta annua aſſignantur loco quartæ partis Viaticorum aliorumque emolumentorum, quæ antea ad eum pertinebant. 210. Vid. *Gubernatoris Tribunal*. Notarii Rotæ privativum jus habent ſcribendi & actitandi in omnibus Cauſis quæ committuntur Rotæ Auditorio, atque etiam ejus Auditoribus, cum clauſula *extra Rotam, & abſque participatione Rotæ*, dummodo ipſis non committantur *uti Prælatis*. 8. Vid. *Cauſæ. Rota*. Notarii Romæ jubentur retinere in ſuis Officiis expoſitam taxam a Paulo V ſtatutam. V. 229. Notarii Criminales Gubernii Urbis debent in libro *receptorum criminalium* notare emolumenta pro Actis percepta, & chirographa receptionis dare Partibus. *ibid.* Et ſine ullo emolumento legere Citationes in publica Audientia diebus juridicis, ac intimare præcepta Carceratis eodem die, quo lata ſunt. *ibid.* Notarius Capitolinus prohibetur indebitas Fiſcalis citationes recipere, aut legere. VI. 243. Notarius hebdomadarius Gubernii Urbis Cauſas quomodo ſcribere debeat. V. 222. Notarius Foraneus Curiæ Epiſcopalis Eugubinæ publicum in nova Civitate Pergulæ Officium habens debet Acta coram Vicario Foraneo ejuſdem Civitatis aſſervare, eorumque authentica exempla petentibus dare, quæ debitam fidem obtinebunt. VII. 240. Notarius licet ex alio titulo Officialis privilegiatus S. Officii non gaudet fori privilegio in iis quæ Officium Notariorum reſpiciunt. IX. 19.

NOTORIUM quotuplex: variaque ejuſdem demonſtratio. IX. 195.

NOVITIATUS expleri debet in Cœnobio ad inſtitutionem Novitiorum deſignato, ſub pœna nullitatis Profeſſionis. V. 9. Novitii Regulares admitti debent juxta formam Decretorum Clementis VIII & Conſtitutionum Ordinum peculiarium, nec ſine gravi cauſa minuendum ipſis eſt probationis tempus. 85.

NUDITAS membrorum chriſtianæ verecundiæ contraria. I. 175.

NULLITAS Matrimonii. Vid. *Matrimonium*.

NULLITAS Profeſſionis Regularis. Reclamatio contra eam non admittitur poſt elapſum quinquennium ex quo emiſſa fuit. V. 9. & 12. Salva auctoritate Sedis Apoſt. concedendi reſtitutionem in integrum. 12. Item non admittitur reclamatio illius, qui habitum Regularem ſponte dimiſit, niſi ad Monaſterium redierit. 10. Cauſæ ſuper nullitate Profeſſionis Regularis quomodo, & coram quibus agitari debeant, & quando finitæ dici poſſint. Vid. *Cauſæ. Profeſſio*.

NULLIUS Diœceſis denominatio non ſemel attributa dignoſcitur Monaſteriis, & locis, quæ paſſiva dumtaxat gaudent exemptione. IV. 127.

NUMISMA juſſu Card. Verdalæ M. Magiſtri Ordinis Militaris Jeroſolym. cuſum refertur & exponitur. VII. 264.

NUNCIANTES hoſtibus quæ ad ſtatum Reipublicæ chriſtianæ pertinent, excommunicantur. I. 30.

NUNDINÆ fiunt de rebus majoribus ſemel in anno, vel ſaltem raro in eodem loco, negotiatoribus de longinquo convenientibus. III. 45. Eccleſiaſticis legibus ſæpe interdictæ diebus feſtis. *ibid.* Sed ob generalem conſuetudinem & neceſſitatem hominum tolerandæ ſunt. 48. Prohibentur tamen agitari commercia certis per diem feſtum horis, quibus Divina Officia celebrantur. 49. & II. 96. Prorogatis diebus Nundinarum & Induſtorum ad eas celebrandas conceſſorum. II. 96. Nundinæ in Civitate Senogalienſi celebrari jubentur per ſeptemdecim poſtremos dies menſis Julii cum privativa, exemptionibus, & privilegiis. *ibid.*

NUNTII Sedis Apoſt. offendi prohibentur ſub pœna Excommun. I. 31. Iis adimitur facultas diſpenſandi quoad Clauſuram. 88. & 91. Nuncio Poloniæ adimitur facultas diſpenſandi quoad formalitates præſcriptas. In celebratione matrimonii. II. 16. Nuntiis Sedis Apoſt. injungitur, ut ſuper Epiſcoporum Reſidentia invigilent. III. 133. Nuntii Apoſt. in Computiſteria Camerali rationes exhibere tenentur de pecuniis Cameræ a ſe adminiſtratis. 100. Nuntio Apoſt. Neapoli pro tempore exiſtenti tamquam ſpeciali Sedis Apoſt. Delegato ſubjicitur Hoſpitale S. Angeli a Nido, omneſque ejuſdem Miniſtri ab Archiepiſcoporum juriſdictione exempti. IX. 88.

NUPTIARUM Ritus ſuperſtitione infecti Fidelibus India prohibentur. II. 113. & 119. Nuptiarum tempora ab Eccleſia præſcripta obſerventur. 135. Nuptiis Infidelium, quæ temporibus vetitis celebrantur, non prohibentur fideles aſſiſtere. *ibid.* Secundæ, tertiæ, & ulte-

ulteriores Nuptiæ fidelibus permiſſæ. I. 153. Et probatur auctoritate Sacrarum Literarum & SS. Patrum. II. 213. Attamen a Presbyteris minime benedicendæ ſunt. I. 153. Secundæ Nuptiæ impedimento ſunt, ne quis promoveri poſſit ad Ordines Sacros, etiam in Eccleſia Græca. *ibid.* Vid. *Bigamia*. Secundæ Nuptiæ prohibentur Diaconis & Presbyteris Græcis, aliiſque Orientalibus ſub pœna nullitatis & depoſitionis ab Ordine. II. 214.

O

OBLATI in Religione in infantili ætate non tenentur in Religione perſeverare. II. 212. Oblatio filiorum infantium vel impuberum a genitoribus facta Clericali aut Monaſtico Statui, vel a parentibus infidelibus ad Chriſtianam fidem converſis, vel ab Avis aut a Tutoribus facta ad Baptiſmum, contradicentibus aliis, quomodo ſubſiſtat. VII. 90. Oblati a genitoribus Statui Monaſtico olim ad ſæculum reverti non poterant; ſed poſt Cæleſtinum III liberum eis eſt, cum ad pubertatem pervenerint, e Monaſterio diſcedere. 92. Sic oblati a Religione acceptari poſſunt, niſi obſtent peculiaria Ordinis Statuta, & ſalvis Conſtitutionibus Apoſt. & Concilii Trid. Decretis, quoad ætatem & tempus tyrocinii, vigore patriæ poteſtatis; ſed Religio poteſt illos dimittere etiam ante pubertatem, niſi aliter ſe obligaverit. *ibid.*

OBLATIO panis conſecrandi quo ritu fiat ad Protheſim in Græca Eccleſia. IX. 108. Diaconi miniſtrantes, ſuam & ipſi oblationem ad eamdem Protheſim faciunt. *ibid.* Diaconalis hæc oblatio, an, & quomodo licita eſſe poſſit in Græca Eccleſia. 113.

OBLATIONES pro obtinendis locationibus bonorum Cameræ Apoſt. quomodo exhiberi & aperiri debeant. I. 182. Oblationes viceſimæ, & ſextæ partis, ultra primam, in Locationibus Cameralibus, quibus terminis faciendæ. *ibid.* & ſeq.

OBREPTIO in precibus gratiam nullam reddit. I. 108.

OBSESSI a dæmone quomodo exorcizari debeant. III. 31. Admotis eorum corpori Sanctorum Reliquiis, numquam vero SS. Euchariſtia exorcizari permittuntur. IX. 68.

OCCIDENTALIUM Indiarum Parochiæ. Vid. *Parochiæ. Regulares.*

OCCULTATIO Fidei cum ſimulatione Mahumetismi damnatur. II. 33. Præceſertim in judicio. *ibid.* Occultantes fidem cum ſimulatione &c. excluduntur a Sacramentis in vita, & a ſuffragiis in morte. *ibid.* Ad occultandam fidem non licet vitæ inſtitutum amplecti omni Religionis exercitio vacuum. *ibid.* Nec Eccleſiæ præcepta infringere. *ibid* Occultantibus fidem &c. nullæ diſpenſationes aut gratiæ de Eccleſiæ theſauro concedendæ. 34. Occultatio impedimenti ſive defectus, de quo quis in actu profeſſionis interrogatus fuit, addita declaratione, quod Religio ipſum cum eo impedimento aut defectu admittere non intendebat, an allegari poſſit ab ipſo Profeſſo ad obtinendam declarationem nullitatis Profeſſionis. V. 15.

OCCULTUS peccator præmonendus quidem, ſed non eſt a Sacramentorum participatione repellendus. IX. 196.

OCTAVA SS. Petri & Pauli qua ſolemnitate peragenda ſit in Urbe. VII. 150.

ODENHEIMENSE Monaſterium e Statu Regulari ad Sæcularem redactum, & in Collegiatam Eccleſiam redactum fuit ab Alexandro ſexto. IV. 192. Vid. *Bruſſal.*

ŒCONOMI Eccleſiarum Parochialium vacantium in territorio Monaſterii S. Salvatoris de Majella a quo ſint deputandi, eorumque merces aſſignanda. VII. 195. Œconomus generalis Fabricæ D. Petri eſt Congregationis Fabricæ Generalis, & in Congregatione particulari votum habet conſultivum. 88. Expenſas aliquas pro Fabrica facere poteſt independenter a Congregatione. *ibid.* Œconomi in Eccleſiis Parochialibus ſubjectis Monaſterio Monialium Ord. S. Benedicti Aquilejenſis Civitatis quomodo conſtituendi. IX. 192.

OFFICIALES gratiam impetrantes, quæ ob ſubreptionem inutilis ſit, tenentur Oratoribus damna reficere. I. 109. Officiales Curiarum Epiſcopalium quinam gaudere debeant privilegio fori. II. 28. & 31. Officiales Pœnitentiariæ Datariæ &c. falſum exponentes in Supplicationibus, ſubjiciuntur pœnæ falſi. I. 108. & ſeq. Officiales Pœnitentiariæ Apoſt. eorumque qualitates, munera, emolumenta &c. II. 56. Officiali abſente vel impedito, quomodo ſuppleantur ipſius vices. 60. Officiali decedente, ſcripturæ omnes a Majori Pœnitentiario recuperari debent. 64. Officialem Sæcularem ſibi conſtituere debent Epiſcopi Rutheni, ſi inter Clerum Sæcularem idoneum aliquem ad id muneris repererint. VIII. 116. Officialium, Miniſtrorum, ac quorumcumque perſonarum inſervientium Hoſpitali S. Angeli a Nido, ejusque Eccleſiæ quomodo & a quibus peragenda ſit electio. IX. 85. Vid. *Hoſpitale S. Angeli.*

OFFICIUM Divinum. Ejus recitatio impoſita eſt Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, expreſſa lege Eccleſiæ Occidentalis. II. 215. Similis conſuetudo obtinet in Eccleſia Orientali, eamque legis vim habere decretum eſt. *ibid.* Ordinati ante legitimam ætatem an ea lege reneantur. Vid. *Ordinatio. Horæ Canonicæ.* Officia propria Sanctorum non conceduntur niſi præceſſerit ſaltem approbatio Cultus; item ſi non habeantur geſta authentica. IV. 104. Officia Divina a Latinis Latino, a Græcis Græco ritu omnino celebran-

da ſunt. VII. 41. Officium in honorem B. Franciſcæ de Chantal conceſſum. 85. Officii Miſſæque propriæ conceſſionem in honorem Beatorum præcedere debet Proceſſus ſuper virtutibus, miraculis & cultu immemoriali. VIII. 216. Quandonam hujuſmodi proceſſus non ſit neceſſario præmittendus. *ibid.* Officium Dedicationis Eccleſiæ, ſi Conſecratio caſu aliquo ſit deperdita, an ſit recitandum. IX. 164. Vid. *Conſecratio*. Officiorum Divinorum ratio immutari non debet ubi celebratio dierum feſtorum transfertur tantummodo pro commoditate populi. III. 15. Officia Divina in primitiva Eccleſia de nocte celebrari conſueverunt. 22. Sed ex diſciplina deinde utiliter immutata. *ibid.* Officia Hebdomadæ Majoris de die celebranda. 23. Ad officia & Beneficia Urbis Doctoratum requirentia non ſuffragatur Gradus in exteris Univerſitate in poſterum adeptus. II. 108. Officia Pœnitentiariæ Apoſt. perpetua ſunt; & de modis eorum vacationis. 62. Officialis Pœnitentiariæ legitime abſens emolumenta percipit. *ibid.* Officia vacabilia. Vid. *Vincula*. S. Officii Tribunal. Vid. *Inquiſitio*.

OLEA Sancti feria V in Cœna Domini, in Baſilica Vaticana ab Archipresbytero, aut ab ejus Vicario, vel ab alio Epiſcopo de Archipresbyteri licentia benedicuntur, & pluribus Parochis diſtribuuntur. VIII. 148. Ejuſmodi benedictioni intervenire per ſe vel per alios debent Parochi Eccleſiarum Filialium & ſubjectarum, quin ab aliis compelli poſſint ad interveniendum ſimili funetioni in alia Eccleſia. *ibid.* Olea Sancta hujuſmodi recipere debent Eccleſiæ filiales & ſubjectæ ejusdem Baſilicæ, aliæque conſuetæ & ad recipiendum compelli poſſunt, quin ab aliis moleſtentur, aut ad recipiendum ab alia Baſilica compellantur. *ibid.* Oleum infirmorum in Græca Eccleſia non a ſolo Epiſcopo, ſed etiam a ſimplicibus Presbyteris benedicitur. I. 146. & IX. 116. Eodem extra caſum infirmitatis &c. inungere interdictum eſt Græcis æque ac Latinis, licet Sacramenti forma non proferatur. IX. 116. Multoque magis interdictum eſt inunctionem cum Oleo infirmorum imponere Sacramentaliter confeſſis in ſatisfactionem Sacramentalem. *ibid.* Unctio cum Oleo infirmorum an umquam extra caſum infirmitatis fuerit apud Græcos, & quibus caſibus uſitata. *ibid.* Vid. *Extrema Unctio*.

OLEI emptio & extractio. Vid. *Commercium*. *Extractio*. Olei, vini, & piſcium uſus in Quadrageſima aliiſque diebus jejunii conceditur Albanenſibus & Græcis Italiæ & Inſularum adjacentium. I. 155. Oleo lampadis ad id in Eccleſia aſſervato apud Græcos inunguntur Energumeni aliique plurimi devotionis cauſa, vel ut aliquo incommodo liberentur. IX. 116.

OLIVETANA Congregatio communionem obtinuit a Pio II omnium privilegiorum, quæ eo uſque Congregationi S. Juſtinæ Patavinæ fuerant conceſſa. IX. 9. Ampliatur illa per Pontificem ad gratias & indulta ſubinde conceſſa univerſo Ordini S. Benedicti, & præcipue eidem Congregationi S. Juſtinæ, ſeu Caſſinenſi. 10. Aliud ſuperadditur privilegium Pontificalia exercendi die feſto S. Franciſcæ Romanæ in Eccleſiis Conventualibus Regularis obſervantiæ. *ibid.*

ONERUM anniverſariorum Capituli & Cleri Vaticani reductiones confirmantur VII. 157. Onera hujuſmodi quomodo impoſterum acceptanda ſint. 158. Onera ſeu gravamina Communitatum quo ordine & ratione tolli debeant. VIII. 135. Ab oneribus Communitatis civis realibus & perſonalibus eximuntur Patentati Sac. Inquiſitionis. IX. 15. Id tamen obtinet quoad Patentatos privilegiatos, ſecus vero quoad ſimplices familiares. 19.

OPERA injuncta in Jubilæo. I. 2. & II. 148. & VI. 54. Declarationes ſuper ipſis editæ. VI. 87. 126. & 142. Et pro eodem lucrando extra Urbem. 166. & 173. Opera aliqua in ſtatu peccati mortalis facta, ſunt moraliter bona 144.

OPIFICES Mercatoreſque, Patentati Sac. Inquiſitionis, in iis quæ eorum artificium reſpiciunt, judicibus ordinariis Artiſque Statutis ſubjiciuntur. IX. 19.

OPINIONI privatæ inniti non debent Confeſſarii, nec opiniones Scriptorum amplecti, & ſequi in praxi, ſine delectu. VI. 76.

OPPIDUM Matbelicæ in Picæno ad primævum Civitatis ſtatum & jura reſtituitur, & quatenus opus eſſet ex integro in Civitatem cum omnibus juribus & honoribus erigitur. VIII. 127. Vid. *Matbelica*.

ORATIONES, præter eas, quæ in Eccleſia receptæ ſunt, in Sacris Ritibus non admittantur. II. 35. Vid *Preces*. Oratio in communi ſuadetur, & confirmantur indulgentiæ eas recitantibus conceſſæ. *ibid.* Orationis mentalis exercitium docentibus illamque petentibus indulgentiæ conceduntur. *ibid.* Orationem mentalem per menſem peragentibus, & Confeſſis, ac Sacra Communione refectis indulgentia plenaria conceditur. *ibid.* Orare publice pro excommunicatis non licet, privatim tamen eorum converſionem implorare nullibi prohibitum. IX. 96. Orare pro ſe in Sacrificio Miſſæ qua formula ſoleant Rom. Pontifex cæterique Epiſcopi. 104. Vid. *Commemoratio*.

ORATORIUM in Epiſcopalibus Ædibus habere Epiſcopi poſſunt pro Miſſa pro ſe vel per alios celebranda. VII. 55. Oratoriorum hujuſmodi duo antiquiſſima ſunt exempla SS. Epiſcoporum Caſſii Narnienſis, & Joannis Eleemoſynarii Alexandrini. *ibid.* Nec ſane ſubla-

ſublata fuerunt per Concilium. Trid. 56. Vid. *Epiſcopus*. *Miſſa*. Oratoria ad Miſſam celebrandam in privatis domibus extirerunt temporibus Apoſtolorum, perſecutionum, & deinceps, præſertim in Eccleſia Orientali, de quibus Imperatores nonnulla edixerunt. 58 Neceſſaria tamen erat Epiſcoporum licentia ut Miſſa in iis celebraretur. *ibid.* Oratoria privata in Laicorum domibus concedendi facultas ſublata eſt Epiſcopis per Concilium Trid. & ad S. Sedem devoluta. *ibid.* S. Sedes magnam moderationem adhibuit in permittendis iſtis Oratoriis, ac plures leges & limitationes apposuit in conſuetis conceſſionum Brevibus quoad eorum erectionem & uſum. 59. Ampliores conceſſiones fiunt in quibuſdam Brevibus extraordinariis. *ibid.* In Oratoriis privatis Miſſa non poteſt celebrari niſi adſint indultarii. 60. Hi ſunt qui in tenore vel inſcriptione Brevis nominantur. *ibid.* Alii vero nominati in iiſdem poſſunt Miſſæ intereſſe, non autem facere ut celebretur. *ibid.* Niſi ſint perſonæ, quibus in corpore Brevis nominatim ea facultas tribuatur. *ibid.* In Oratorio privato ſi licentia conceſſa ſit, ut diebus ſolemnioribus Miſſa celebretur, poſſunt die Nativitatis Domini tres Miſſæ ab uno Sacerdote celebrari. *ibid.* In oratoriis privatis quando Sacramenta Baptiſmi & Pœnitentiæ miniſtrari poſſint. 61. Quando ſumi poſſit Communio Euchariſtica ab iis qui Miſſam audiunt, & an Epiſcopi licentia ad id requiratur. *ibid.* Oratorii privati indultum conceditur Canonicis Veneta ecclesiæ pro celebratione Miſſæ in Ædibus Villæ Angiari. 270. Oratoriorum domeſticorum ſupellex a S. R. E. Cardinalibus legari poteſt ex indulto quibuſvis Eccleſiis, Capellis publicis, aut Locis Piis: vel ipſis de ea non diſponentibus, ab hæredibus ſimiliter diſponi poteſt; alioquin ad Sacrarium Pontificiæ Capellæ devolvitur. V. 202. Vid. *Capella*. Quæ autem extiterit in privatis Oratoriis aliorum Prælatorum ſeu Beneficiatorum ex Conſtit. S. Pii V. defertur ad Eccleſias quibus præfuerunt, vel in quibus Beneficia obtinuerunt, nec comprehenditur ſub lege Spolii, aut indultis teſtandi. V. 203. & VII. 155. Ubi ſpecialiter de Oratoriis privatis Canonicorum aliorumque de clero Baſilicæ Vaticanæ. Oratorium domeſticum conceditur Advocatis Conſiſtorialibus. II. 109. Item Officialibus & Militibus S. Januarii. I. 51.

ORDINARII proceduot appellatione remota in pluribus Cauſis. I. 119. Procedere poſſunt in Cauſis Exemptorum, qui Judicem particularem non habeant. 119. Et in Cauſis miſerorum & miſerabilium perſonarum, etiamſi Judicem hujuſmodi habeant. *ibid.* Ordinarii intra Diſtrictum Urbis: Vid. *Diſtrictus*. Ordinariorum plena juriſdictio intra Diœceſum ſuarum fines habet præſe aſſiſtentiam Juris, adeo ut qui ſe ab illa exemptos contendunt, probationibus certis & manifeſtis exemptionem ſuam conſtabilire teneantur. IV. 184. Et in caſibus dubiis ſemper judicari debeat pro Ordinarii juriſdictione. 190. Ordinarii jus in Regulares extra Clauſtra degentes, aut ſe aſſerentes ad alium Ordinem translatos. III. 108. Ordinarius Loci extraordinarium Confeſſarium Monialibus ſibi ſubjectis deſignat. IV. 79. Item iis, quæ Regularibus ſubjectæ ſunt, in pluribus caſibus ad ſupplendam negligentiam Prælati Regularis. 93. Vid. *Epiſcopus*. Ordinarii approbatio ſpecificata pro Monialibus neceſſaria eſt omnibus Confeſſariis Monialium, tam ordinariis quam extraordinariis, etiam Regularibus, & iis, qui deputantur a Regularibus Superioribus, vel a Card. Majore Pœnitentiario, etiam Sede Apoſt. vacante. 79. Ordinarius Loci cum Superiore Regulari ſimul cognoſcere debet Cauſas ſuper nullitate Profeſſionis Regularis intra quinquennium promotas, ſive actio ſit a Regulari promota, ſive a Religione, ſive a Profeſſo. 9. Nec Regularis Superior ita illi jus ſuum cedere poteſt, ut ſolus ipſe judicet. *ibid.* Ordinarius ſolus judicat in Caſibus nullitatum Profeſſionum Monialium ei immediate ſubjectarum. *ibid.* Si vero ſuerint Regularibus ſubjectæ, una cum Superiore Regulari procedere debet. *ibid.* Ordinario in Cauſa hujuſmodi diſſentiente a judicio Superioris Regularis, Cauſa devolvitur ad S. Sedem. *ibid.* Ordinarii procedere debent adverſus inferentes vim & metum, ut quis Religionem ingrediatur, & Profeſſionem emittat. 14. Ordinarii inferiores non habent facultatem decernendi de caſibus exceptis ab immunitatis localis beneficio, & demandandi extractionem reorum; ſed pro delictis patriarcharum in Locis nullius Diœceſis res deferenda eſt ad vicinioren Epiſcopum. VI. 188. Ordinarii in Portugallia quando poſſint procedere contra Confeſſarios exquirentes in Confeſſione nomen Complicis in peccato. 31. Vid. *Pertinentia*. Ordinariis Locorum ab A. C. committi debet confectio Proceſſus informativi, quamvis fuerint tamquam ſuſpecti a reis recuſati. VIII. 128. Vid. *Proceſſus*. *Auditor generalis*.

ORDINATIONES Miniſtrorum Eccleſiæ cum magno delectu fieri jubentur. I. 4. Ordinatio inſanis eſt illicita, ſed valida. II. 211. 212. Ordinationes Græcorum quibus legibus & ritibus fieri debeant. I. 150. Vid. *Græcorum Ordinationes*. Ordinationes Græco-Ruthenorum ad Eccleſiam Catholicam redeuntium Epiſcopo Auxerenſi delegantur. 180. Ordines quinam ſupplerl debeant a Clericis Græcis, qui ritu Latino ad ſuperiores Ordines ſunt promovendi. 151. Ordinandi examinari debent in Doctrina Chriſtiana. 95. Docere debent, ſe operam dediſſe inſtruendis fidelibus in Doctrina Chriſtiana. *ibid.* Ordinatus

in infantili ætate non tenetur ad onera Ordini Sacro adnexa, nisi ordinationem ratam habuerit sive expresse sive tacite. II. 211. & seq. Quare pro Ordinatis ad Diaconatum in infantili ætate apud Cophtos præscribitur exploratio voluntatis, quæ fiat, ad normam etiam Concilii Toletani II post expletum annum decimumsextum. 212. & seq. Si quis sæcularia vota elegerit, suspensus erit ab exercitio Ordinis Sacri. 212. Nec tenebitur ad recitationem Horarum Canonicarum. 213. Et nuptias etiam iterato contrahere poterit. *ibid.* Eligentibus autem perseverare in ministerio Ecclesiæ prohibentur secundæ nuptiæ, & omnis bigamia, sub pœna depositionis. *ibid.* Vid. *Diaconus*, *Cælibatus*. Ordinatus ad Ordinem Sacrum ante pubertatem, non tenetur servare onera Ordini adnexa, nisi ratum habuerit &c. 212. Nec ministrare potest in Ordine suscepto ante complementum ætatis legitimæ. *ibid.* Ordinatus per vim non adigitur servare onera Ordini adnexa. 212. Ordinati per saltum, vel alias male promoti, dispensationes obtinere possuot in casibus occultis a Pœnitentiaria Apost. 50. Ordinari a Schismaticis exercitium Ordinis non recipiunt; sed absolutionem recipere renentur ac dispensationem ab irregularitate, & schisma erroresque abjurare. I. 152. Non Ordinati ad Sacrum Presbyteratus Ordinem, qui Missam celebrasse, aut Confessiones Sacramentales audisse reperti fuerint, Cutiæ Sæculari puniendi tradantur. II. 66. Ordinationis probatio a reo facienda est, nec incumbit fisco onus eam excludendi, ubi ex relatione Ordinarii constet, reum non promotum fuisse. *ibid.* Ordinationes Regularium an ad Episcopos Diœcesanos privative spectarent, olim disputatum fuit. IV. 37. Gregorius XIII, Sixtus V, & Clemens VIII spectare decreverunt, nisi Episcopus extra Diœcesim maneat, aut Ordinationes non sit habiturus. *ibid.* Id confirmatur ab Inocentio XIII, exceptis iis Regularibus, quibus privilegium recipiendi Ordines a quocumque post Concilium Trid. specialiter concessum fuerit. 38. Idipsum confirmat Benedictus XIV sub pœna contra suscipientes Ordines ab eo qui non est proprius Episcopus, & contra Ordinantes alienos subditos sine eorum Ordinarii licentia in Jure statutis. 40. De absentia vero Episcopi a propria Diœcesi, vel quod Ordinationes in Temporibus habiturus non sit, authentica documenta afferri jubet; iisque deficientibus Dimissorias nullas haberi decernit. 41. Privilegia *recipiendi Ordines a quocumque*, nisi post Trid. Concilii confirmationem alicui Ordini Regulari nominatim & directe non autem in communicatione Privilegiorum concessa fuerint, vel ante illud concessa, postmodum in forma specifica, cum insertione veteris indulti, confirmata sint, nullatenus suffragari decrevit. 42. Hæc privilegia quibus in casibus, & qua moderatione in usum deducenda sint. *ibid.* Hujusmodi privilegii concessio per se non probat exemptionem ab Ordinarii jurisdictione, quum maxime olim in odium simoniacæ pravitatis Indulgeri contingeret. 191. Privilegia *recipiendi Ordines extra Tempora* Regularibus induita non arctant Episcopos Diœcesanos ad eos Ordinandos extra tempora, vel dimittendos ad Ordinationem alibi suscipiendam. 40. Ordinatio *ad titulum Religiosæ paupertatis* an ratificare censenda sit Professionem initio nullam. V. 15. Ordinationes statis anni temporibus ad S. Petrum habere Romani Pontifices consueverunt. VII. 152. Ordines Sacri apud Orientales. Vid. *Diaconatus*. Ordines Sacros quibus & quomodo Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ conferre possit. 147. Ordinationes ad Ordines majores in Cathedrali, vel insigniori Diœcesis Ecclesia haberi debent. VIII. 68. Id tamen intelligendum de Ordinationibus generalibus. *ibid.* An quod de Capella Episcopi, idipsum dicendum sit hac in re de Capella Cardinalis Episcopi Suburbicarii, in Urbis Palatio sita. *ibid.* Vid. *Cardinales Episcopi Suburbicarii*. Ordinare potest Episcopus in aliena Diœcesi, accedente Ordinarii Loci licentia, exterum quemcumque sui Ordinarii Literas Dimissorias afferentem. 60. Vid. *Pontificia*. Ordinari a quo debeant subditi Episcopis Suburbicariis. 62. A quo exteri in Urbe commorantes. *ibid.* Ordines a quibus recipiant Italo-Græci. IX. 30. Vid. *Italo-Græci*. Ordinari a Pontifice possunt Clerici de quacumque Ecclesia, sive Diœcesi, non solum ut eorum opera utatur, sed etiam honoris causa. 202. Dictatum S. Gregorii de Ordinaris a Pontifice quomodo sit intelligendum. *ibid.* Ordinatus a Papa non est propterea a jurisdictione sui Episcopi exemptus. 212. An idem, justa urgente causa, suspendi possit ab Ordinario, inconsulto Pontifice, disputant Doctores in varias sententias abeuntes. *ibid.* Ordinatus a Papa, etiam honoris causa, sine ejus licentia non potest ab inferiori ad superiores Ordines promoveri. 200. Sententia hæc quamvis vera, haud tamen satis comprobatur *ex Cap. Cum in distribuendis de temp. Ordinat. ibid.* Afferuntur alia Jura, quibus præmissa sententia constabilitur. 202. An idipsum obtineat quoad Consecrationem Episcopalem, adeo ut ordinatus Presbyter a Papa, a nemine præterquam ab ipso Papa, vel alio de ejusdem licentia, consecrari possit Episcopus. 206. & seq. Ordinum Minorum Collatio simplicibus Sacerdotibus ex Pontificia concessione sæpe delegata reperitur. X. 23.

ORDINES Romani plures a diversis Auctoribus editi recensentur, in quibus de Ro-

ſi Aurea mentio ſit. VII. 26. Alii quoque citantur, in quibus adeſt mentio de Capellis in Palatio Pontificio erectis pro ſolemnium functionum celebratione. V. 201.

ORDO Equeſtris. Vid. *Militia*.

ORGANORUM uſus a multis ſæculis in Eccleſia viget, quorum nomine etiam alia inſtrumenta harmonica deſignantur. V. 180. Organa aliaque muſica inſtrumenta non ſunt in uſu in Capella Pontificia, neque in quibuſdam aliis Eccleſiis. 176. Organum muſicum ſub Pipino in Gallias delatum Cantores Roma profecti pulſare docuerunt. 194.

ORIENTALES Ritus intactos ſervari ac cuſtodiri ſummopere curarunt Rom. Pontifices. IX. 26. Compluribus allatis exemplis res illuſtratur. 27. Orientalis Eccleſia quatuor Ritibus conſtat, & quinam hi ſint. 26. Orientalis Eccleſiæ Sacerdotibus non licet Natali Chriſti die tres Miſſas more Sacerdotum Latinorum celebrare. 90.

qui eodem anno extra Urbem Jubilæum conſequi poterunt. 167. Similiter in extenſione ejuſdem Jubilæi ad univerſum Orbem Catholicum. 179. Regularibus Superioribus facultates abſolvendi ſuos ſubditos Regulares anno Sancto præſervantur. 64. & 106. Allæ facultates abſolvendi a caſibus reſervatis, ſive ob cauſam indulgentiarum, ſive ex alio titulo, illis alias conceſſæ, eodem anno ſuſpenſæ remanent. 64. 107. & ſeq. Regulares anno Sancto Romam abſque Superiorum facultate venientes peccant; ſed ſi pœniteant, Jubilæum conſequi poſſunt. 138. Regularibus Confeſſariis in Urbe a Card. Vicario ad Sæcularium Confeſſiones approbatis conceduntur anno Jubilæi facultates omnes, quoad ſuos Correligioſos, quæ aliis Confeſſariis ſpecialiter pro anno Sancto deputatis tributæ ſunt; addita facultate diſpenſandi ſuper occulta irregularitate ob cenſurarum violationem contracta. 86. Regulares apoſtatæ anno Jubilæi ad ſuos Ordines prompte redeuntes pœnarum ſibi ob apoſtaſiam debitarum remiſſione donantur; certis præſcriptis Legibus, & conditionibus. 169. Regulares homicidium animo deliberato patrantes immunitatis Eccleſiaſticæ beneficio privantur. 187. Regularium Conſtituta non recipit Auditor generalis Cameræ. VIII. 147. Regulares in ſubſidium defectumque Cleri Sæcularis tantum ab Epiſcopis aſſumendi. 116. Et quatenus Clerici Sæculares ad obeunda munia minus apti reperiuntur. *ibid.* Regularis S. Officii Conſultor nequit a Superioribus Regularibus ſine eaûſa, & inconſulta Congreg. Sac. Inquiſitionis a loco removeri. IX. 19. Regulares non Parochi Sæcularium Confeſſiones excipientes, an Conferentiis Caſuum pro Clero Sæculari ſtatutis intereſſe debeant. X. 35. Regulares ſunt ab Ordinariorum juriſdictione exempti. VIII. 192. Tamen extra Diœceſim, ubi promoti ſunt, Ordinem in alienis Eccleſiis exercere non poſſunt, niſi Ordinario ejuſve Officialibus Teſtimoniales ſuorum Superiorum exhibeant. *ibid.* Multoque minus licet ipſis Sæcularium Confeſſiones audire, niſi approbati fuerint a Loci Ordinario. *ibid.* Nihil obſtantibus ampliſſimis quibuſcunque privilegiis; ac etiam conſuetudine immemorabili. *ibid.* Approbare poteſt Ordinarius Regulares ad excipiendas Sæcularium Confeſſiones indefinite, & cum præfinitione temporis. 93. Approbatus Indefinite, ſine cauſa ſuſpendi non poteſt. *ibid.* Regulares in iis, quæ Coetum animarum & adminiſtrationem Sacramentorum reſpiciunt, ſubſunt juriſdictioni & viſitationi Epiſcopi. 96. Nihilque hac in re ipſorum privilegiis juvantur. *ibid.* Idque obtinet ſive Regularis Parochus ſit, ſive plurium vel unum Sacramentum Sæcularibus miniſtret, ſive inſcio, ſive annuente Epiſcopo. *ibid.* Non tamen ſubjiciuntur in iis, quæ Regularem obſervantiam reſpiciunt. *ibid.* Niſi maneant extra clauſtra, vel publice delinquentes a Superioribus poſt interpellationem Epiſcopi non coërcentur. 97. Superior autem Regularis poteſt ſibi ſubditum, non ſolum in iis, quæ ſunt Regularis obſervantiæ, ſed etiam Curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum punire. 98. Vid. *Miſſionarii Regulares*. Ob mutatam rerum faciem in Indiis Occidentalibus Regulares non fruuntur amplius privativo jure obtinendi Parochias aliaque Officia Curata. 103. Immo qui iis præpoſiti ſunt, tamquam ad nutum amovibiles, poſſunt, nulla expreſſa cauſa, ab Ordinario, æque ac a Superiore Regulari amoveri. *ibid.* Regulares hujuſmodi Parochiis & Officiis præpoſiti, in quibus ſubjiciantur Epiſcopis, & in quibus itidem Superioribus Regularibus. *ibid.* Regularibus Miſſionariis in Angliam ablegatis unus Superior præficiendus, qui eos viſitet, & emendet. 98. Elapſo ſexennio debent iidem ad Regiones Catholicas, & proprii Inſtituti claustra redire, tres menſes in iiſdem manere, ac quindecim dies Spiritualibus exercitiis vacare. 99. Indulgentias ſuis Ordinibus peculiariter conceſſas publicare prohibentur. 100. Reſervantur eiſdem Fundationes, quas hactenus poſſederunt. 99.

REI. Vid. *Damnati. Inquiſiti*.

RELATIONES Status Eccleſiarum ab Epiſcopis aliiſque inferioribus Prælatis fieri jubentur. I. 17. & 18. Qua methodo fieri debeant. III. 185. & ſeq. His omnibus opportuna Apoſt. Sedis Reſcripta parantur. I. 21. Relationes circa Cophtorum ritus & cauſas a Pontifice exquirantur. II. 216.

RELATORES Criminales. Vid. *Criminales*.

RELIGIO approbata dici nequit illa, in qua emittuntur ſolemnia vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ; etiamſi a Sede Apoſt. approbatæ fuerint Regulæ ab ejus Societatis alumnis obſervandæ. V. 214. Religionis ſtatus, etiamſi minus ſublimis, perfectior habendus eſt ſtatu Eccleſiaſtici Sæcularis. IV. 30. Vid. *Clerici Sæculares*. Religionem an ſenes, milites, & debitores publici ærarii ingredi poſſint. 33. Religio æque ac Profeſſus, quinquennium habet ad reclamandum adverſus nullitatem Profeſſionis. V. 8. Vid. *Profeſſio. Occultatio Fidei*.

RELIGIOSA Profeſſio. Vid. *Profeſſio. Regulares*. Religioſæ mulierum Domus ſine prefecta clauſura non ſunt a Pontifice confirmandæ. V. 217. Religioſi vere eſſe poſſunt, quorum Inſtitutum bello pro fide & pauperum defenſione gerendo addictum eſt. VII 256.

RELIQUIÆ Sanctorum ut decenti loco ſtatuantur, curæ Epiſcoporum mandatum eſt a Conc.

a Conc. Trid. X. 38. Reliquiæ Sanctorum locis, in quibus coluntur, ſolent præſtare validum præſidium ad arcendas calamitates. 33. Reliquiis San., quorum proprium nomen manſit obſcurum, cur appellativam nomen imponere conſueverint Eccleſia. 40. Reliquiis Sanctorum utcumque exiguis & licet ignoretur proprium nomen Sancti, cujus ſunt hujuſmodi exuviæ, cultus eſt exhibendus. 6. Præclarius tamen quid cauſetur Corpus integrum habere quam partem; eoque magis ſi proprium illius nomen in noteſcat. 8. Reliquiæ puerorum cum notis Martyrii repertæ, Cultum publicum in Eccleſia obtinuere. VIII. 232. Reliquiæ ex Aſſiſienſi Baſilica, certis indictis pœnis extrahi prohibentur. 180. Reliquiarum detractio in elevatione Corporum Servorum Dei, prohibetur. I. 111. Reliquiæ Sanctorum conditæ in Altari Pontificio Baſil. Liberianæ recenſentur. VI. 211. Reliquiæ Sanctorum ponuntur in Græcorum Antimenſiis. VII. 40.

RENOVATIONES. Vid. *Bona Cameræ Apoſt.*

RENUNTIATARII Regularis Profeſſi reclamantis de nullitate Profeſſionis citari debent & audiri in judicio ſuper hujuſmodi nullitate. V. 10.

REPUDIUM in veteri Teſtamento permiſſum fuit Judæis ab eorum cordis duritiem. IV. 174. Sed in nova Lege gratiæ vetitum eſt. *ibid.* Repudii libellum non licet Judæis ad fidem converſis dare uxoribus in Judaiſmo remanentibus 175. Repudii libellum ſi quis Neophitus Rabbinicis ſuperſtitionibus inveniatur dediſſe uxori recuſanti ſe convertere, in eum, tamquam judaizantem animadvertendum eſſe ſtatuitur. *ibid.* Si autem id fecerit coram Notario & teſtibus chriſtianis, minori pœna plectendus erit. 176.

REQUISITA Concurrentium ad Parochias in termino ad habendum Concurſum indicto, in Actis exhiberi debent I. 192. Ea in ſummarium redacta tam Ordinario, quam examinatoribus exhibenda. *ibid.* Hujuſmodi ſummaria ſupprimi debent antequam Ordinarius dignioremi eligat. *ibid.* Vid. *Concurſus.*

RESERVARE Caſus poſſunt Epiſcopi, idque ipſis a Conc. Trid. aſſertum fuit. VII. 69. Vid. *Caſus.* Reſervationibus Apoſt. quantumvis privilegiatis non ſubſunt Beneficia & Officia Ordinis Jeroſolym. VIII. 79. Vid. *Commenda Ord. S. Joannis.* Reſervationes abſolutionis. Vid. *Abſolutio.* Reſervationes penſionum. Vid *Penſiones.*

RESIDENTIA in Diœceſibus Epiſcopis commendatur. I. 5. & III. 21. Inculcatur Epiſcopis Hiberniæ. I. 53. In certis & fixis Diœceſibus neceſſaria. 97. Materialis & formalis. 54. Præcipitur Epiſcopis Reſidentia in propriis Diœceſibus. III. 176. Cauſæ abeſſendi quænam ſint, & quomodo licentia abeſſendi concedatur. 181. Vid. *Epiſcopus* Super Reſidentia Epiſcoporum Congregatio. peculiaris in Urbe ab Urbano VIII inſtituta, a Pontifice inſtauratur, eique certa agendi methodus præſcribitur. 178. 179. Super eadem invigilare jubentur Nuntii Apoſt. & ſinguli Epiſcopi. 183. Reſidentiam continuam in loco ſuæ deputationis præſtare debet Officialis privilegiatus S. Inquiſitionis, adeo ut ne ab Inquiſitore quidem cum eo diſpenſari poſſit. IX. 15.

RESIDUORUM Congregatio. Vid. *Congregatio.*

RESIGNATIONES Beneficiorum cum reſervatione penſionis, & pacto eam caſſandi; prohibentur & annullantur. I. 60. & III. 117. Reſignans cum hujuſmodi pacto, æque ac Reſignatarius, privantur Beneficio, & ad alia conſequenda inhabilitantur. I. 61. Reſignationum fraudes ad eludendam Gregorii XIII Conſtitutionem aperiuntur, iiſque remedia comparantur. III. 118. Reſignationes Beneficiorum, & Proviſiones in vim earum factæ, intra certum tempus publicari debent. 117. Et poſſeſſio Beneficiorum reſignatorum intra certum tempus pariter eſt capienda. *ibid.* In caſu impedimenti, ſaltem Literæ exequtoribus præſentari debent. *ibid.* Vid. *Proviſiones.*

RESPUBLICA Lucenſis. Vid. *Lucenſis Reſpublica.*

RESTAURATIO Eccleſiarum unitarum Baſilicæ Aſſiſienſi, & ſupellectilium manutenentia a quibus curanda. VIII. 181.

RESTITUERE quomodo teneatur qui bona Chriſtianorum ab infidelibus capta emit. VII. 128. & ſeq. Vid. *Bona Chriſtianorum.* Reſtituere ſine pretii ſoluti repetitione debet qui rem furtivam bona vel mala fide emit. 210.

RESTITUTIONES in integrum adverſus lapſum temporis ad publicandum Literas Reſignationum, quando concedi poſſint. III. 117. Adverſus devolutiones aut caducitates incurſas. Vid. *Bona Cameræ Apoſt.* Pro Regularibus Profeſſis adverſus lapſum quinquennii non ſine gravibus cauſis introducta fuit Reſtitutio in integrum. V. 12. Eſt remedium extraordinarium, cujus conceſſio ſoli Apoſt. Sedi reſervata eſt. *ibid.* Hæc conceſſio ex ſpeciali diſpenſatione quandoque Ordinariis delegata fuit. *ibid.* Non conceditur niſi poſt confectionem formalis proceſſus. *ibid.* Reſtitutionis in integrum judicium qua methodo & forma perfici debeat. 13. Non cenſetur conceſſa, niſi iterata Cauſæ propoſitione confirmata fuerit. *ibid.* Hæc conceſſio non ſufficit, ut quis a Clauſtris egredi poſſit, ſed expectari debet ſubſequens Ordinarii judicium ſuper controverſa Profeſſionis validitate. 14.

RE-

Digitized by Google

REVISOR Commiſſionum. Vid. *Commiſſionum Reviſor*.

REUS appellans ad A. C. a Decreto Ordinarii cujus vigore relaxatus fuit, audiri nullo modo poteſt, niſi prius ad carceres cuſtodiendus redeat. VIII. 147. Reorum Conſtituta recipit tantummodo Auditor Cameræ, & quibus in Cauſis. *ibid.* Rei ſe conſtituentes coram A. C. debent in carceribus formalibus detineri. 148. Quandoque vero poſſunt per Urbem habilitari, & quando. *ibid.* Quinam Invaluerit ſtilus quoad reorum habilitationem per Urbem. *ibid.* Proceſſu non completo & publicato, impoſterum rei habilitari prohibentur. *ibid.* Proceſſus vero publicari vetantur, niſi reus antea, vel coram Ordinario, vel coram A. C. ſeſe conſtituerit. 149. Habilitati tamen permittitur reus, ſi perfecto & publicato Proceſſu informativo, fieri debeat repetitivus, aut defenſivus. *ibid.* Excipiuntur nonnulla crimina graviora. *ibid.* Itidemque ſi abſque novo Proceſſu defenſio paretur; tunc enim reus ad uſque exitum Cauſæ in carcere eſſe jubetur. *ibid.* Reus tamen quomodocumque habilitatus, ab Ordinum exercitio ſuſpenſus declaratur. *ibid.* Vid. *Auditor generalis Cameræ*.

REZZONICUS Carolus, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Patavinus, laudatur. II. 40. In Aquilejenſis Patriarchatus negotio, pro parte Reipub Venetæ magna cum laude ſe gerit. VII. 70. 71. & 235.

RIARIUS Petrus, S. R. E. Cardinalis creatus ab Eugenio IV, poſtea Patriarcha Conſtantin. a Sixto quarto. IV. 160.

RITUALE Romanum illud tantum habendum, quod juſſu Pauli V editum, & ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos datum. IX. 74. Rituale Cardin. Sanctorii quid habeat de benedictione cum SS. Sacramento adverſus tempeſtates impertienda. 70. Accurata traditur ejus operis notitia. *ibid.* Caret principio ac fine, nec non aliquibus intermediis paginis 27. Plurima fuerunt ipſi alienâ manu ad Operis complementum in principio & fine ſuperaddita. *ibid.* Cur fuerit ſub ipſo prælo Interceptum. *ibid.* Licet plurima commendatione dignum, non tamen vim publicæ auctoritatis unquam obtinuit. 270. & ſeq.

RITUS. Super Ritibus Eccleſiæ eorumque obſervantia nemini licet diſpenſationem concedere inconſulta S. Sede. II. 119. Conjuges catholici diverſi ritus, unuſquiſque proprium ſequi poſſunt. I. 153. Conjux Latinus ritum conjugis Græci ſequi non poteſt. *ibid.* Contra conjux Græcus ſequi poteſt ritum conjugis Latini. *ibid.* Matrimonia inter conjuges diverſi ritus quomodo & coram quibus contrahi debeant. *ibid.* Ritus Latinus ſemel a quocunque ſuſceptus deſeri amplius non poteſt. 150. Suſcipi non intelligitur per Baptiſmum ſuſceptum a Latinis in caſu neceſſitatis. II. 26. Vid. *Tranſitus a ritu &c.* Diſpenſatur cum Græcis de præterito ordinatis ab Epiſcopis Latinis, animo retinendi Græcum ritum, ut in hoc permanere valeant. 24. Ut autem id fiat, requiritur Diſpenſatio Apoſt. *ibid.* Vid. *Græcorum Ordinationes*. Græco-Melchitis Latino ritu baptizatis de præterito permittitur electio ritus. 26. Ritus Orientalis Eccleſiæ qui fidei & bonis moribus non adverſantur, conſervandi ſunt, & ab omnibus tolerandi. I. 154. Obſervari debent a Monachis Ruthenis Ordinis S. Baſilii. II. 75. Sublata cuilibet diſpenſandi facultate. *ibid.* Ritum Græcum ſequi tenentur ii ex Græcis, qui in caſu neceſſitatis Latino ritu baptizari fuerint. 50. Ritus Græcus in Miſſis & Divinis Officiis obſervari debet a Græcis Italiæ & Inſul. I. 154. Functiones ſolemnes Latino ritu in Eccleſiis Græcorum fieri prohibentur abſque licentia Ordinarii, & viceverſa. *ibid.* Ritus Græco-Latinus in Eccleſia S. Mariæ del Graſeo vigens perpetuo ſervari jubetur. II. 3. Ritus Græcorum Melchitarum ſervari jubentur, & innovationes in illis inductæ reprobantur & annullantur. 23. A Ritu Græco-Melch. tranſitus non permittitur ad Ritum Latinum inconſulta Apoſt. Sede. 26. Item nec ad Ritum Maroniticum. 25. Ritus Græcos in Monaſterio Cryptæ ferratæ a fundatione conſtanter ſervatus. IV. 127. In Siciliam invectus eſt Sæculo octavo, & uſque ad undecimum ibi generalitet obſervatus fuit. 98. Huic ſub Principibus Normannis poſt expulſionem Saracenorum, ſubſtitutus fuit Ritus Latinus juxta diſciplinam Eccleſiarum Galliæ; indeque Sacrorum Officiorum ordo peculiaris exortus eſt *Gallo-Siculus* dictus. *ibid.* Ritus Latinus a Latinis, Græcus autem a Græcis obſervandus eſt in Miſſis & Officiis, ſublata variandi facultate. VII. 41. Ritus Græci obſervantia Baſilianis Monachis commendatur. 42. Ritus geſtandi Roſam Auream, eamque benedicendi. Vid. *Roſa Aurea*. *Benedictio*. Ritus aperiendi portas Sanctas Initio Jubilæi. Vid. *Porta Sancta*. Ritus in adoratione, expoſitione, delatione, & benedictione cum SS. Sacramento impertienda, ſtatuit Eccleſia, & quinam in unaquaque functione probentur. IX. 60. Ritus Slavo-Latinus Illyricæ Nationi conceſſus, quomodo accipiendus. VIII. 205. Ritus Orientales non modo convellere numquam ſtuduerunt Rom. Pontifices, ſed tueri ac ſervare pro viribus adlaborarunt. IX. 27. Ritus in Eccleſia recepti, ab inferioribus inconſulta Apoſt. Sede non modo tolli penitus, ſed ne ex parte quidem immutari poſſunt. 38. Ritus Orientalium relaxare non poſſunt Miſſio-

ſionatii. 26. Ritus tam in Latina, quam in Orientali Eccleſia corrigere, permittere, vel interdicere Apoſt. Sedis eſt. 38. Ritus Græci in Latinam Eccleſiam, vel Latini in Græcam quandoque invecti, Apoſt. tamen Sede probante. *ibid.* Rituum translatio a Latina ad Græcam Eccleſiam, & vicissim quomodo licite poſſit contingere. 29. Ritus confuſio non inducitur, ex quo Græcus in Latina, vel Latinus in Græca Eccleſia, retento proprio ritu, Sacra peragat. 42. Id vero contingeret, ſi Græcus modo Græco ritu, modo Latino, vel Latinus, nunc Latino, nunc Græco ritu Sacra perageret. *ibid.* Hæc Rituum commixtio an quandoque indulgeri poſſit. *ibid.* Ritus Græcus a Monachis S. Baſilii ſervandus in Miſſa & Officio, cum aliqua tamen modificatione a Pontifice indulta. 50. Ritus Malabariri in nuptiis & matrimoniis, in geſtatione Taly & funiculorum ex certo filorum numero croco delibutorum, in fractione fructus Cocco, in ſeparatione mulierum menſtruatarum, & plebejorum vulgo *Parreas*, in celebratione primæ puellarum purgationis, in lavacris & ablutionibus, in uſu cinerum &c. prohibentur. II. 123. 119. Ritus Sinenſes ſæpe ad examen vocati. I. 160. & ſeq. De iis Decretum Clementis XI. 161. Conſtitutio ejuſdem de iiſdem. 163. Quæ Conſtitutio ampliſſime confirmatur. 168. Et aliter interpretari prohibetur. *ibid.* De his Ritibus Conſtitutio, non obſtantibus quibuslibet rationibus, aut ſubterfugiis, obſervari debet. *ibid.* De iis libri & ſcripturæ publicari prohibentur. 162. Sacrorum Rituum Congregatio diſtinguitur in generalem & ordinariam. IV. 225. Generali intervenit Papa cum Cardinalibus eidem Congr. adſcriptis. *ibid.* Ordinariam conſtituunt ſoli Cardinales una cum Secretario, Protonotario Apoſt. & Promotore fidei, atque in hac, præter cætera, agitur etiam de reviſione Operum conſcriptorum a Servis Dei, quorum Beatificatio promovetur. *ibid.* In Congregatione Sac. Rituum unus Conſultoris locus perpetuo tribuitur Ordini Clericorum Reg. Theatinorum. II. 201. Item Presbyteris Soc. Jeſu. V. 20. Methodus, quæ a Sac. Rituum Congregatione obſervatur in Servorum Dei librorum reviſione. 225. Sac. Rituum Congreg. Decreta quoad uſum Pontificalium Inſignium Urbinatenſi Capitulo auctoritate Apoſt. conceſſorum. VII. 113.

ROCHETI delatio per Urbem quibus competat ex Decreto Congreg. Cæremonialis. II. 10. Conceditur Auditoribus Sac. Rotæ. 12. De Rocchetti uſu & delatione Decreta. III. 214.

RODULPHI Glabri ſententia detrahens Rom. Pontificis auctoritati conſecrandi per ſe, vel per ſuos Delegatos Eccleſias ubique locorum ſitas, omnino falſa convincitur. IX. 166.

ROMA SS. Apoſtolorum prædicatione & ſepulcro, necnon SS. Martyrum cineribus aliiſque Sacris monumentis maxime luſtrata, VI. 56. 69. & VII. 145. Ideo ſemper Chriſti fidelium peregrinationibus frequentata fuit. VI. 66. Roma cæteris per Orbem Civitatibus, in Sacris Ritibus aliiſque Eccleſiaſticis rebus, exemplo præire, & documento eſſe debet. V. 194. Romanam Urbem, aliaſque Dicionis Eccleſiaſticæ Civitates & Terras occupantes, excommunicantur. I. 33. Romanæ Urbis Patroni principales expreſſe appellari jubentur SS. Petrus & Paulus Apoſtoli. III. 213. Romanorum Civium gradus & ordines certa ratione diſtinguuntur. 56. Vid. *Nobiles Cives*. Romanorum Nobilium admiſſiones ad formam Bullæ Sanctiſſimi Dom. Noſtri. 231. Romani a Græcis Bonarum Artium diſciplinam, & morum humanitatem didicerunt. VII. 94. Quæ fuerit apud ipſos patria poteſtas. *ibid.* Vid. *Patria poteſtas*. Romani antiqui nonnumquam reſtituerunt quæ in bello injuſto abſtulerant, & damna victis illata repararunt. VII. 124. Romanorum & Romæ incolarum nomine quinam cenſeantur anno Jubilæi. VI. 86. 139. Romanorum pietas eodem anno maxime eluxit. 178.

ROMANUS Pontifex in Urbe in Baſil. Vaticana ad Altare Confeſſionis B. Petri Apoſt. de more eſt conſecrandus, & coronandus. VII. 152. Eſt generalis Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrator. 140. Quid aliquando præſtiterit circa Bona Eccleſiaſtica ab hæreticis occupata, circa eorum fructus, ut eoſdem hæreticos ad Eccleſiæ Romanæ ſinum revocaret. 140. & ſeq. Romani Pontificis Conſtitutiones. Vid. *Conſtitutio*. Romani Pontificis quanta fuerit, ſitque etiam num auctoritas in conſecrandis Eccleſiis ubilibet conſtitutis. IX. 166. Vid. *Conſecratio*. Romani Pontificis commemoratio in Miſſa tam a Latinis quam a Græcis ſemper eſt facienda. 99. & I. 154. Vid. *Commemoratio*. Romani Pontificis primatus a Græcis agnoſci debet. I. 144.

ROMIPETÆ. Vid. *Peregrinantes*.

ROSAM auream olim Summi Pontifices in Eccleſia S. Crucis in Jeruſalem Dominica quarta Quadrageſimæ benedicebant; & Sede Apoſt. Avenionem translata, inde in Romam reducta, in Aula Paramentorum benedicere conſueverunt. VII. 22. Roſæ aureæ benedictio quomodo, quo ritu, & quibus rebus perficiatur. *ibid.* & 34. Roſam auream gerendi mos ante S. Leonem nonum viguit, incertum tamen ejus initium. 28. Ipſe Sanctus Pontifex Monaſterio S. Crucis in Alſatia a ſuis progenitoribus fundato, & privilegiis a ſe decorato, cenſum impoſuit mittendi Roſam auream duarum unciarum, vel auri tantumdem ad eam conficiendam. *ibid.* Roſæ aureæ uſus & benedictio non idem initium habuerunt. 32.

32. Quando probabilius hæc benedictio cepta sit, & cur adhibita. 36. Rosa hæc nonnulla mysteria de Christo significat. 34. Aurum, quo Rosa conficitur, cur colore rubro tingatur. *ibid.* Rosam auream Summi Pontifices dum benedicebant olim sermocinabantur. 26. Rosam auream Alexander V Bononiæ benedixit, & Marchioni Nicolao Estenti præsenti donavit. 22. Pluribus illustribus Regiisque viris & fœminis donata fuit ac etiam Ecclesiis; quo munere Gregorius XIII Ecclesiam Bononiensem decoravit. 24. Rosam auteam ad eandem Ecclesiam transmittit Benedictus XIV. die & modo statutis, quo illa ibi exciperetur, ac jubens, ut Dominica quarta Quadragesimæ Divinorum Officiorum tempore quotannis in Ara maxima exponatur. *ibid.* Rosæ aureæ plures a Rom. Pontificibus Basilicæ Lateranensi, & Vaticanæ aliisque extra Urbem donatæ fuerunt. *ibid.*

ROTÆ Tribunal coram Pontifice sententiam dicit in Causa Conversana. I. 209. Exquirit votum Prosperi Lambertini tunc Advocati Consistorialis. 213 A Rota Romana assumi consuevit Regens Pœnitentiariæ. II. 59. Rotæ Auditoribus conceditur delatio Roccheti per Urbem. II. Rotæ Auditores electi habitum Advocatorum Consistorialium assumere nequeunt, absque licentia Collegii. 12. Rotæ Tribunal laudatur. Ejus Auditurii Consilio Romani Pontifices uti consueverunt in Causarum definitionibus, quorum exempla Pontifex non semel est secutus. IV. 183. Rotæ Auditores in Subdiaconorum Officio Pontifici solemniter celebranti ministrant. V. 109. Eorum Decano traduntur agni, ex quorum vellieribus Sacra Pallia conficiuntur. *ibid.* Edcirco iidem deputantur ad deferenda eadem Pallia coram Pontifice, quum solemnem eorum benedictionem perficiet. 108. Ad Rotæ Tribunal in secunda instantia pertinent Causæ graviores, quæ in Urbe in prima instantia judicatæ fuerint coram Cameræ Auditore, vel Card. Vicario. IV. 9. Item Causæ graviores in partibus judicatæ, & per appellationem ad Curiam devolutæ, vel immediate, vel post alteram instantiam coram A. C. aut coram Card. Vicario expletam, arbitrio appellantis. *ibid.* Ad Rotæ Tribunal, vel ad Congr. Concilii privative spectant Causæ super fœdere matrimonii, & nullitate Professionis Regularis. II. In Rotæ Auditorio post primam aut ulteriorem Causæ propositionem in Turno ordinario, si suffragia æquentur, Causa ipsa proponenda erit, *videntibus quinto, sexto, & septimo.* 13. In iis vero Causis, quæ *videntibus omnibus* proponuntur, *Auditor proponens* suffragium ferre debebit, vel non, prout aliorum suffragantium numerus par erit, vel impar. *ibid.* Rotæ Auditorio committi nequeunt Causæ Prælatitiæ, vel ad Capituli Curiam spectantes, nisi de omnium partium consensu. 12. Rotæ Auditoribus tamquam *Prælatis* committi nequeunt Causæ de sui natura Rotales, ne quidem de partium consensu. *ib.* Vid. *Causæ.* Rotæ. Notarii. Vid. *Notarii.*

ROTHOMAGENSIS Synodus vetat, ne quis audeat bis Missam celebrare, nisi in casu necessitatis, & ubi sit Sacerdos unic. III. 75.

ROTULI Cardinalium natura & finis. II. 186. Ab ejus participatione excluduntur non residentes in Curia, quacumque ex causa. 187. Accedentibus ad Urbem ex causa legitima, tribuitur pars pro tempore moræ. *ibid.* Rotulum seu indiculum familiarum retinere solent Cardinales & Prælati Romanæ Curiæ propria manu subscriptum. VII. 197. Si quis Rotulum legaliter confectum habuerit, eum distinctione inter veros familiares & honorarios, certus esse poterit, neque se, nec hæredes, litibus & controversiis, in conjectura & consuetudine fundatis, impetitum iri, obstantibus Decretis a Pont. conditis. *ibid.*

ROTUNDA. Vid. *Pantheon Urbis.*

RUBEIS (de) Joannes Victorius dotem reliquit pro Conventu S. Mariæ de Rosario, & Febri in Monte Mario prope Urbem. V. 96.

RUDIMENTA fidei. Vid. *Doctr. Christiana.*

RUFILLI (S.) Foripompuli Monasterium Provinciæ Ravennat. Vid. *Abbatia.*

RUFINUS Siricii tempore de hæresi convictus non erat, ideoque ab eodem Siricio Literas accepit communicatorias. V. 67. Idem a Sanctis Augustino, Paulino, Cromatio, aliisque in pretio est habitus. 73. Sunt etiam qui negent, ab Anastasio Siricii Successore damnatum fuisse Rufinum. 14.

RUSSIÆ Metropolitani Jurisdictio in Monachos Ordinis S. Basilii, eorumque Abbates & Proto-Archimandritam. II. 73. Russiæ Metropolitano demandatur unio Monasteriorum Ordinis S. Basilii ad paupertatem redactorum cum Concilio &c. 76. Vid. *Sapieha.* Russia alba plures habet Græcorum Ecclesias, perpaucas Latinorum. IX. 45. In Græcis illis Ecclesiis Latini Latinas Missas, Ruthenis consentientibus, celebrant. *ibid.*

RUTHENORUM natio Apost. Sedi devota. II. 69. Ruthenorum Synodus Nationalis Zamosciæ habita ann. 1720. sub quibus reservationibus fuerit approbata. IX. 30. Altera habita ann. 1720. II. 69. Rutheni Monachi S. Basilii ritus, consuetudines, & abstinentias Ecclesiæ Orientalis servare debent. 75. Ruthenorum unio cum Sede Apost. quibus conditionibus peracta. IX. 28. Ruthenis Episcopis & Archiepiscopis commendatur, ut Cleri Sæcularis, ac potissimum Alumnorum Collegii Wilnensis curam gerant, ipsorum opera in muneribus Ecclesiasticis utantur, aliisque præmiis ad studia eos alliciant. VIII. 116. Ruthenæ Nationis Monachis, Ordinis S. Basilii,

filii, in unam Congregationem jam redactis, jurisdictio Metropolitani, & Proto-Archimandrita in Abbates, sive Archimandritas definitur. IX. 138. Vid. *S. Basilii. Græco-Ruteni*. Ruteni. Adolescentes Vid. *Collegium*.

S

SABBATI diebus abstinentia a carnibus non semper ubique fuit de præcepto. II. 185. Sabbari diebus per annum permittitur esus carnium in Regnis Castellæ, Legionis, & Indiarum. *ibid.* Sabbati jejunium in Jubilæia, vel alias indictum, in alium diem transferri conceditur pro Græcis. I. 154. Sabbatis Quadragesimæ, excepto Sabbato Sancto, Græci non tenentur jejunare, sed tantummodo a carnibus &c. abstinere. *ibid.*

SACELLA olim erant in Pontificiis Romæ palatiis; verum solemnes Pontificalea functionea non in iis, sed in Ecclesiis Urbis peragebantur. V. 201. Avenione in Sacellis Pontificio celebrari cœperunt; quod Romæ continuatum est, revocata ad Urbem Pontificis Sede. *ibid.* Sacello Pontificio, & Pontificum Constitutionibus, debetur Sacra Supellex Cardinalium defunctorum, rebus nonnullis exceptis. *ibid.* Idque ob functiones, quæ in eo peraguntur. 202. Sacello eidem adjudicata fuit Sacra Supellex defuncti Card. Accoiamboni, quum ipse de ea non disposuerit ad formam Indulti, quod a Benedicto XIII obtinuerat. *ibid.* Sacelli Pontificii Supellex a Benedicto XIV refecta est. VI. 48. Sacella privata. Vid. *Oratoria. Supellex.* Sacellum S. Nicolai. Vid. *S. Nicolai.*

SACERDOTALE Romanum a Petro Castellano ex Prædicat familia fuit compositum. IX. 70.

SACERDOTES privantur facultate excipiendi Confessiones complicum in peccato turpi. I. 44. Vid. *Confessarii.* Sacerdos etiam ad Confessionea non approbatus, præferendus est Confessarius complici in peccato turpi pro excipienda Confessione ipsius complicis in articulo Mortis constitutæ. II. 189. Sacerdos simplex Benedictionem super populum impertiri nequit, præterquam in fine Missæ, nisi forte id ipsi demandetur jure delegato. V. 37. Vid. *Presbyter.* Quo ritu Benedictionem impertiri debeat, præsente Episcopo Diœcesano. 18. Sacerdos abutens Sacrificio Missæ ad sortilegia, perpetuam inhabilitationem incurrit ad ipsius Missæ celebrationem. III. 229. Sacerdotes res Sacras indecore, & indevote peragentes nimium Laicos offendunt. V. 196. Sacerdotes tam in Latina, quam in Græca Ecclesia juxta veterem disciplinam, cum Episcopo celebrabant. IX. 46. Sacerdoti simplici per Pontificem ex suprema auctoritate delegari possunt ea, quæ ad Mysticum Christi Corpus pertinent, & quid de Diaconis. X. 23. Sacerdotes ad alienam Diœcesim transeuntes sub quibus conditionibus & cautelis admitti debeant ad Missam celebrandam. IX. 246. Degradatio Sacerdotum, aliorumque, qui Sacris vel Minoribus Ordinibus sunt initiati, quandonam, & qua servata solemnitate sit peragenda. 245. Sacerdotio non initiati, qui Missam celebraverint, aut fidelium Confessiones exceperint, quomodo Sæculari foro tradi debeant. 250.

SACRAMENTA. Vid. *Baptismus. Confirmatio &c.* Sacramenta denegari nequeunt mulieribus menstruatis. II. 113. 119. & 133. Sacramentorum participatio denegatur occultantibus fidei Christianæ professionem cum simulatione Mahumetismi. 33. Item mulieribus Christianis in Turcarum contubernio viventibus absque Religionis exercitio. *ibid.* Et mulieribus nuptis cum infidelibus, donec in concubinatu permanserint. 34 Item iis, qui, uxore ad Turcas confugiente, aliam ducere præsumpserint. *ibid.* Sacramenta administrantes, etiam in Ecclesiis Regularium subsunt visitationi & correctioni Episcopi, in his quæ spectant ad ipsam administrationem. 141. Amplia, etiamsi ipsi non sint Parochi. 142. Sacramentorum simulatio licita non est, etiam ad evitandum mortis periculum. IV. 56. SS. Sacramentum Eucharistiæ publicæ fidelium veneration exponendum non est, sine licentia Episcopi, seu Ordinarii loci. III. 89. Vid. *Eucharistia.* Sacramentorum materiam & formam adhibere circa subjectum capax, absque intentione conficiendi Sacramentum, est omnino illicitum. IX. 220. Sacramentum, si partes subjecti sejunctæ sint, valide & licite conferri potest a pluribus Comministris, materiam & formam seorsim, & diversis partibus applicantibus. X. 31. Sacramentorum ac suffragiorum incapaces sunt Christiani, qui ad fidem occultandam Mahumetana nomina sibi imponunt. VIII. 204. Sacramentum Eucharistiæ etiam per modum Viatici, denegandum est publicis & Notoriis peccatoribus, sive illud publice sive privatim petant. IX. 196. Publici & Notorii peccatores quinam ad præfatum effectum dici possint. 195. SS. Sacramentum quo ritu exponendum, processionaliter deferendum, & benedictio cum eodem impertienda, definivit Ecclesia. 64 SS. Sacramentum, cum pro ægroti valetudine petitur, e Tabernaculo non educitur. *ibid.* Ac etiamsi turbines, nimbi & procellæ imminent, non ideo educi debet e Tabernaculo, & cum eo aer signari. *ibid.* II. Sacramentum an, imminente publico aliquo infortunio, ad excitandam populi devotionem sit publice exponendum. 56. Eodem objecto incendia plurima extincta, fugati hostes, aliaque propulsata infortunia narrantur. *ibid.* An juxta Ecclesiæ

eleſiæ ritum liceat SS. Sacramento ab Eccleſia allato ad incendium extinguendum benedicere. *ibid.* & 74. Quem in finem fuerit SS. Sacramentum primario inſtitutum. 58.

SACRAMENTALIUM in Baptiſmi collatione ab Eccleſia adhibitorum antiquitas & dignitas. II. 129. Quæ qui contemnat ad Baptiſmum admitti nequit. 130. Vid. *Baptiſmus*.

SACRARIO Baſilicæ Vaticanæ certæ ſummæ ſolvendæ ſunt in Servorum Dei Beatificationibus, & Beatorum Canonizationibus, pro Sacra Supellectili. VII. 154. Sacrario huic debetur certa portio ab Archipresbytero, Canonicis & Beneficiatis Baſilicæ in adeptione poſſeſſionis ſuorum Beneficiorum, & medietas fructuum & diſtributionum primi anni. *ibid.* Item Sacra Supellex cujuſcumque generis, eorum omnium, qui in eadem Baſilica Beneficia obtinuerunt. 115. Vid. *Supellex*. Sacrarii ejuſdem res alienari, aut commodari prohibentur ſub pœna excommunicationis, quibuſdam caſibus exceptis. *ibid.*

SACRIFICIUM per ſe latriæ cultum includit, ideoque ſoli Deo offertur. IX. 111. Sacrificium Miſſæ offerre temere attentantes, etſi non promoti ad Ordinem Sacerdotalem, qua pœna ſint plectendi juxta præſcriptum Conſtitutionum Apoſt. 244. & 249. Praxis in hujuſmodi Judiciis invecta recenſetur, eaque proſcripta, vis Apoſt. Sanctionum redintegratur *ibid.*

SÆCULARES. Vid. *Laici*.

SAL inter Sacramentalia Baptiſmi. Vid. *Baptiſmus*.

SALIVA quatenus ad Sacramentalem cæremoniam adhibetur in Baptiſmo. Vid. *Baptiſmus*.

SALOMON pro alienigenis etiam Templum Dei viſitantibus oravit. VI. 66.

SALVATORIS (SS.). Vid. *Canonici Regulares*. S. Salvatoris Majoris Abbatia. Vid. *Farfenſis*. S. Salvatoris de Majella Abbatia. Vid. *Abbatia*.

SALVOS Conductus, ſive Conceſſiones Territorii concedere non poſſunt Rectores Carpentoractenſes. VIII. 119.

SAMUEL in Templo a matre valide oblatus. Vid. *Impubes*.

SANCTI vocabulum, primis Eccleſiæ ſæculis, Chriſtianis omnibus, ob Religionis ſanctitatem tributum. V. 52. Sequenti tempore Dignitatis Eccleſiaſticæ titulus fuit: ſerius autem ad probatam vitæ ſanctimoniam indicandam privative translatum fuit. *ibid.* Sanctorum nomina & elogia in Martyrologium inferri nequeunt ſine auctoritate Congregationis S. Rituum. 53. Sanctorum nomina in Martyrologio inferenda non ſunt, niſi publicus cultus ipſis per ſolemnem Canonizationem decretus, vel ſaltem ab antiquis temporibus univerſalis Eccleſiæ conſenſione præſtitus fuerit. 47. Sanctorum nomina, quæ in noviſſima Martyrologii Romani editione, Pontificis juſſu, inſerta fuerunt. 43. & ſeq. Vid. *Patronus*.

SANCTITAS non in una vel altera virtutum ſpecie, ſed in complexu omnium virtutum in gradu heroico uſque ad obitum exercitarum, conſiſtit. V. 50. Sanctitati alioquin probatæ non officiunt errores circa Dogmata nondum ab Eccleſia definita. 52.

SANCTORIUS Card. S. Severinæ Rituale compoſuit plurimo ſtudio, ac labore commendatiſſimum. IX. 70. Vid. *Rituale Card. Sanctorii*.

SANGUINE & ſuffocato, nec non cibis immundis ſeſe diu abſtinuerunt Chriſtifideles. IX. 123. Vid. *Ciborum diſtinctio*.

SAPIENTIA. Vid. *Archigymnaſium Urbis*.

SARACENI ab Aſſiſienſi civitate, objecto Sanctiſſimo Chriſti Corpore, fugantur. IX. 58.

SARDINIÆ Regis pietas & zelus commendantur. I. 50. Hujus Regis Magnum Eleemoſynarium Epiſcopali charactere præditum eſſe oportet. IV. 166. Carolus Emmanuel Rex Concordatum celebrat cum Apoſt. Sede, in quo nonnulla circa immunitatem localem a Clemente XII ſancita pro Statu Eccleſiaſtico, ad ipſius Regis ditiones extenduntur. VI. 186.

SATELLITUM præfecti in Urbe ad quid teneantur, & quid circa illorum delectum agere debeat Urbis Gubernator. V. 224. & ſeq.

SATISFACTIO in Sacramentali Confeſſione pœnitentibus injungenda, etiam iis qui indulgentias lucrari, & opera ad id præſcripta adimplere intendunt. VI. 85. & 132. Qualis eſſe debeat. 77. & 134

SAXONES Caroli Magni juſſu compulſi ſunt Baptiſmum ſuſcipere. IV. 70. Sed notandum, quod antea ipſi declaraverant, & ſpoponderant ſe Baptiſmum ſuſcepturos. *ibid.*

SCHEDULÆ de legitimis natalibus infantium in Baſil. Vaticana baptizandorum, ſub determinata forma a Parochis urbis concedendæ ſunt. VII. 151. Schedulæ ſeu *Viglietti*, quibus familiaritas Sacræ Inquiſitionis hactenus conceſſa ſit, vel ſubinde concedatur, nullius roboris declarantur, & abrogantur. IX. 21.

SCHISMA in Hollandia conflatum. Vid. *Ultrajectenſis*. *Harlemenſis*. Schiſma inter Maronitas conflatum. I. 215. Illud providentia Pontificis extinguitur. II. 83. Vid. *Maronitæ*. Schiſma Servianum. Vid. *Græco-Rutheni*. Schiſma Orientalium, quorum dogmatum Conſtitutione in Concilio Florentino ſublatum. IX. 27. Schiſmatici Græci ad unitatem redeuntes non debent adduci ut Græcum

eum Ritum deferant. 43. Schismatici Pastores ad Ecclesiam reversi, animarum cura non privantur, modo idonei sint, & conditiones præscriptas observent. II. 210. Ac potissimum absolutionem, rehabilitationem, & dispensationes ab irregularitate, aliisque censuris obtineant. *ibid.*

SCHOLARUM Piarum Fundator. Vid. *Joseph Calasanctius*.

SCRIPTA Servorum Dei examinari debent antequam ulterius procedatur in Causis Beatif. & Canoniz. III. 23. & IV. 224. Hujusmodi examen qua methodo fieri soleat, quidque in ipso præcipue spectetur. IV. 224. Ante omnia constare oportet, quod a Servo Dei conscriptum fuit Opus, de quo agitur; alioquin examen prætermittitur. 225. Nec sufficit id a Postulatoribus admitti. 226.

SCRIPTORES Pœnitentiariæ Apost. eorumque munera. II. 60. Sceiptores Archivii. Vid. *Archivii Scriptores*. Scriptorum Pœnitentiariæ Apost. Officia prævio semper concursu conferri debent. IV. 195. Nec iis conferenda sunt, qui alienis servitiis aliisve officiis incompatibilibus addicti sint. 196.

SCRIPTURÆ autographæ probatio *per tres habentes notam manum* insufficiens censetur, nisi legitimis adminiculis fulciatur. IV. 227. Quænam esse debeant hæc adminicula. *ibid.* Scripturæ autographæ probatio per comparationem cum aliis Chirographis ejusdem personæ, inter semiplenas, seu subsidiarias recensetur. *ibid.*

SCULPTURÆ ars. Vid. *Picturæ. Pingendi.*

SEBASTIANUS Portugalliæ Rex insignibus victoriis adversus infideles potitus, honorificos titulos a S. Pio V ultro oblatos præmodestia recusavit, *Obedientissimi Sanctæ Sedis Filii* denominatione contentus. V. 161. & VII. 215. Contra Mauros fortissime dimicans occubuit. *ibid.*

SECRETARIA Brevium rationes exhibere non tenetur Ratiocinatori Cameræ. III. 100.

SECRETARIUS Congregationis Boni Regiminis quam jurisdictionem exerceat in expediendis œconomicis & judicialibus negotiis Communitatum. VIII. 232. & seq. Vid. *Congregatio Boni Regiminis*. Secretarii Cameræ copias Chirographorum & Instrumentorum Cameralium communicare debent Ratiocinatori ipsius Cameræ. III. 104. Secretarii Pœnitentiariæ Apost. Vid. *Procuratores*.

SECRETUM privata conventione jurare non licet, ut servandum sit adversus justas perquisitiones a legitima potestate faciendas. VII. 53. Secretum sive silentium, quod in Congregatione S. Officii præscriptum est, eodem prorsus modo in Congreg. Indicis, a Cardinalibus, Revisoribus, & Consultoribus custodiendum præcipitur. VIII. 112.

SÆCULARIZATIONES Ecclesiarum damnantur. II. 37.

SEGETUM extractio de una in aliam Provinciam, Legationem, aut Civitatem Status Ecclesiastici, sub certis legibus permittitur omnibus, etiam non subditis, in perpetuum. V. 31. Extra Ditionem Ecclesiasticam fieri prohibetur, sine speciali chirographo Papæ. 36. Et de una in aliam Provinciam, quoad aliquas segetes, in mensibus Junio, Julio, & Augusto, & quoad alias in mensibus Julio, Augusto, & Septembri. 39.

SEMINARIA Clericorum ab Episcopis instituti, augeri, & visitari debent. I. 4. Seminarium Missionariorum Ord. Prædicat. Congregationis S. Marci constituitur in Monte Mario prope Urbem, sub dependentia a Congreg. Cardinalium de Propaganda Fide. V. 96. Ejus Seminarii Regulæ. 102. Seminarium Basilicæ Vaticanæ cui subjectum sit. VII. 146. Ejus Alumnorum Ordinationes ad Cardin. Archipresbyterum libere pertinent; Convictorum vero nonnisi cum Dimissoriis eorum Ordinarii. 147.

SENATOR Urbis quomodo interesse debeat visitationi Carceris Capitolini. V. 225.

SENECTUS impedimento non est quominus quis in Religione recipiatur. IV. 36.

SENOGALLIÆ Civitati conceditur, ut per postremos 17 dies mensis Julii Nundinæ in ea privative celebrentur, cum privilegiis & exemptionibus. II. 96. Vid. *Nundinæ*.

SENTENTIÆ nondum executioni traditæ contra extractores Segerum, Animalium, Lignorum &c. de loco ad locum Status Ecclesiastici annullantur & irritantur V. 33. Sententia unica lata in prima instantia *super nullitate Matrimonii*, non licet ad secundam vocem transire. 11. Sed duas conformes sententias ad hunc effectum prodiisse oportet. *ibid.* Vid. *Matrimonium*. Idipsum a Pontifice statuitur pro Causis *super nullitate Professionum Regularium*; & reclamanti prohibetur ex claustris exire post unicam sententiam. *ibid.* Nisi quis antea per duas conformes resolutiones obtinuerit restitutionem in integrum adversus lapsum quinquennii. 13. Sententia super nullitate Professionis expectanda est, etiam post legitime obtentam restitutionem in integrum, ad hoc, ut reclamans e Claustris migrare possit. *ibid.* Sententiæ quæ proferuntur in Causis nullitatis Professionis Regularis, postquam a S. Sede concessa fuit in integrum restitutio, plurimum sunt pro Professionis invaliditate. *ibid.* Sententia super nullitate Professionis prolata, absque Processu secundum Juris ordinem confecto, nulla definitur. 9. Item, si citati non fuerint omnes interesse habentes in sustinenda illius validitate. 10. Sententiæ duæ conformes in Causis inter Militiam Jerosolymit. ejusque Milites, ac super receptione ad habi-

habitum, habent vim trium. VIII. 81. Earum exequutio non ſuſpenditur niſi per citationem ſpecialem intra trimeſtre expeditam coram Auditore Papæ, & parti præſentatam. *ibid.* Sententiæ Evangelicæ ſimplicitati & SS. Patrum doctrinæ difformes apud Auctores aliquando inveniuntur; ideoque in praxi delectus haberi debet. VI. 76.

SEPELIENDI jus quoad Parochos & ſubditos Latini ſeu Græci Ritus. I. 145. Chriſtianorum cadavera ſepelienda ſunt piis Eccleſiæ Ritibus, rejectis ſuperſtitioſis. II. 36.

SEPULCRI jus in Aſſiſienſi Baſilica, inconſulto Pontifice, concedi nequit. VIII. 180.

SEPULTURA Sacra denegatur decedentibus ex vulnere in duello accepto, licet extra locum pugnæ obierint. VIII. 40. Vid *Duellum*.

SERMONEM ut plurimum Romani Pontifices habere non ſolent niſi in Miſſa Pontificali. VII. 26. Olim ſermocinabantur occaſione benedictionis Roſæ Aureæ. *ibid.*

SERVIÆ & Albaniæ Eccleſiæ providetur per opportuna decreta. II. 32. Servianum Schiſma. Vid. *Græco-Rutheni*.

SERVIS jure belli in poteſtatem & dominium redactis, an eorum filii infantes, ipſis etiam invitis, baptizari poſſint. IV. 46. Servi pœnales quinam ſint, & quæ eorum conditio. VII. 100. Jus in filiorum infantium educationem habent a natura promanans; nihilominus jure gentium poteſt Dominus filios a parentibus ſeparare. 110. Servorum pœnalium infidelium filii poſſunt a Dominis offerri ad Baptiſmum. 100. Servus alienus ab hoſtibus captus quomodo ſit Domino reſtituendus. 130.

SERVITUS alia pœnalis eſt & durior, alia civilis, quæ non omnia libertatis jura tollit. IV. 50. Ad hoc genus referenda eſt ſervitus, qua Judæi apud Chriſtianos haberi dicuntur. *ibid.* Servitutum realium aut mixtarum Cauſæ graviores levioreſve cenſendæ ſunt, prout major aut minor eſt prædii ſervientis æſtimatio, & Cauſa Itala eſt, aut Ultramontana. 8. Servitus pœnalis jure Gentium inducta adverſus hoſtes in bello captos, locum non habet inter Chriſtianos. VII. 100. Servitutem civilem, non vero pœnalem ſerviunt Hebræi in Chriſtianorum Principum Regionibus tolerati. *ibid.*

SEVERUS Sulpicius. Vid. *Sulpicius*.

SEXTÆ aut viceſimæ oblatio. V. *Oblationes*

SIARO (de) Congregatio Monachorum S. Joannis. Vid. *Monachi Græco-Melchitæ*.

SICILIA. Utriuſque Siciliæ pietas & religio commendatur. III. 21. & 42. Utriuſque Siciliæ Rex Carolus Cauſam Beatificationis Ven. Mariæ a Jeſu de Agreda promoveri curat. IV. 222. Idem Pontificem in Urbe inviſit, & cum eo agit de imminutione dierum feſtorum de præcepto. V. 129. In Regno Siciliæ citra Pharum, & in Diœceſibus Panormitana, & Meſſan. ultra Pharum, reducitur obſervantia diverſorum dierum feſtorum. 129. & ſeq. Sicilia Græcis ritibus uſa eſt ab octavo Eccleſiæ ſæculo uſque ad undecimum. IV. 98. Poſt expulſionem Saracenorum ope Principum Normanorum, Ritum Gallicanum amplexa fuit; ex eoque *Gallico-Siculus* ritus conflatus eſt. *ibid.* Tandem Romanis ritibus ſe conformat. *ibid.* Siciliæ utriuſque Rex Carolus Concordatum celebrat cum Apoſt. Sede, in quo ad illius Dominia extenditur quidquid a Clemente XII pro Eccleſiaſticæ Ditione ſtatutum fuerat circa immunitatem localem. VI. 186. Idem apud Pontificem inſtat pro erectione Eccleſiæ Cathedralis Terlitienſ. 36. Qua erecta, & eum Eccleſia Iuvenacenſi unita, jus nominandi ad eas prædicto Regi reſervatur. 38.

SIGILLATOR Pœnitentiariæ Apoſt. ejuſque munus. II. 59.

SIGNATURA Gratiæ a Papa ſæpe coram ſe habita. II. 170. Coram Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ejuſque Auditore, valide citatur etiam per citationes Camerales non ſubſcriptas, dummodo prævenerit non fuerit coram Signatura Legatorum & Vice-Legatorum, vel ipſi in cauſa non reſcripſerint. 172. Exceptis quibuſdam caſibus. 173. Signaturæ Præfectus ejuſve Auditor ſupplere debent errorem Partium in petenda ſuperſeſſoria, vel ſubdelegatione Judicis, ubi alterutra locum non habent. *ibid.* Signatura Juſtitiæ in Criminalibus nullam habet auctoritatem; ideoque Cauſas hujuſmodi committere, ſeu de ipſarum pertinentia cognoſcere nequit. VIII. 146. Signaturæ Juſtitiæ & Gratiæ votantibus præcedentiæ leges ſtatuuntur, juxta reſpectivam in Tribunali antiquitatem. III. 114.

SILVÆ Candidæ Epiſcopatus ſubſiſtit, licet Capitolum extinctum ſit. IV. 148.

SIMONIA reali ſcienter contracta, Pœnitentiaria non revalidat titulos Beneficiorum, aut reſervationes Penſionum. II. 50. Diſpenſat in foro conſcientiæ ad exercitium Ordinum. *ibid.* Simoniacis non ſolum retinendi præhabita, ſed & alia conſequendi Beneficia facultatem olim ex urgentibus cauſis fecit Martinus Quintus. VIII. 190.

SIMONIS (B.) pueri Tridentini Martyrium, & Hiſtoriei de eo diſſerentes recenſentur. VIII. 218. Sixtus V in ejus honorem Miſſam propriam, Officium, & Indulgentiam conceſſit. *ibid.* Gregorius XIII ejuſdem nomen in Martyrologium Romanum inſeri juſſit. *ibid.*

SIMULATIO Mahumetiſmi. Vid. *Occultatio fidei*.

SINDICI Cameræ Capitolinæ ex Nobil. Roman. Conſcript. Cœtu eligendi. III. 59.

SINENSES Cæremoniæ. Vid. *Ritus*.

SIRICII (.) Papæ & Confeſſoris nomen ba-

in Martyrol. Romano Gregorii XIII, & Urbani VIII jussu emendato, prætermissum fuit. V. 58. Pro eo scripserunt Franciscus Maria Florentinius, Henricus Card. Norisius, aliique. 59. De Siricii sanctitate splendidum extat testimonium in epistola Valentiniani Imperatoris. 60. Siricius sanctissima decreta condidit ad Ecclesiasticam Disciplinam firmandam, aut restaurandam. *ibid.* Idem Jovinianum, Anxentium, Bonosium alioque hæreticos damnavit; Manichæos & Priscillianistas ejecit. 61. Eomdem post obitum SS. Patres ac Pontifices, & Catholicæ Synodi elogiis cumularunt. *ibid.* Illius nomen inter Sanctos ab Ecclesia agnitos exhibent Martyrologia Bedæ, Rabani, & Monasterii S. Cyriaci de Urbe, tum illud a Florentinio editum, & alia quæ Cardinali Baronio cognita esse non potuerunt. 62. S. Siricii erga S. Hieronymum agendi ratio vindicatur. *ibid.* S. Hieronymi duriora quædam verba in S. Siricium prolata excusantur. 66. Vid. *S. Hieronymus*. S. Siricius Rosini erroneam doctrinam cognitam habere non potuit. 67. Nec Origenistarum errores sub Siricii Pontificatu ita in publicum prolati fuerunt, ut ab eo damnari potuerint. 71. Vid. *Origenistæ*. S. Siricius non sine causa a S. Paulini Nolani necessitudine initio abstinuit. 69. Postea tamen eidem se benevolum præstitit. 70. Vid. *S. Paulinus*. S. Siricius non immatura morte sublatus fuit, quum septuagenario major esset, & sedisset annos quindecim. 74. S. Siricii Sanctitas & Patrum illustri testificatione, & Ecclesiæ cultu, & objectorum refutatione a Pontifice comprobata est. 75. Ideo illius nomen Martyrologio Romano sub die 26 Novembris jure inscribendum decernit. *ibid.*

SIROLI Ecclesia in Diœcesi Humanatensi sita est. IV. 148.

SIXTUS IV nonnulla concessit Archihospitali S. Spiritus in Saxia. V. 197. Vid. *S. Spiritus*. Indulgentias & facultates anno Jubilæi primus suspendit. VI. 100 Vid. *Suspensio*.

SIXTUS V veterem consuetudinem celebrandi Pontificales functiones in Ecclesiis & Basilicis per Urbem restituere studuit. V. 201. Quid circa pœnas de damno dato constituerit. VI. 217.

SOCIETAS Jesu. Vid. *Jesu Societas*. *Jesuitæ*. Societatis Jesu Sacerdotes Missionarii ad Indias tum Orientales, tum Occidentales quibus facultatibus per Rom. Pontifices donati fuerint, dispensandi super impedimentis matrimonii tam contracti quam contrahendi, & pro foro tam interno quam externo. IX. 224. & seq.

SOCIUS in dominio domus præfertur vicino in ipsius emptione. IV. 179.

SOLLICITANTES ad turpia occasione Confessionis Sacramentalis perpetuam incurrunt inhabilitationem ad celebrationem Missæ. III. 229. Vid. *Confessarii*.

SOLLICITATORIBUS Cameræ Apost. plura præferibuntur officia, arbitrio Thesaurarii generalis inter eos distribuenda. III. 99. & 104.

SOMASCHÆ Congregatio Clerie. Regul. a B. Hieronymo Æmiliano fundata. IV. 205.

SONUS in Musicis Ecclesiarum qualis esse debeat. V. 190

SORBONÆ Facultas Theologica Parisiensis Censuram edidit Operis *de Mystica Civitate Dei* Ven. Mariæ de Agreda. Quid de hac Censura senserit Cardinalis de Aguirre. IV. 230.

SORTILEGIUM. Sacerdotes abutentes Sacrificio Missæ ad Sortilegia, perpetuam incurrunt inhabilitationem ad celebrationem Missæ. III. 229.

SPECTACULA inverecunda prohibentur. I. 175.

SPICARUM derelictarum collectio post messem pauperibus omnino permittenda est in Locis Ditionis temporalis Pontificiæ per aliquot dies, postquam manipuli in locum unum redacti fuerint. I. 140. & VII. 48. Id ut pauperibus integrum sit nulla animalia per eos dies in prædia introducantur. VII. 49. Spicarum Collectoribus permittitur extractio quocunque tempore, etiam extra Statum Ecclesiasticum. V. 36.

SPINELLIUS Joseph, Cardinalis, Archiepiscopus Neapolitanus, laudatur. III. 21. Præficitur operi Sacrarum Missiouum per Neapolitani Regni Diœceses habeodarum, cum facultatibus &c. *ibid.*

SPIRENSIS Episcopi jurisdictio in Ecclesiam Collegiatam B. M. Virginis in Bruchsal, ejusque Capitulum, firmatur per Epistolam Decretalem. IV. 183. & seq.

SPIRITUS (S.) in Saxia Archihospitale a Beoedicto XIV insigniter ampliatum fuit. VI. 48. Idem concessit, ut Sacramentum Confirmat. infirmis in eo decumbentibus conferri possit a quocunque Antistite, quum Præceptor, seu Commendatarius, aut Prior pro tempore, ad id accesserit. 214. Archihospitalis ejusdem bona obligata fuot Mensæ nummulariæ a Paulo V in eodem erectæ. 200. Vid. *Banchum*. Ejusdem Beneficia, Prioratus, Ecclesiæ, & membra quæcunque, ad Præceptoris, seu Commendatarii collationem & provisionem coliative pertineot & sunt manualia ad ipsius nutum, atque ab Apost. Reservationibus omnino exempta. V. 197. Canonici quoque Regulares ejusdem Præceptoris jurisdictioni & correctioni privative subjecti, a qua nullius privilegio eximi possunt. 198. Ideo Pontifex decreuit, eorumdem Beneficiorum pro tempore vacantium fructus, & Ca-

& Canonicorum ea obtinentium Spolia, quamvis hi Profeſſionem non emiſerint, ad Cameram Apoſt. non ſpectare; ſed a Præceptore ſeu Commendatario de illis diſponendum eſſe in beneficium Archihoſpitalis, ſeu Eccleſiæ, aliorumque membrorum ejus. 199. Vid. *Canonici*. *Monialet*. *Archihoſpitale*.

SPIRITUS Sancti Proceſſio a Patre & Filio. I. 143. Particula *Filioque* in Symbolo omitti poteſt a Græcis. *ibid.* Non tamen ab Albanenſibus, qui eam recitare conſueverunt. *ibid.* Nec Italo-Græcis, ſi ſuſpecti ſint, & ab Ordinario requirantur. *ibid.* Spiritus Sancti Proceſſio a Patre & Filio in Græcorum unione cum Eccleſia Romana primario admiſſa. IX. 27. & 41. Triplex ea de re quæſtio Græcos inter & Latinos examini ſubjecta. 41. Spiritus Sancti Imagines ſub humana Juvenis forma damnantur & prohibentur. III. 30. Vid. *Imagines*.

SPOLETANI Epiſcopi juriſdictioni variæ ſubjiciuntur Eccleſiæ & loca ex Farfenſis Abbatis juriſdictione diſmembrata. IV. 117.

SPOLIATOR Jure Civili ad teſtitutionem adigebatur, non autem is, qui tem vi occupatam ab eo etiam ſcienter emiſſet. Sed in Canonico Jure correctum fuit. VII. 136.

SPOLIO ſubjiciuntur bona a Clericis, etiam Curialibus, aequiſita per negotiationem. I. 27. & ſeq. Spoliotum Commiſſarii rationes reddere tenentur in Computiſtetia Cameræ Apoſt. III. 100. Spolio Cameræ Apoſt. debito non ſunt obnoxia bona Archihoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia, & membrorum ejus. V. 199 Neque ſupellectiles, aliaque ornamenta ſacra ad Divinum Cultum deſtinata in Capellis privatis Epiſcoporum, aliorumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium. 103. Vid. *Supellex*. Spolio obnoxiæ fiunt res Epiſcoporum, in rerum propriarum inventario non deſcriptæ. VI. 198. Spolia Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & reliquorum Prælatorum per Regnum Neapolitanum ab Innocentio XII addicta fuerunt Eccleſiis, quibus Antiſtites hujuſmodi, dum viverent, præfuerunt. IX. 141. Innocentianam Conſtitutionem iteratis editis Declarationibus, Benedictus XIII defendit adverſus cavillofas quorumdam interpretationes. 142. Nova forma aſſecurandis, cuſtodiendis, diſtribuendiſque Spoliis hujuſmodi Prælatorum præſcribitur. 143. Quicunque Sede vacante quoque modo Spolia illa adminiſtrarunt, vel adminiſtrationi præfuerunt, novo Præſuli rationem reddere tenentur. 144.

SPONSALIA a parentibus pro filiis impuberibus facta olim filii ſervare tenebantur; non autem nunc. VII. 94. Sponſalia apud Judæos majorem Sponſo tribuunt poteſtatem in Sponſam, quam inter Chriſtianos; itaut corruptor alicnæ Sponſæ pro adultero habeatur, & adulterii pœna puniatur. IV. 84. Hinc eſt, ut Sponſus a Judaiſmo ad fidem Chriſtianam converſus, hujuſmodi poteſtatis jure, ad Baptiſmum offerre poſſit Sponſam; quæ ſic oblata retinenda eſt; & probanda. *ibid.* Sponſalia apud Hebræos inter Sponſum ex una, & Sponſæ parentes, aut proximiores agnatos, ex altera parte, contrahuntur; voeantur autem eorum lingua *Tenaim*. 88. Sponſalia Judæorum tunc valida & rata cenſentur, quum in ſcriptis legaliter redacta ſunt, addita teſtium ſubſcriptione, vel juramento coram teſtibus præſtito, inter partes conven. ta. *ibid.* Sponſalia ita contracta non obligant mulierem deſponſatam ad contrahendum matrimonium; ſed ſi ipſa recuſat, inobedientiæ erga parentes tantummodo arguitur. *ibid.* Si tamen copula poſt Sponſalia ſequatur, utraque pars adigitur ad contrahendum matrimonium, non tam vigore contractus, quam in pœnam commiſſi reatus. *ibid.* Sponſalia etiam valide, ut præfertur, contracta, facile inter Hebræos diſſolvuntur auctoritate Rabbini, qui contrahentes a juramento abſolvit. *ibid.*

SPONSUS a Judaiſmo ad fidem converſus ſi ſponſam offerat ad Baptiſmum, contractorum Sponſaliuni probationem exhibere tenetur. IV. 90. Si probetur, Sponſalia legitime, juxta nationis ſuæ mores, contraxiſſe, Sponſa ad Catechumenorum domum deferri debet, ibique quamdiu oportebit, non tamen ultra quadraginta dies retineri & probari. *ibid.* Si autem probationes tales exhibeat, quæ juxta Chriſtianorum dumtaxat leges valida Sponſalia evincerent; tunc mulier juxta Vicum evocari, & in Eccleſia aliove idoneo loco, de amplectenda fide interrogari debet; non tamen retineri, niſi converſionis ſpem oſtendat. *ibid.*

SPORTULÆ in Cauſis de damno dato exigendæ dumtaxat ſunt tanquam in Cauſis Civilibus. VI. 222.

STATIONES dum indicebantur in variis Eccleſiis Urbis, ita totius Cleri Conventus habebatur, & Pontificales Functiones peragebantur. V. 201. Hunc morem Sixtus V reſtituere optavit, ſed vicit recentior conſuetudo, ut pleræque Functiones hujuſmodi in Pontificii Palatii Sacellis celebrentur. *ibid.* Stationum Indulgentiæ a Capitulo Lateranenſi communicari poſſunt Eccleſiis ſibi ſubjectis, aut Baſilicæ aggregatis, pro iis dumtaxat diebus, quibus in Miſſali Romano aſſignatur Statio ad S. Joannem in Laterano. VII. 46. Idem reſpective decernitur quoad Capitulum Vaticanum. 193.

STATUS liberi probationes ante Matrimonium perficiendæ. I. 77.

STAUROPEGIUM Patriarchis Orientalibus usitatum, est jus figendi Crucem, quum novum Monasterium in Diœcesi alicujus sui Suffraganei erigitur. II. 74. Quo facto Monasterium hujusmodi ab Episcopi Diœcesani jurisdictione exemptum, & Patriarchæ immediate subjectum remanet. *ibid.* Vid. *Crucis fixio*.

STEPHANI (S.) Bajulivo Ord. Jerosolym. quænam jurisdictio, sive exemptio competat in Oppido Putiniani. I. 213. S. Stephani Abbatis, & ducentorum Monachorum S. Petri de Cardegna Martyrum nomina, Summi Pontificis cura Martyrologio Romano inscripta fuerunt; post centum & ultra annos ex quo Clemens VIII id fieri jusserat. V. 42. S. Stephani Papæ & Martyris Militia pluribus privilegiis a Sede Apost. decorata fuit. 29. Ejus Militibus conceditur, ut ense præcincti coram Papa apparere possint. *ibid.* S. Stephanus I Hungariæ Rex Quinqueecclesiensis Ecclesiæ Fundator. VIII. 207.

STIPHAUT (Van.) Joannes, pseudo-Episcopus Harlemensis, nullius electus decernitur, cum censuris & inhibitione. II. 223. Idem illicite consecratus declaratur, suspenditur ab exercitio Ordinis, & jurisdictionis, & excommunicatur. III. 11.

SUBDIACONIS numquam licuit Eucharistiam sub speciebus panis vel vini populo ministrare. IX. 114

SUBJECTIO immediata S. Sedi importat meram exemptionem passivam. I. 213.

SUBLACUM temporali dominio & jurisdictioni Monasterii S. Scholasticæ Sublacens. olim subjectum. VIII. 152. Justis de causis una cum reliquis Terris, Oppidis, & Castris sitis intra fines Ditionis Ecclesiasticæ, a temporali jurisdictione Monasterii eximitur, & Cameræ Apost. incorporatur. *ibid.* Cameræ addicuntur quoque reliqua bona jurisdictionalia ejusdem Monasterii in casu devolutionis. 153. Necnon præstationes & proventus, hujusmodi temporali jurisdictioni adnexi. *ibid.* & seq. Loca tamen quæcunque extra Ecclesiasticæ Ditionis fines sita, temporali jurisdictioni Monasterii & Abbatum relinquuntur. 152. Spiritualis quoque jurisdictio præservatur in terras &. loca Cameræ incorporata. 153. Jus item venandi, pascendi, & universim emolumenta quæcunque Monasterio aliter competentia, ratione temporalis jurisdictionis. *ibid.* Quænam sint emolumenta temporali jurisdictioni adnexa, declaratur in subjecto *Motu proprio*. 156. Eademque addicuntur Communitatibus, sub onere ferendi onera temporalis jurisdictionis. 158. Recensentur ac taxantur hujusmodi onera. Bona in emphyteusim concedi solita, qua forma subinde per Monasterium concedenda. 154.

SUBSIDIA dotalia, quæ pro ab Archiconfraternitate B. M. V. de Pianctu distribuebantur, in posterum ab Archiconfraternitate Doctrinæ Christianæ distribui jubentur. III. 69. Adolescenti, qui in Doctrina frequentanda diligentior fuerit, conceditur nominatio ad unum Subsidium hujusmodi. 71. Subsidium Charitativum quomodo a Terlitiensibus solvendum. VI. 38.

SUBSTITUTIS decem Fiscalibus Gubernii fixum emolumentum est *in Schedul. mot. propr.* VI. 13. Quas Causas Criminales agitare possint. *ibid.* Vid. *Criminales*. Substituti Locum tenentis Tribunalis Auditoris Cameræ quæ præstare debeant in Causis Criminalibus. VIII. 146. Vid. *Processus*.

SUCCESSOR in possessione rei per vim occupatæ, aut furto sublatæ, quomodo ad restitutionem teneatur. VII. 136. & seq. Successoris confirmatione opus non est, ut vim suam obtineant Constitutiones generales, & perpetuæ Romanorum Pontificum. 53.

SUFFRAGIA fidelium vivorum animabus purgantibus prosunt. I. 143. In suffragiorum pariate post tertium scrutinium in Ordine Minimorum S. Francisci de Paula electiones aliaque negotia devolvuntur ad Correctorem Generalem, vel Provincialem, ejusdem judicio dirimenda. VIII. 168.

SUFFRAGANEI Archiepiscoporum Utinensis & Goritiensis designantur, VII. 73. Vid. *Episcopi Suffraganei*.

SULPICIUS Severus discipulus S. Martini, ejusque Vitæ Scriptor, laudatur a S. Paulino Nolano, a Paulino Petrocorien si, Venantio Fortunato, Gregorio Turonensi aliisque. V. 55. De eo tamen scribit Gennadius, Pelagianis in senectute adhæsisse; & in ipsius Dialogis Millenariorum errores agnoscere licet; unde & ipsius Opuscula a Gelasio Papa inter apocrypha recensentur. *ibid.* Sulpicius hic numquam Episcopus fuit; Presbyterum vero fuisse unius Gennadii testimonio comprobatur. 56. Illius autem nomen Martyrologio adscriptum non fuit, sed S. Salpicii Biturlecusis Episcopi. *ibid.*

SULPICIUS (S.) Severus, Bituricensis Episcopus, in Martyrologiis laudatus ad diem 29 Januarii, nil commune habet cum Sulpicio Severo discipulo S. Martini. V. 57. Unde merito ab ejus elogio expunctum fuit additamentum illud, *Discipuli S. Martini*. 58.

SULPICIUS (S.) alter Bituricensis Episcopus, cognomento *Pius*, in Martyrologiis memoratur die 17 Januarii. V. 57.

SUPELLEX Sacra Cardinalium defunctorum ad Sacellum Pontificium pertinet. V. 200. & seq. Vid. *Sacellum*. Supellex Sacra, & alia Utensilia ad Divinum Cultum in pri-

privatis Epiſcoporum aliorumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium Capellis, deſtinata, neque ſub Spoliorum nomine, neque ſub teſtandi facultatibus comprehenduntur, ſed Eccleſiis, in quibus Beneficia obtinebant, omnino cedere debent, poſt eorum obitum. *ibid.* & VII. 155. Supellectilem ejuſmodi, eorum qui Beneficia aut Canonicatus in Baſil. Vaticana obtinebant, poteſt Capitulum Vatic. propria auctoritate apprehendere, etiamſi tempore obitus in Canonicatuum & Beneficiorum poſſeſſione amplius non fuerint. VII. 155. Supellectilem Sacram certis potiſſimum Eccleſiis legari convenit a Cardinalibus habentibus indultum teſtandi de illa. V. 203.

SUPERIORES Regularium quæ obſervare debeant in Tyronum admiſſione. V. 13. Superiorum Regularium conſenſus exquiritur A S. Sede in concedendis diſpenſationibus pro Regularibus. *ibid.* Superiores Regulares non poſſunt ſuis ſubditis concedere Literas Dimiſſorias ad recipiendos Ordines ab alio, quam ab Epiſcopo Diœceſano, niſi hic a Diœceſi abſit, vel Ordinationes in Temporibus non ſit habiturus. IV. 37. Eorum Dimiſſoriæ nullæ declarantur, niſi adjuncta habeant documenta de abſentia Epiſcopi Diœceſani, ſive quod Ordinationes habiturus non erit. 40. Vid. *Epiſcopus. Ordinatio.* Superiores Regulares Monaſteriorum Monialium, bis aut ter in anno Confeſſarium extraordinarium offerre tenentur univerſæ Communitati. V. 80. Et quidem ſemel ſaltem in anno hujuſmodi Confeſſarium deputare debent a Clero Sæculari, vel ex alio Ordine Regulari. 92. Singulis autem Monialibus peculiarem Confeſſarium extra ordinem in pluribus caſibus denegare non debent. 91. V. *Confeſſarius.* Superiores Regulares non ſe opponentes Regularibus petentibus Profeſſionis nullitatem, officio deeſſe cenſentur. 13. Superior Regularis, una cum Ordinario loci, cognoſcere debet Cauſas ſuper nullitate Profeſſionis Regularis intra quinquennium promotas; ſive actio ſit a Religione intentata, ſive a Profeſſo. V. 9. Idem ſtatuitur ſi Cauſa intra quinquennium legitime introducta poſt quinquennium denuo inſtauretur. *ibid.* Superior Regularis ſimiliter cum Ordinario cognoſcere debet Cauſas nullitatum Profeſſionum Monialium ſibi ſubjectarum. 8. Superior Regularis ad effectum cognoſcendi Cauſas ſuper nullitate Profeſſionis, eſt Prælatus localis Monaſterii, Conventus &c. 9. Superior Regularis Conjudex in hujuſmodi Cauſis exiſtens, juri ſuo cedere nequit, ſed alium poteſt ſubdelegare. *ibid.* Superiori Regulari diſſentiente a judicio Epiſcopi in Cauſa nullitatis Profeſſionis, Cauſa devolvitur ad S. Sedem. *ibid.* Superior Regularis alius a primo, una cum Judice ſecundæ, aut ulteriorís Inſtantiæ, ſemper in Cauſis hujuſmodi judicare debet. *ibid.* Si in loco Judicis ſecundæ, aut ulterioris inſtantiæ non adſit Superior Regularis ejuſdem Ordinis, aſſumendus erit Superior Monaſterii vicinioris ipſius Ordinis, vel alius Judex Eccleſiaſticus, deputatus ab eo, ad quem pertinet. 11. Superior Regularis in Cauſis nullitatis Profeſſionis non admittitur ad judicium ſecundum, quum Cauſa apud S. Sedem judicatur, quacunque de cauſa. 12. Etſi agatur de Cauſa intra quinquennium promota. *ibid.* Vid. *Regulares.*

SUPERIORISSÆ Ordinis Fontebraldenſis, Virginum Anglicanarum, & Magiſtratum Piarum & Sanctarum. Vid. *Fontebraldenſis. Anglicanæ Magiſtræ.*

SUPPLICATIO. Vid. *Proceſſio.*

SUPPLICATIONES ſignatas falſificantes excommunicantur. I. 30. Supplicationum remiſſiones contra diviſionem materiarum a Papa factam, & abſque expreſſa illius derogatione obtentæ, annullantur. III. 53.

SURRIPIENTES, aſportantes, aut apud ſe retinentes Hoſtias, vel Particulas conſecratas, Curiæ Sæculari tradantur puniendi. II. 42. Et ſi Eccleſiaſtici ſint degradentur, & Curiæ Sæculari tradantur. *ibid.* Etiam pro prima vice: etiam minores 25 annis, dummodo 20 annum attigerint. *ibid.* Rejectis exceptionibus de non conſecratione, aut de honeſta intentione, niſi ab ipſis Reis probentur. *ibid.* & ſeq.

SUSPENSIO Indulgentiarum, & facultatum ſpecialium abſolvendi, diſpenſandi &c. durante anno Jubilæi. VI. 63. Indulgentiæ ab ea ſuſpenſione exceptæ & præſervatæ. *ibid.* Controverſiæ antea vigentes, quæ per eas exceptiones, aliaſque clauſulas opportune appoſitas ſublatæ ſunt. 104. & ſeq. A ſuſpenſione pariter exceptæ fuerant facultates, quæ tam Prælatorum, ac Tribunalium, & aliorum. 64. Item declaratum fuit, ſuſpenſas non eſſe facultates abſolvendi, diſpenſandi &c. in Urbe. 88. Verum extra Urbem ſuſpenſas remanere alias omnes facultates hujuſmodi non ſolum conceſſas occaſione & intuitu Indulgentiarum, ſed quocunque alio titulo & cauſa conceſſas. 106. & ſeq. Suſpenſionem aliarum Indulgentiarum & Facultatum occaſione Anni Sancti primus invexit Sixtus IV, eamque inſeruit in Bulla Indictionis Jubilæi. 100. Sequentes autem Pontifices diverſa ratione, & diverſis formulis uſi ſunt, quas inſpicere oportet, ut de ſuſpenſionis amplitudine recte judicetur. 108. Suſpenſio a Sixto IV indicta, *ad ſuum & Sedis Apoſt. Beneplacitum duratura*, numquam expreſſe revocata fuit, ſed de virtuali revocatione dubitari non poteſt. 100. Suſpendi an poſſit ab Ordinario is, qui a Papa fuit ordinatus, diſputant Doctores. IX. 212. Epiſcoporum Suſpenſio, vel depoſitio, eſt privativo

Digitized by Google

Pontificis judicio reſervata. *ibid.* Suſpenſio ipſo jure incurritur ab Epiſcopo, in aliena Diœceſi Ordines conferente, irrequiſito Loci Ordinario; ſecus vero, ſi Veſtes, Vaſa, Sacraſque Virgines benedicat. VIII. 60. Vid. *Pontificalia*. Suſpenſus habetur ab omnium Ordinum exercitio Reus, qui ſe coram A. C. conſtituit, licet per Urbem quomodocumque habiliratus. 149.

SYMBOLUM in qualibet Miſſa, etiam pro Defunctis, recitatur a Græcis; eumque morem Pontifex ſervari jubet a Monachis Ordinis S. Baſilii. IX. 38. Symboli recitatio in Sacrificio Miſſæ a Græca ad Latinam Eccleſiam traducta. *ibid.* Symbolo Niceno non ſolum licuit, ſed & decuit ſuperaddere particulam *Filioque*. 41. Symbolum idem ſine additamento *Filioque* a Græcis & Orientalibus quandoque recitari permiſit Apoſt. Sedes, quandoque vero hanc facultatem denegavit, prout diverſæ facti circumſtantiæ exegerunt. *ibid.*

SYMPHONIÆ in Eccleſiis receptæ tolerantur, dummodo ſint moderatæ & decentes, & non fiant certis per annum temporibus. V. 192.

SYNGRAPHÆ Montis Pietatis, vel Banchi S. Spiritus. Vid. *Cedulæ Montis Pietatis*.

SYNODALES Judices. Vid. *Judices*.

SYNODORUM & Conciliorum celebratio Eccleſiæ perutilis, & a Concilio Trid. commendata. I. 63. Synodorum & Conciliorum celebratio Epiſcopis ſuadetur. 58. Synodi Nationalis Maronitarum Canones confirmantur. 99. Vid. *Maronitæ*. Synodus Maronitarum, in qua agnitus fuit Patriarcha a Pontifice electus, approbatur, & confirmatur. III. 219. Synodum Diœceſanam licet Epiſcopi celebrent jure proprio, nec ſpeciali ad id facultate indigeant, ſolent tamen plures eorum Apoſt. Sedis judicium ſuper edendis Conſtitutionibus antea exquirere. VII. 245. Synodum quomodo cogere debeat Vicarius Apoſt. Goriziæ conſtitutus. *ibid.* Ad Synodum Comaelenſem vocari poſſunt Eccleſiaſtici Locorum a Præpoſitura Pompoſiana dependentium, durante Vicariatu Apoſt. in perſona Epiſcopi Comaelenſis. 248. Synodus unica celebrari debet pro Diœceſibus Eccleſiarum Juvenacenſis, & Terlitienſis, invicem unitarum; & quidem prima vice in Eccleſia Juvenacenſi, deinde arbitrio Epiſcopi. VI. 38. Synodus Libanenſis quid de Commemoratione Papæ in Miſſa edixerit. IX. 103.

SYNOPSIS Reſolutionum in Cauſis Juriſdictionalibus & dubiis in Congreg. Lauretana propoſitis editarum, approbatur, & confirmatur. I. 202.

SYPONTI mos invaluerat, ut feria V Majoris Hebdomadæ Archiepiſcopus, Sacro Chriſmate in Civitate confecto, ad Garganum Montem ſe conferret, ibique alteram Miſſam celebraret. III. 76. Id ab Honorio Papa III veritum fuit. *ibid.*

SZEPTYCHI Athanaſius Archiepiſcopus Kiovenſis laudatur. II. 76.

T

TABELLÆ Defunctorum nomine inſcriptæ quatenus Chriſtianis Sinenſibus retinere liceat. I. 163.

TABULA Altaris. Vid. *Altare*.

TALY, ſeu Monile, cum imagine Idoli, licet informi, prohibetur mulieribus Chriſtianis. II. 114. & ſeq.

TARRACONENSIS Concilii Decretum, ſuper reductione dierum feſtorum de præcepto, a S. Sede approbatur, & confirmatur. I. 178. & V. 124. Nimirum, ut omnibus diebus Dominicis, aliiſque Solemnioribus Feſtis, fideles Miſſæ intereſſur, & ab operibus ſervilibus abſtineant; in aliis vero Miſſam audiant, ſed operari poſſint. *ibid.* Eamdem methodum ſequitur Benedictus XIV in concedendis hujuſmodi imminutionum indultis. *ibid.*

TAXA a Paulo V ſtatuta in ſua Conſtitutione 72 obſervari debet a Judicibus & Notariis Urbis, præſertim in Cauſis Criminalibus. V. 228. Palam in ſingulis Notariorum Officiis expoſita retineri debet ſub pœnis &c. 229. Taxa ſtatutaria Cauſarum Civilium attendenda eſt a Judicibus in exigendis emolumentis, aut ſportulis in Cauſis de damno dato. VI. 221. Taxa Eccleſiæ Terlitienſis. Vid. *Terlitienſis*. Taxæ conſtitutæ fines ne transgrediantur Judices & Notarii in Cauſis Criminalibus, Auditoris Cameræ vigilantiæ commendatur. VIII. 141. Vid. *Auditor Generalis*. Taxa pro Birruariorum utenſiliis, impoſita Communitatibus intra Urbis Diſtrictum ſitis, reduci jubetur. 138.

TELESPHORUS (S.) primum inſtituit, ut in die Nativitatis D. N. J. C. ab unoquoque Sacerdote Miſſarum ſolemnia ter celebrentur. III. 75.

TEMPLUM Domini tribus vicibus in anno adire jubebantur Judæi, eamque legem ſervavit etiam Chriſtus Dominus. VI. 66. Item ab alienigenis quoque frequentatum fuit & Salomon pro his etiam oravit. *ibid.* In Templis Gentilium nefas eſt Chriſtianis tibicinibus inſervire. II. 114. & 122.

TEMPORA Ordinationum. Vid. *Epiſcopi. Ordinationes*.

TENAIM vox hebraica, qua Sponſalia de futuro vocatur apud Judæos; matrimonium vero de præſenti vocatur *Kidduſcim*. IV. 88.

TENEBRARUM Officia. Vid. *Officia hebdomadæ Majoris*.

TENTATIO Dei alia expreſſa, alia interpretativa, & quando alterutra adeſſe cenſeatur. IX. 60.

TERLITIENSES Archipresbyteri pluribus privilegiis gaudentes, diuturnas lites agitarunt cum Epiſcopis Juvenacenſibus, Loci Ordinariis. VI. 34. & ſeq. Noviſſime Antonius Fioravante Archipresbyter, dimiſſo Archipresbyteratu in manibus Papæ proponit erectionem Eccleſiæ Collegiatæ Terlitienſis in Cathedralem; idque Conſilium a Congregatione Conſiſtoriali admittitur, conſentiente Epiſcopo, & inſtante utriuſque Siciliæ Rege. 36. Pontifex lites omnes ad ſe avocat, & extinguit. 37. Recenſet Oppidi Terlitienſis, jampridem Civitatis nomine decorati, ejuſque Collegiatæ Eccleſiæ & Capituli ſtatum ac prærogativas. *ibid.* Collegiatam ſupprimit, eamque in Cathedralem erigit, & cum Cathedrali Juvenacenſi æque principaliter unit, eidem Epiſcopo regendam committit, ac jus nominandi perſonam utrique ſimul Eccleſiæ in poſterum præficiendam Regi utriuſque Siciliæ reſervat. *ibid.* Peculiares hujuſmodi unionis leges, ab Epiſcopo, & a duobus Capitulis reſpective ſervandæ, quoad præcedentias, reſidentiam, deputationes Vicariorum generalium & Capitularium, celebrationem Synodi, electionem Examinatorum Synodalium, Collationes Beneficiorum &c. 38. Terlitienſis Archipresbyteratus, olim Dignitas in Collegiata Eccleſia Principalis, ſupprimitur, & illius loco eriguntur in nova Cathedrali Eccleſia duæ Dignitates, nimirum Archidiaconatus, prima poſt Pontificalem, & Archipresbyteratus, ſecunda Dignitas, cui injungitur Cura Parochialis; cum aſſignatione reddituum, & diverſarum legum præſcriptione. 39. & ſeq. Alia præſcribuntur circa formam, Officia, & facultates Capituli, & Canonicorum Terlitienſium. 41. Proviſio Dignitatum, Canonicatum, & Præbendarum in Eccleſia Terlitienſi. 43. Terlitienſi Menſæ Epiſcopali aſſignantur fructus Archipresbyteratus ſuppreſſi, ceſſante eorum reſervatione temporaliter facta favore reſignantis. 44. Terlitienſi Eccleſiæ taxa fixatur in florenis 33 cum duobus tertiis. 45.

TERRÆMOTU ſubverſa Eccleſia, an & quando debeat iterum conſecrari. IX. 160. Vid. *Conſecratio*.

TERRITORIUM ſeparatum importat juriſdictionem in Clerum & populum, in Eccleſias & loca. I. 211. Territorium ſeparatum Prælato Inferiori competere non cenſetur in loco intra certam Diœceſim exiſtente, niſi conſtet de privilegio Apoſt. aut de immemorabili conſuetudine. IV. 127. Vid. *Exemptio*. Territorii ſeparati jura ex mera denominatione *nullius Diœceſis* non probantur. *ib.* Territorium ſeparatum Monaſterii S. Ruffilli Foripompilii Baſilicæ Vaticanæ uniti, judicialiter canonizatur, & auctoritate Apoſt. confirmatur. VII. 197. Idem quoad alia nonnulla Monaſteria, & loca eidem Baſilicæ unita. 194. 198.

TERTIARIÆ ſubjectæ ſunt juriſdictioni Parochorum, in quorum Parochiis convivunt. VI. 24.

TERTII Ordinis S. Franciſci Conſratres. Vid. *Indulgentiarum communicatio*. Tertio Ordini Sæculari de Pœnitentia, quem S. Franciſcus inſtituit, plures Indulgentias conceſſerunt Romani Pontifices, aliaſque aliis Ordinibus conceſſas ad ipſum per communicationem extenderunt. VII. 18. Dubitatum fuit, an omnes, ſeu aliquæ ex illis, revocatæ eſſent a Paulo V in præfinitione Indulgentiarum pro Regularibus. *ibid.* Nonnulla dubia a Congreg. Indulgentiarum ſublata fuerunt, ſed aliæ controverſiæ non deerant. 19. Ideo Pontifex Tertio eidem Ordini plures Indulgentias plenarias, & non plenarias, abrogatis aliis, concedit. *ibid.* Tertium Ordinem etiam S. Franciſcus de Paula inſtituit S. Franciſci Aſſiſienſis exemplum forſaſſis ſequutus. 118. Tertiariis quoque iſtis Indulgentiæ ſpeciales concedantur *ibid.* Vid. *Indulgentia*.

TESTANDI facultas concedi ſolet S. R. E. Cardinalibus etiam quoad bona ex Eccleſiaſticis proventibus acquiſita. V. 202.

TESTES plures, ſed ſingulares quoad varios actus ſucceſſivos, ex quibus unicum delictum conflatur, ſi non ad pœnam, ſufficientes decernuntur ad torturam in Cauſis &c. II. 67. Teſtis unicus non probat de jure. IV. 82. Limita, ut collatio Baptiſmi per unicum teſtem fide dignum probari poſſit. 66 Item limita, quando teſtis unicus legitimis præſumptionibus, & validis conjecturis adminiculatus eſt. 82. Teſtes in Judiciis Civilibus & Canonicis admittuntur etiam mulieres. *ibid.* Teſtes *habentes notam manum*, identitatem ſcripturæ authographæ non probant, niſi validis adminiculis ſuleiantur. 228. Quæ debeant eſſe hujuſmodi adminicula. *ibid.* Teſtes examinati *turmatim*, invalidam probationem conſtituunt, ſed de ſubſtantia examinis formalis eſt, ut ſinguli ſeorſim audiantur. *ibid.* Teſtes de auditu allati in Proceſſu Apoſtolico conjugi non poſſunt in linea æqualis probationis cum teſtibus de viſu extantibus in Proceſſu ordinario in Cauſis Beatif. & Canoniz. Sanctorum. X. 5. Vim tamen adminiculativam habere poſſunt, modo majorem, modo minorem, pro varia circumſtantiarum conditione. *ibid.* Quodnam exinde promanet in ipſis Cauſis Beatific. & Canoniz. abſolvendis diſcrimen. *ibid.*

TESTIMONIUM Judicis omni exceptione majoris, in antiquis attendi debet. I. 213.

THEA-

THEATINORUM Ordini unus locus Conſultoris in Congreg. Saer. Rituum perpetuo attribuitur. II. 201.

THEATINUS Archiepiſcopus concordiam iniit cum Capitulo Vaticano ſuper Monaſteriis, ſeu Abbatiis S. Martini *de Fara*, & S. Salvatoris *de Majella* Provinciæ Theatinæ, & quod jus in ea habeat. VII. 194.

THEODORETI, Cyri Epiſcopi, Liber de Viris Patrum, inſcriptus *Philotheus*, ſive Religioſa Hiſtoria, laudatur. VIII. 129. Ejuſdem libri auctoritatem ab aliquibus imperitam vindicarunt eruditiores viri. *ibid.*

THEODORI Pontificis nulla mentio fit in Martyrologio Romano, aliiſque Eccleſiæ monumentis, ex quibus de cultu illi exhibito conſtare tuto poſſit. V. 58. Hinc ejus nomen in nova Martyrologii editione non admittitur. *ibid.*

THEOLOGUS Conſultor Pœnitentiariæ Apoſt. e Societate Jeſu aſſumi ſolet, & de ejus officio. II. 59.

THERESIÆ (S.) Opera non alicua induſtria, ſed ipſius tantum ſtudio compoſita fuiſſe, probarum fuit. IV. 228.

THERIACA & Balſamum Apopleticum a Regularibus vendi poſſunt. I. 13.

THERMAS Diocletiani ædificare inſtituit Maximianus, & quo conſilio id præſtiterit. X. 12.

THESAURARIO Generali Cameræ Apoſt. competit delatio Roccheti per Urbem, & Lemniſcatum uſus. III. 215. Theſaurarius Generalis non tenetur peculiariter rationes exhibere in Congregationibus Cameræ Apoſt. 100. Theſaurarii Generalis Officia & facultates diverſi generis in Congregationibus Cameralibus, & in directione œconomiæ Cameræ Apoſt. 90. & ſeq. Theſaurarii Provinciales documenta ſolutionum exhibere debent in rationum redditione. 94. Iidem rationis ſingulorum annorum intra tres menſes anni ſequentis exhibere tenentur. *ibid.*

THESES in Sorbona defendendæ nuper propoſitæ ſub titulo *Hieruſalem Cœleſti* damnantur. VII. 144.

THEUDALDUS Marchio celebre Monaſterium S. Benedicti in Polirone fundavit in Statu Mantuano. IV. 185. Quo in Monaſterio Monachis tribuitur facultas eligendi Abbatem. 187. Ex hoc non inducitur exemptio ab Epiſcopi juriſdictione. *ibid.*

THIBET. In Regna Magni Thibet mittuntur Miſſionarii. I. 138.

THOMAS (S.) Aquinas. Ejus auctoritas de non conferendo Baptiſmo infidelium filiis infantibus, contra voluntatem parentum. IV. 44. Ejuſdem doctrina de intentione in adulto requiſita, ut valide baptizetur. 74. & 80. Ejuſdem ſententia de non prohibendo Clericis Sæcularibus ingreſſu in Ordines Regulares. 30. Item illius Monitum de Confeſſario extra ordinem facile concedendo Religioſis viventibus in Communitate, cui unicus Confeſſarius ordinarius eſt aſſignatus. V. 78.

THOMASIUS Joſeph Cardinalis laudatur. II. 201. Cantum planum ſublata Muſica, in ſua Titulari Eccleſia ſervari juſſit. V. 178.

THRONI, ſive Antimenſia Græcorum. I. 148. Eorum uſus prohibetur Presbyteris Latinis. *ibid.*

THURIFICATIO. In Epiſcopi thurificatione, & Gubernatoris Prælati, ſeu Vicelegati, quæ regulæ obſervari debeant. III. 193.

TIBICINES. Vid. *Muſici*.

TIGNI ferendi ſervitus ſtatuitur inter Domos Centumcellarum, cum opportunis legibus. IV. 180.

TIRASONENSIS Epiſcopus, Proceſſum conficiens auctoritate ordinaria ſuper fama virtutum & miraculorum Ven. Mariæ a Jeſu de Agreda, authographum illius Operis de *Myſtica Civitate Dei* recognoviſſe fertur. IV. 225. Vid. *Agreda*.

TITULUS Beneficii aut Patrimonii neceſſarius pro Ordinatione Græcorum. I. 149. Titulus SS. Crucis in Eccleſia S. Crucis in Jeruſalem conſervatur. VI. 47 Titulus *Venerabilis Frater* eſt ita adnexus characteri Epiſcopali, ut Epiſcopis quoque ſchiſmaticis, modo valide ordinatis, a Papa concedatur. IX. 214.

TOBIAS Gazenius in Maronitarum Patriarcham electus, confirmatur, Latinoque Pallio donatur. X. 46.

TOLETANUM Concilium cenſet, Clericis non interdicendum eſſe ingreſſum in Ordines Regulares. IV. 30. Toletanum Concilium SS. ſtatuit, explorandam eſſe voluntatem Ordinari ad Ordinem Sacrum in infantili ætate, an velit in miniſterio Eccleſiæ perſeverare, idque anno 18 ætatis. II. 212.

TONDENTES moneras aureas, vel argenteas ultimo ſupplicio plectuntur, ſive Sæculares ſint, ſive cujuſvis Ordinis Regulares. IX. 216. Vid. *Monetas*.

TONSURA ſit necne Ordo, nondum eſt definitum. VIII. 70. Tonſura capillorum, quæ pueris alicubi certis ritibus exhibetur, non inducit cognationem ſpiritualem inter Tondentem & Tonſum &c. II. 35.

TONSURATI. Vid. *Clerici*.

TORCELLANÆ Eccleſiæ fundamenta, deſtructa Civitate Altinenſi, ejuſque Epiſcopali Cathedra ſublata, jacta fuerunt. VIII. 105.

TOURNON (de) ſive Tournonius, Carolus Thomas Patriarcha Antiochenus, mox Cardinalis, Viſitator Apoſt. ad Indias Orientales miſſus a Clemente Undecimo. II. 122.

Digitized by Google

Decreta publicat adverſus Ritus Sinenſes I. 161. Decretum edit ſuper Ritibus Malabaricis die 23 Junii an. 1704. II. 112. Quod obſervari mandat ſub pœnis &c. donec aliter a S. Sede decernatur. 115. Decretum confirmatur a Clemente XI die 7 Januarii an. 1706, cum ipſius Viſitatoris laude, cum clauſula, *donec aliat &c.* 116. A Benedicto XIII abſolute confirmatur ann. 1727. 118. Sub Clemente XII iterum examinatur, & cum aliquibus moderationibus ann. 1734 confirmatur. 119.

TRACTATUS *de Epiſcopis Cardinalibus Suburbicariis* laudatur, ſimulque ad examen revocatur. VIII. 58. Vid. *Cardinales Epiſcopi Suburbicarii*.

TRADITIO Rei confugientis ad Eccleſiam. Vid. *Extractio*. Traditio Brachio Sæculari quando decernenda ſit in non promotum, qui Miſſam celebraverit, aut fidelium Confeſſiones exceperit. IX. 245. 249.

TRANSACTIO inter Epiſcopum Herbipol. & Abbatem Fuldens. confirmatur. VIII. 22. Vid. *Fuldenſem Abbatem*. Tranſactio inita inter Archiep. Moguntinum, & Epiſcopum ſimulque Abbatem Fuldenſem confirmatur. VIII. 31.

TRANSITUS Regularium de uno ad alium Ordinem quomodo concedi poſſit. II. 52. Non conceditur a Religione Clauſtrali ad Ordines Hoſpitalarios aut Militares, excepto Ordine S. Joannis de Deo, nec ad Ordin. S. Benedicti antiquioris obſervantiæ, aliaſque ſimiles Congregationes. *ibid.* Ad Ordinem Hoſpitalarium S. Spiritus in Saxia ſpecialiter prohibetur. I. 36. Tranſitus Regularium ab Ordine laxiore ad ſtrictiorem impediri non debet ſine cauſa. IV. 32. Si Superiores duorum Ordinum diſſentiant, judicium ad Sedem Apoſt. devolvitur. 34. Tranſitus concedi ſolet a Sede Apoſt. cum derogatione ſuper conſenſu Superioris Ordinis laxioris. *ibid.* Vid. *Regularis*. Tranſitus Monialium remitti debet Ordinario pro executione cum clauſulis opportunis. II. 52. A Ritu Latino ad Græcum prohibetur. I. 145. A Græco ad Latinum permittitur pueris de conſenſu patris Græci & licentia Epiſcopi Latini. *ibid.* Adultis laicis, de licentia Epiſcopi Diœceſani. *ibid.* A Græco ritu ad Latinum prohibetur Communitatibus Italo-Græcorum ſive Albanenſium, abſque licentia Apoſt. Sedis. *ibid.* Item Eccleſiaſticis quibuſcumque abſque ſimili licentia S. Sedis. *ibid.* A Ritu Græcorum-Melchitarum ad Latinum aut Maroniticum, prohibetur. II. 26.

TRANSLATIONES Epiſcoporum earumque cauſæ in Congregatione particulari examinandæ. I. 11. Translatio Regularibus non conceditur ad Ordines, in quibus non vigeat Clauſtralis Obſervantia, nec ad Ordines Militares, aut Hoſpitalarios. III. 109. Quomodo ſe gerere debeant Epiſcopi cum hujuſmodi Regularibus ſe translatos aſſerentibus. *ibid.* Translationes Epiſcoporum, quoad Eccleſias in partibus infidelium ſitas, habentes populum fidelem, quomodo peragendæ, ac conficiendi ea de re Proceſſus. IX. 222. Vid. *Proceſſus*.

TRANSPORTATIO Actorum. Vid. *Cauſæ jam contestatæ*.

TRANSUBSTANTIATIO vini in Sanguinem Chriſti non fit in Miſſa Præſanctificatorum per immerſionem Particulæ Conſecratæ in Calicem. III. 80.

TRASONIS Cœmeterium ubi ſitum, & quomodo invertum. X. 12.

TRIBUNALIA particularia in Urbe abolentur. I. 102. Tribunalium Urbis reformatio. II. 170. Tribunal Inquiſitionis quomodo hactenus proceſſerit, & impoſterum procedere debeat adverſus Celebrantes non promotos. IX. 245.

TRICLINIUM Leonis III a Benedicto XIV reſtitutum eſt. VI. 47.

TRIDENTINUM Concilium non derogavit Epiſcoporum juri, quo Sacella in Epiſcopalibus Ædibus habere poſſunt. VII. 55. Privilegiis in Corpore Juris clauſis ſæpe derogavit ſine expreſſa eorum mentione, ſed contrarium ſimpliciter ſtatuendo. 64. In Tridentini Concilii editionibus Seſſ. 25, Cap. 11, de *Regular.* mendum irrepſit in interpunctione, quod corrigitur. II. 145. Tridentini Concilii Decreta enuntiantur, & impleri jubentur, circa juriſdictionem Epiſcoporum in omnes animarum curam gerentes, & in Eccleſias, quibus adnexa eſt hujuſmodi Cura. III. 62. & IV. 126. Item ſuper electione dignioris inter approbatos ad animarum curam. 84. Item ſuper juriſdictione Epiſcoporum in Regulares extra Clauſtra degentes. 108. Item ſuper facultatibus Epiſcoporum circa ea, quæ obſervari debeant, aut evitari in Celebratione Miſſæ. 175. Item ſuper Reſidentia Epiſcoporum, & ſuper eorum abſentiæ cauſis. 176. & ſeq. Item ſuper Ordinationibus Regularium. IV. 38. Et ſuper abolitione privilegiorum recipiendi Ordines a quocumque, vel extra tempora. 40. Et de non ordinandis ſine cauſa Epiſcopis Titularibus, & de his, quæ hujuſmodi Epiſcopis permittuntur. 152. Et de reſervatione Cauſarum Criminalium judicio Epiſcopi ſeu Ordinarii, excluſis Archidiaconis, Decania &c. 190. Et de abſtinentia Clericorum a luxu, conviviis, choreis, alcis. 220. Et de non recipiendis Regularium recurſibus adverſus Profeſſionis validitatem poſt elapſum a die Profeſſionis quinquennium; vel ſi reclamantes extra Clauſtra degant, aut habitum dimiſerint: & de forma ſervanda in hujuſmodi judiciis. V. 7. Et de coercendis iis, qui mulieres cogunt ad ingredi-

diendam Religionem. 14. Et de Confeſſariis extra ordinem bis aut ter in anno exhibendis Religioſarum mulierum Communitatibus. 80.

TRIMESTRE tempus præfinitum eſt Electo in Epiſcopum, ad ſuſcipiendam Conſecrationem, computandum a die confirmatæ Electionis. IX. 200.

TRINITATIS (SS.) Imago ſub figura trium hominum æqualium & ſimilium, an permittenda ſit. III. 27. Vid. *Imagines*. SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Ordo a Pontifice laudatur. V. 158. Vid. *S. Joannes de Matha*.

TRIREMES. Super Triremibus Militiæ S. Joannis Jeroſolym. permittitur celebratio Miſſarum cum opportunis cautelis. I. 93. Item ſuper triremibus Pontificiis. 138. Ad triremes damnati celeriter ad eas tranſmittendi ſunt, eorumque nomina & delicta per ſchedulas typis editas in locis publicis ſunt exponenda, & Papæ exhibenda. V. 244. A triremibus fugitivi, qui ad Eccleſiam aliumve locum immunem ſe receperint, ſi damnati fuerint ob crimen hæreſis, poſſunt ab Inquiſitoribus extrahi propria auctoritate, certiorato vel ante vel poſt Epiſcopo. VII. 16. Si damnati fuerint ob aliud delictum extractio fiat Epiſcopi auctoritate, aliiſque ſervatis ſervandis. *ibid.* Si autem delictum exceptum non fuerit, nec adſit Indultum Apoſt. pro eorum extractione, Immunitatis beneficio gaudebunt, etiamſi cum cattnis effugerint; dummodo a Miniſtrorum manibus liberi eſſent. *ibid.* Triremium perpetuique carceris pœna quando decernenda ſit in Celebrantem non promotum. IX. 245.

TRISAGII *Sanctus Deus*, *Sanctus Fortis*, *Sanctus Immortalis miſerere nobis*, antiquiſſima origo & uſus in Græca Eccleſia. IX. 38. In Latina Eccleſia ſubinde uſurpatum fuit. 39. Quiſnam ipſi ſuperadderit verba, *Qui crucifixus es pro nobis*. *ibid.* Fuerunt illa pluries a Sum. Pontificibus proſcripta. 40.

TRUINA penes Scriptores Eccleſiaſticos quid ſignificet. X. 31.

TUNCHINI Orientalis Vicarius Apoſt. in Cocinchinam ablegatur. II. 151.

TURBINES aliæque temporum procellæ educto SS. Sacramento a Tabernaculo ſignari non debent. IX. 64.

TURCÆ Albania potiti multa Bona Eccleſiarum occuparunt, Chriſtianis nonnulla vendiderunt, aut colenda dederunt. VII. 122. Injuſte Chriſtianos bonis in bello ſpoliarunt; ideo reſtituere tenerentur. 124.

TURCICA ſeu Mahumetana nomina non licet Chriſtifidelibus aſſumere, ſibique imponere, ad evitandas pœnas, vel quamcumque utilitatem captandam. VIII. 203. Eiſdem utentes, Sacramentorum incapaces, ac Suffragiorum poſt mortem indigni declarantur. 204.

TURNONIUS. Vid. *Tournonius*.

TURONENSIS Monaſterii Eccleſiam Majorem, qua ſervata methodo dicaverit Urbanus Secundus. X. 30.

TURRIBII (S.) Archiepiſcopi Limani Decretum de Regularium dependentia ab Ordinarii juriſdictione in ſuſcipienda Cura animarum ejuſque exercitio. III. 63. Ejuſdem laudatur Decretum de celebratione duarum Miſſarum in unico die per unum eumdemque Parochum, in caſibus permiſſis. 74.

TUSCULANI Epiſcopi controverſia juriſdictionalis cum Abbate Cryptæ Ferratæ pendens, definitur. IV. 125. Intra Diœceſis Tuſculanæ fines Monaſterium Cryptæ Ferratæ exiſtit. 128. Tuſculana Ciceronis Villa, in loco, ubi nunc eſt dictum Monaſterium fuiſſe putatur. 127. Tuſculani Epiſcopi juriſdictio ordinaria in Territorium Cryptæ Ferratæ aſſeritur. *ibid.* Eidem reſervatur jus cognoſcendi Cauſas Matrimoniales etiam ſuper validitate Matrimonii contracti in Parochia Cryptæ Ferratæ. 130.

TUTELAM olim exercere mulieres non poterant. Poſtea matri & aviæ permiſſa eſt. VII. 106. Mater præfertur aviæ, ſed matri Judææ præferenda videtur avia Chriſtiana. *ibid.*

TUTORES loco parentum ſunt filiis orbis. IV. 52. Itaque ubi parentum conſenſus neceſſarius eſſet, ut Baptiſmus licite infanti adminiſtretur, Tutorum ſimiliter conſenſus requiritur. *ibid.* Tutor Judæus quoad impuberes baptizandos. VII. 90. Vid. *Baptiſmus*. *Judæus*. Tutores poſſunt impuberes ſub eorum tutela conſtitutos offerre Statui Monaſtico. 96. Et ad Baptiſmum. 100. Patriæ poteſtatis exercitium in eos tranſfunditur pro eo quod pertinet ad pupillorum educationem. *ibid.* Tutoribus legitimis præferuntur teſtamentarii, niſi hi ſuſpecti ſint. 108. Tutores ſuſpecti ſive teſtamentarii ſint, ſive legitimi, repelluntur a tutela, & alii in eorum locum ſubſtituuntur Officio Judicis, ſeu Præſidis Provinciæ. *ibid.* Suſpectis accenſentur, qui in præjudicium æternæ ſalutis pupilli, impedire conantur oblationem ad Baptiſmum de eo factam a perſona legitima. *ibid.*

TYRI & Sidonis Archiepiſcopus Euthymius quaſdam Eccleſiæ Græcæ conſuetudines nulliter immutavit. II. 23.

V

VACABILIA Officia. Vid. *Vincula*.

VACANTE Sede Apoſt. quænam facultates competant Officio Pœnitentiariæ. II. 54. Item ubi, & quo ritu celebranda ſit Proceſſio generalis Corporis Chriſti in Urbe. 194. Vid. *Conclave*.

VACATIO Beneficiorum inducitur per ſolemnem Profeſſionem. IV. 32. Non vero per votorum ſimplicium emiſſionem in Soc. Jeſu, tran-

tranſacto probationis biennio. *ibid.* Decretum eſt autem in Congregatione generali ipſius Societatis, ut quilibet, expleto biennio, Beneficia Eccleſiaſtica dimittat. *ibid.*

VALENTI Ludovicus utriuſque Signaturæ Referendarius, & fidei Promotor, pro elevatione Corporis Servi Dei Joſephi Calaſantii deputatur. V. 76.

VALENTI Sylvius, S. R. E. Cardinalis, de Urbis Archigymnaſio benemeritus laudatur. V. 121. Eidem conceditur ad vitam jus diſponendi de locatione & extractione reddituum applicatorum pro dote duarum Cathedrarum recens erectarum. *ibid.*

VALENTINIANUS Imperator, cum adhuc puer eſſet, blanditiis & ſuaſionibus matris deceptus, Arianorum erroribus imbutus fuit; ſed poſtea reſipuit. V. 60. Ejus teſtimonium S. Siricio Papæ honorificum refertur. *ibid.*

VARIATIO ſort. Vid. *Cauſæ tum contestatæ.*

VATICANA Baſilica. In ea celebrari debent Beatificationes & Canonizationes. I. 80. & VII. 153. Apud eam celebrari debet Proceſſio Corporis Chriſti Sede Apoſt. vacante. II. 195. Ejus Sacrario certæ præſtationes aſſeruntur occaſione Beatificationum & Canonizationum. I. 81. Vaticanæ Baſilicæ prærogativa eſt, ut in ea benedicantur *Pallia* quæ a Papa Patriarchis & Archiepiſcopis mittuntur. V. 107. & ſeq. Et in eadem aſſervantur prope Corpus B. Petri. 108. Ipſius Baſilicæ Alcariſtæ injungitur cura arcuiæ a Pontifice donatæ, in qua ipſa Pallia aſſervantur. 109. Ejus Archipresby et Dimiſſorias Literas Clericis ſuæ Baſilicæ addictis dare, & Sacramentum Confirmationis adminiſtrare poteſt. IV. 156. Ejus Clero conceſſum eſt a Clemente XI, ut de ſingulis Sanctis Pontificibus Romanis *Officia propria* recitent. 59. Vaticanæ Baſilicæ reædificandæ conſilium a Julio II captum Clemens VII magnopere promovit. VII. 86. Multa tum ipſe, tum alii Pontifices ſtatuerunt pro ejuſdem Fabricæ conſtructione, ampliatione, & conſervatione. *ibid.* Vid. *Fabrica.* Vaticanæ Baſilicæ, ejuſque Archipresbyteri, Capituli, & Cleri præcipua privilegia recenſentur, confirmantur, & augentur. 145. & ſeq. Vaticana Baſilica ejuſque ædificia, Seminarium, Capitulum, & alii intervientes, Rom. Pontifici immediate ſubjiciuntur. 146. Inde jurisdictioni ordinariæ Archipresbyteri. *ibid.* Vaticana Baſilica ſi polluatur, a Canonico Alcariſta, aut Decano reconciliari poteſt. 147. In ea conſecrandus & coronandus Summus Pontifex. 152. Peragendæ nonnullæ ſolemnes Proceſſiones. 153. 154. Fidei Profeſſiones, hæreſum damnationes, abſolutiones, & ſimilia ibidem alia peracta. 153. Regum Coronationes. *ibid.* Oblationes Regnorum Eccleſiæ Romanæ, & alia obſequii & ſubjectionis argumenta ibidem a viris Principibus præſtita. *ibid.* Vaticanæ Baſilicæ ejuſque Sacrariī res & bona alienari aut commodari prohibentur, eorumque conſervationi diverſimode conſulitur. 156. 157. Ei quomodo aggregari poſſint Eccleſiæ & alia loca pia. 192. Et quæ indulgentiæ aggregatis concedantur. 193. Vid. *Aggregatio*, *Indulgentia*. Vaticana Baſilica plures Parochiales Eccleſias habet ſubjectas. 160. Quid de ipſius & earum Vicariis Curatis. 159. Vid. *Parochia*, *Vicarius*. Vaticanæ Baſilicæ plures Abbatiæ ſeu Monaſteria unita ſunt. 194. Vid. *Abbatia*. Vaticana Baſilica a quinque Sum. Pontificibus Roſæ Aureæ munere donata fuit. 26. Ejus Conſecratio quo ritu fuerit ab Urbano VIII peracta. X. 29. Ejus Archipresbyteri juriſdictio in conferendis Ordinibus. VIII. 66.

VECTIGALIA aggravari nequeunt in articulis Locationum Cameralium. I. 184. Vectigalia pro introductione & extractione ſegetum, animalium, &c. legitime impoſita, tam favore Cameræ Apoſt. quam Communitatum & privatorum, ſolvi jubentur non obſtante inducta alterius commercii libertate. V. 30. & ſeq.

VELA Staturæ B. M. V. Lauretanæ admovere & obſignare, ad quos pertineat. VI. 21. & ſeq. Vid. *Lauretana.*

VELAMINUS Joſeph Archiepiſcopus Kioviens. II. 70. & 75.

VENERABILIS Prætet eſt titulus ita adhærens characteri Epiſcopali, ut ſchiſmaticis quoque Epiſcopis, valide tamen ordinatis a Papa tribuatur. IX. 214.

VENETÆ Reipublicæ egregia a veteriſſimis temporibus merita de Catholica Religione, nec non obſequium erga Sedem Apoſt. VIII. 105. Eidem confirmatur jus nominandi ad Patriarchalem Venetam Eccleſiam, atque indulgetur jus nominandi ad alias tres Eccleſias, Torcellanam, Caſtellanam, & Glodienſem, ſola exceptā vacatione per obitum in Curia. 106. In Aquilejenſis Patriarchatus negotio eadem Reſpublica ſummā Religionis & Prudentiæ laude ſe gerit. VII. 70. & 235.

VENIENTES ad Sedem Apoſt. & ab ea recedentes offendi prohibentur, ſub excommunicationis pœna. I. 31.

VERBA *Puer*, *Infans*, quam ætatem ut ſua indicent. VIII. 226. Quo ſenſu quandoque fuerint accepta a Scriptoribus Eccleſiaſticis. 228. Verba *Fide comitatur* in veteri ſepulcro inſcripta quid ſignificent. X. 10. Verbum *percepit* abſolute poſitum, *de ſuſcepto Baptiſmate* accipitur. *ibid.* Item quo Baptiſmus indicatur quoque per illa verba, *Fidei Sacramentum.* 12.

VERDALA Hugo Jeroſolymitanæ Equeſtris Militiæ Magnus Magiſter, & Cardinalis,

lis, Crucem albam. Mozzettæ assutam, tamquam proprium Ordinis sui habitum, Romæ gestavit. VII. 264. Calumniis imperitus, victor evasit, & speciale numisma sibi cudi jussit. *ibid.*

VERONENSE Capitulum ex antiqui cujusdam Episcopi consensu immune est a jurisdictione Episcopali, & Aquilejensi Patriarchæ subjectum. VII. 270. Ejusdem Capituli Canonicis conceditur usus Palmulæ, vulgo *Busia*, in Missa, ubicunque. *ibid.* Et Altare privilegiatum personale bis in hebdomada. *ib.* Et Oratorium domesticum in earum Villa *Angiari*. *ibid.* Iidem Canonici tenentur, non solum Choro interesse, sed etiam cum aliis canere & psallere. 271. Aliter non faciunt fructus suos, & ad restitutionem tenentur. *ibid.* Et concessis privilegiis privantur. *ibid.* Patriarchæ Aquilejensi permittitur, ut eos ab antecedenti hujusmodi culpa, & restitutionis obligatione, per se vel per alios absolvat, dummodo emendationem promittant. *ib.* Veronense Capitulum quomodo visitari, corrigi & emendari possit ab Episcopo, tum in visitatione, tum extra visitationis actum. IX. 177. In regimine Cathedralis Ecclesiæ quandonam se immiscere possit. *ibid.* Jure utitur conferendi Canonicatus non vacantes in mensibus Apostolicis & quid de reliquis Dignitatibus Capituli. 178 Parochiales complures aliasque simplices Ecclesias habet subjectas, in quas earumque Titulares, Ministros & Capellanos, certam jurisdictionem exercet. *ibid.* Criminales Causas subjectarum sibi personarum quandonam possit cognoscere. 181.

VERONENSIS Episcopus, privative quoad quoscunque, ordinariam jurisdictionem in posterum exercere debebit in Veronensi Civitate, universaque Diœcesi. IX. 176. Suffraganeus est Archiepiscopi Utinensis. *ibid.* Quam jurisdictionem exercere debeat in Capitulum subjectasque Capitulo Ecclesias, sive Curatas, sive non Curatas, necnon in earumdem Ecclesiarum Capellanos Titulares, vel Mansionarios. 177 Cathedralis regimen in quibus privative ad Episcopum, vel Capitulum spectare debeat, & in quibus cumulativæ jurisdictionis esse. *ibid.* Parochis Monasterio S. Mariæ in Organis quomodo providere, 182.

VESTES Piorum Operariorum quales esse debeant. VII. 206. Vestibus Choralibus uti possunt Capitulum & Clerus Basilicæ Vaticanæ in Ecclesiis Basilicæ filialibus. 158. Vestes Pontificales & Sacerdotales adhibent Maronitæ plane similes iis, quibus utuntur Latini. IX. 42. Innocentius III Sacra hujusmodi indumenta iisdem dono dedit. *ibid.*

VIA a Basilica Lateranensi ad S. Mariam Majorem quando, & a quo aperta. VI. 46. Viarum Urbis reparationi mature consuli jubetur, nec unquam Possessoribus domorum adjacentium denegari licentiam easdem sua impensa restaurandi. V. 153. De viis ex integro reficiendis consultandum inter Adjacentes coram Præside, aut Magistro Viarum Congregatos. *ibid.* Viarum refectio a possessoribus adjacentibus de proprio fieri poterit, & per fabros ab iisdem deputatos, etiam quoad lineam Mediuuli, juxta normam tamen a Peritis & Officialibus Tribunalis præscriptam; dummodo id se facturos profiteantur intra certum legitimum tempus. 154. Ipsis autem in tempore non profitentibus, vel in ipsa reparatione aut refectione cessantibus, Tribunal Viarum, jure suo illas restaurari, aut reficiendi curabit, & sumptus exiget a Possessoribus. 155. Viarum sternendarum forma, quæ nunc reperitur, in posterum conservari jubetur, sine variatione materiæ cæmenti, aut declivii. *ibid.* Ad viarum reparationem & refectionem solos possessores adjacentes, numquam vero simplices utentes, teneri decernitur. 156. Viarum Urbis visitatio quotannis, inirio Veris & Autumni, a Magistris viarum fieri debet. 154. Viarum vero Consularium, earumque divisionum semel in anno ab ipsis Magistris, a Præside autem quoties ipsi opportunum videbitur. *ibid.* Harum refectioni quomodo consulendum. *ibid.* Viarum Tribunal refectioni viarum ex integro manum admovere nequit, nisi elapsis tribus diebus a die decreti, ne adversus illud recurrere possint qui se gravatos contendant. 153. Viarum Tribunal quando possit per suos operarios ex Officio vias Urbis reficere, & impensam inter adjacentes possessores partiri. *ibid.* A decretis mandatis, & sententiis Tribunalis Viarum non admittitur inhibitio, aut appellatio suspensiva, quando agitur de exigendis Taxis a Principe impositis, de conductoribus cogendis ad solutiones, aut ad implenda promissa, & de rationibus, seu residuorum solutionibus exigendis. 154. Ab aliis autem ipsius Tribunalis decretis, mandatis atque sententiis, ad plenam Cameram appellari poterit, etiam ad effectum suspensivum. *ibid.* Viarum Præsidi & Magistris injungitur frequens viarum visitatio, ac sollicitudo, ut mature restaurentur, seu reficiantur. *ibid.* Viarum Præses quomodo cogere debeat conductores viarum extra Urbem, ad reficiendas eas, quæ refectione indigent, cum facultate mittendi Commissarios &c. 153. Eidem adimitur facultas eligendi Procuratorem fiscalem Tribunalis in locum illius, qui ab Officio remotus fuerit ob neglectum Pontificiæ voluntatis hic expressæ implementum. *ibid.* Viarum Præses de pecuniis Cameralibus a se administratis, quotannis rationem reddere tenetur. III. 100. Viarum Magistri licentias denegare nequeunt pos-

poſſeſſoribus, qui vias Urbis ſibi proximas propriis impenſis reſtaurare velint. V. 153. Singulis annis ante finem menſis Maji viſitare debent vias extra Urbem ſuæ curæ reſpective commiſſas; diebus antea ad Conductorum notitiam intimandis. 154. Hujuſmodi viſitationum Relatio in ſcriptis exhiberi debet in Congregatione Tribunalis viarum, & in Actis Notarii ejuſdem Tribunalis, necnon Sum. Pontifici præſentari per organum Auditoris Sanctitatis ſuæ. *ib.* Magiſtri viarum in viſitationibus deficientes, amittunt emolumentum ſcut. 200 ipſis præſtari ſolitum. 155. Idque emolumentum ipſis perſolvi prohibetur ante finem Maji, ſeu legibus hujuſmodi non impletis, ſub pœna duplici &c. *ibid.* Viarum Procurator Fiſcalis viſitationum & relationum confectionem urgere, expeditionem manus Regiæ petere contra conductores in conventionum implemento ceſſantes, & Officialium Tribunalis negligentiam Pontifici denuntiare tenetur. *ibid.* Idem in præmiſſis deficiens, ab Officio removeri debet, aliuſque in ejus locum eligi a Cardinali S. R. E. Camerario. *ibid.* Eadem ſtatuuntur de Notario Tribunalis Viarum, ſi relationes viſitationum viarum, ſuis temporibus ad Pontificem deferre prætermittat. *ibid.*

VIATICA, quæ a Reis inquiſitis exiguntur pro Commiſſionibus a Tribunali Gubernii Urbis, aut a Congregatione Sacræ Conſultationis contra eos expeditis, ad Cameram Apoſt. pertinent, quæ Judicibus & Notariis Criminalibus certa ſalaria & emolumenta perſolvit. IV. 210. Vid. *Bona reorum*. Viatica & cibaria pro Commiſſionibus ad inſtantiam accuſatoris vel adhærentis Fiſco expeditis, ſolvi debent ab ipſo accuſatore, vel adhærente, qui ea repetere nequit ab Accuſato ſeu inquiſito, niſi poſt ſecutam condemnationem. 212. Viatica & cibaria pro Commiſſionibus expeditis ex Officio a Tribunalibus Cardinalis Vicarii, aut A. C. de ſpeciali Mandato Sanctiſſimi, a Camera Apoſt. ſolvuntur, quæ eadem repetit ab inquiſitis. *ibid.* Si autem deſit Mandatum ſpeciale manu Papæ ſignatum, tunc ſolvenda erunt ab ipſo Judice, qui Commiſſionem tranſmittit. *ibid.* Item ſi Judices & Notarii neglexerint deſcriptionem bonorum inquiſiti, eamque deſcriptionem in Proceſſu non inſeruerint, nihil pro Viaticis & cibariis repetere poſſunt a Camera Apoſt. *ibid.*

VIATICUM (SS.) infirmis miniſtrandum, & quomodo deferendum. II. 36. Viaticum feria V in Cœna Domini conſecratum Græci per annum integrum aſſervare conſueverunt. IX. 40. Sanctiones hac de re editæ a pluribus Pontificibus & Congregationibus Urbis. *ibid.* Non eſt ad infirmos deferendum qui cum illud ſumere impediantur, adorationis vel deoſculationis cauſa ad ſe deferri expoſtulant. 64. SS. Viaticum Corporis Chriſti an & quando denegari debeat refractariis Conſtitutionis *Unigenitus*. 196. Vid. *Conſtitutio*.

VICARIAS perpetuas pro animarum cura in pluribus Urbis Baſilicis & Eccleſiis, atque adeo in Baſilica Vaticana S. Pius V inſtituit. VII. 159. Et in Eccleſiis S Blaſii *della Pagnotta*, & S. Cathatinæ *de Rota*. 191.

VICARIATUS S. Officii unire vel ſupprimere poteſt Congregatio generalis Inquiſitionis, prout locorum conditio poſtulaverit. IX. 21.

VICARII APOSTOLICI ad regendas juxta neceſſitatem Eccleſias delegi, & opportunis facultatibus inſtrui conſueverunt. VII. 243. Deputantur ſemper ad beneplacitum Pontificis & Apoſt. Sedis, nec ulli unquam facultas data eſt nominandi Vicarios Apoſt. 240. Vicarius Apoſt. juſtis de cauſis in ea Aquilejenſis Diœceſis parte, quæ Auſtriaco Dominio ſubeſt, conſtitutus fuit. 239. 241. 242. Vicarius idem charactere Epiſcopali inſignitus fuit cum Titulo Eccleſiæ in partibus infidelium ſitæ; & opportunis facultatibus inſtructus, quæ recenſentur; aſſignato ipſi reſidentiæ loco, habitatione, & emolumentis. 237. 239. & 240. Vicario eidem conceſſæ fuerunt facultates juriſdictionis, quæ Patriarchæ Aquilejenſi, ut Ordinario in illa parte, non ut Metropolitano competebant. 240. Vicarii hujus Apoſt. regimen & præcedentes ordinationes ad eam partem ſpectantes, pro qua conſtitutus fuerat, expirant firmato novo Archiepiſcopo Goritienſi. 74. Vicarii Apoſt. munus Epiſcopo Comaclenſi tribuitur ad regendas Eccleſias, & loca inter eumdem Epiſcopum, & Præpoſitum S. Mariæ de Pomposia controverſa. 248. Vicario huic plures facultates tam ordinis quam juriſdictionis conceduntur, quarum aliquas per ſuum Vicarium generalem exercere poteſt. 248. 249. Sub quibuſdam limitationibus quoad Beneficiorum collationem, & Concionatorum electionem. 250. Vicarius idem in actibus reſpicientibus loca pro quibus conſtituitur, debet, ſub pœna nullitatis, exprimere ſe tamquam Vicarium Apoſt. procedere. *ibid.* Vicariatus ejuſmodi moderno Epiſcopo Comaclenſi, ejuſque Succeſſoribus, ac etiam Sede Epiſcopali vacante, Vicariis Capitularibus Comaclenſibus, quantum his licet, attribuitur. *ibid.* Duraturus ad beneplacitum Sedis Apoſt. & donec principalis controverſia extinguatur. *ibid.* Ac ſine ullo partium præjudicio. *ibid.* Vicarii Apoſt. apud Sinas & Japoniam. Vid. *Miſſionarii*. Vicarii Apoſt. in Anglia, quater in annum, & in mortis articulo, indulgentiam plenariam concedunt. VIII. 100. Iis competit juriſdictio quaſi Epiſcopalis intra cuique

designatos limites. 92. & 94. Iisdem præterea tribuuntur facultates *Formula secunda*. 95. Quas & aliis communicare possunt, iis exceptis, quæ Ordinem Episcopalem requirunt, vel sine Sacrorum Oleorum usu non exercentur. 92. & 95. Non tameo ad id tenentur; ideoque possunt eisdem denegare, vel sub certo modo concedere, ac etiam concessas auferre. *ibid.* Vid. *Missionarii Regulares*. Vicarii Apost. Indiatum Orientalium non habentes Episcopum coadjutorem cum futura successione, jubentur assumere Vicarium generalem. 56. Vicarii assumpti facultates recensentur. *ibid.* Vicariis Apost. per quascumque Regiones constitutis, qui Episcopi non sint, mandatur ut Pro-Vicarium sibi eligant. IX. 78. Hujusce Pro-Vicarii facultates & onera. *ibid.* Vicarii Apost. cum charactere Episcopali, an & quando, prævio Processu constituendi, & quomodo hujusmodi Processus conficiendus. 80.

VICARII BASILICARUM Urbis in actibus Capitularibus præcedunt omnibus de capitulo, etiam personali Dignitate præstantibus. II. 73.

VICARII CAPITULARES. Vicarius Capitularis loco defuncti Episcopi in Sacrificio Missæ nominari non debet. IX. 104. Vicarius Capitularis in locis Missionum, ubi residebat Episcopi, a Capitulo, vel Parochis, juxta veterem consuetudinem, eligi debet statim ab obitu Episcopi. 78. Si vero nullum adsit Capitulum, nec Parochorum numerus, a quibus electio perficiatur, Vicarius generalis defuncti Episcopi, Pontificis auctoritate constituitur Vicarius Capitularis. *ibid.* Doctoratus necessitas tollitur, dummodo alia requisita in eligendo concurrant. *ibid.* Vicariis Capitularibus per Regnum Neapolitanum quæ cura sit commissa quoad Spolia a defuncto Præsule relicta, & in Ecclesiæ commodum applicanda. 144. Vid. *Spolia*. Vicarius Capitularis, & Vicarius Generalis Terlitiensis. Vid. *Terlitien.*

VICARII CURATI tam perpetui, quam ad tempus amovibilitet deputati, Missam Parochialem applicare debent pro populo diebus festis. II. 86. Eaque de causa congruis redditibus sunt providendi. 88. Vicarius ad regimen Ecclesiæ Curatæ vacantis statim ab Episcopo deputari debet. I. 192. Vicarius Curatus Basilicæ Vaticanæ a quo, & quomodo nominandus, approbandus, & in possessionem immittendus sit. VII. 139. Ejus congrua sustentatio, juxta transactionem inter ipsum, & Capitulum Vaticanum factam, stabilitur. *ibid.* Vicarii Curati Ecclesiarum S. Lazari apud Montem Marium, & S. Angeli extra Portam Fabricæ deputandi sunt a Capitulo Vaticano, amovibiles, & a Card. Vicario approbandi, & a jurisdictione Parochi S. Petri exempti sunt. 160. Vicarii Curati perpetui Ecclesiarum S. Blasii *della Pagnotta*, & S. Catharinæ *de Rota* a Capitulo Vaticano sunt eligendi, ex approbatis a Card. Vicario, eisque præter emolumenta stolæ, congrua sustentatio statuta est 191. Vicarius Curatus amovibilis Ecclesiæ S. Jacobi a *Scossia cavalli* ab Archiconfraternitate SS. Sacramenti nominandus, Literas Patentes a Capitulo Vaticano impetrare debet: & quæ sit ejus congrua. *ibid.* Vicarii Ecclesiarum Basilicæ Vaticanæ subjectarum, debitam subjectionem Basilicæ exhibere, multis in ea peragendis functionibus interesse, & Sacrum infirmorum Oleum ab ea recipere tenentur. 192. Vicarii Curati Ecclesiarum Parochialium in territorio Abbatiæ S. Salvatoris *de Majella*, quod Basilicæ Vatic. unitum est, a Capitulo sunt deputandi. 194. Vicarii Curati in Territoriis aliarum Abbatiarum ad eamdem Basilicam spectantium, amovibiles sunt ad nutum Capituli. 196. & 200.

VICARII FORANEI. Episcopus Eugubinus in nova Civitate Perusiæ constituere debet Vicarium Foraneum, Laurea Doctorali insignitum. VII. 209. Huic multæ in Causis Civilibus tribuuntur facultates, quæ recensentur. *ibid.* Majores facultates addere potest Episcopus Eugubinus. 210. Vicario eidem emolumentum a quo taxandum, & solvendum. *ibid.*

VICARII GENERALES a Capitulo Vatic. constituti pro Abbatiis quibusdam ipsi unitis, exequi possunt omnes Literas Apost. & Commissiones a quocumque Urbis Tribunali expediendas pro subditis illarum Abbatiarum. VII. 199. Hujusmodi Literæ omnes & Commissiones dirigendæ sunt Vicariis ipsis. *ibid.* Vicariis Generalibus egrotantium Prælatorum Neapolitani Regni demandatur cura, & assecuratio rerum sub Spolio comprehensarum, exclusis Capitulis, Canonicis, cæteris quibuslibet. IX. 144. Vid. *Spolia*.

VICARIUS METROPOLITANI in Synodis Provincialibus antefertur Episcopis Suffraganeis, ob auctoritatem, quam obtinet, & ratione Personæ quam repræsentat. IV. 156.

VICARIUS URBIS. Cardinalis Vicarii Urbis jurisdictio reducitur ad terminos reformationis Pauli Quinti I. 103. & revocantur Literæ Benedicti XIII, & Clementis XII. 106. Ei competit jurisdictio privativa in Causis Matrimonii Urbis. II. 174. Item in Causis super institutione in Beneficiis Ecclesiasticis in Urbe & Districtu. *ibid.* In Causis contra Clericos Romanos non exemptos, aut Loca Pia Urbis cumulative cum solo A. C. *ibid.* Item competit ei privativum jus interponendi Decreta in contractibus & renunciationibus Regularium Urbis. 175. In Cau-

Digitized by Google

fis mercedis & ſummæ ſcut. 25 comperit ei juriſdictio contra quoſcumque, non obſtante obligatione Camerali. *ibid.* Ejus juriſdictio in Cauſis laicalibus prorogari poteſt de conſenſu partium in actis expreſſe præſtito. 174. Excepris Cauſis ſuper executione Obligationis Cameralis. *ibid.* Nulla juriſdictio ei competit in prima inſtantia Intra Territoria & Diœceſes aliorum Ordinariorum in Diſtrictu Urbis exiſtent. 175. Salvo jure excquendi in illis Citationes & Mandata contra Clericos ſibi ſubjectos. *ibid.* Vicario Urbis injungitur, ut in depuratione Confeſſariorum extraordinariorum pro Monaſteriis & Conſervatoriis ipſius Urbis, Pontificis menti ſe conformet, & ſtatutas leges a Regularibus aliiſque obſervari curet. V. 94. In ejuſdem Tribunali ſervari jubentur leges a Pontifice conditæ de ordine tractandi Cauſas ſuper nullitate Profeſſionum Regularium, quæ intra quinquennium apud Ordinarios judices promoveantur. 12. Vicarius Urbis tamquam Præfectus Congregationis ſuper Reſidentia Epiſcoporum, facultatem ab Urbano VIII habet, concedendi Epiſcopis, ex juſtis cauſis, licentiam abeſſendi a Diœceſi per quadraginta dies. III. 178. Vicarii Urbis Promotor Fiſcalis, idem conſtituitur Fiſcalis Promotor Congregationis ſuper Reſidentia Epiſcoporum, cum jure ſuffragii conſultivi. 180. Vicarius Urbis Commiſſiones pro Cauſis Criminalibus expedire poteſt, expenſis accuſatoris, ſive adhærentis Fiſco; facto nimirum ab hoc congruo depoſito pro viaticis, cibariis &c. & data fidejuſſione pro reliquo IV. 210. Deficiente autem accuratore, ſeu adhærente Commiſſiones expedire nequit, ſed demandare debet Inquiſitiones Ordinariis Eccleſiaſticis locorum, ſeu aliis ibi exiſtentibus, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis. *ibid.* Quod ſi expedire judicetur, eas ex Officio ab Urbe mittere, vel eaſdem injungere Judicibus extra locum delicti exiſtentibus, reportare debebit Commiſſionem ſpecialem manu Papæ ſignatam, & ab Auditore Sanctiſſimi ſubſcriptam; alias expenſas ſolvet de proprio. 211. Vicarius Urbis certos confeſſarios deſignat pro anno Jubilæi quibus extraordinariæ facultates a Papa tribuuntur.

VICELEGATI per Provincias Ditionis Eccleſiaſticæ quibus honoribus proſequi debeant Epiſcopos, Archiepiſcopos, & contra. I. 40. & III. 190. Vice-Legatus Avenionenſis tabellas rationum Civitatis Carpentoratenſ. & Communitatum Comitatus Vindoſcini recognoſcit, & approbat. VIII. 119. Poteſt Cauſas Criminales & confectiones Proceſſuum a Rectore Carpentorat. ad ſe avocare. *ibid.* Item Proceſſuum Confectiones inſtruere, & quomodo. *ibid.* Immo, eo inconſulto, Sententiæ Rectoris pœnam corporis afflictivam infligentes, executioni committi non poſſunt. 118. Vid. *Rector Carpentoratenſ. Avenionenſ.*

VICESIMÆ & Sextæ oblatio. Vid. *Oblationes.*

VICINUS pluribus partibus, præfertur aliis vicinis in emptione domus. IV. 179. Vid. *Prælationis jus.*

VICTUARIA & alia neceſſaria ad Urbem deferri prohibentes, excommunicantur. I. 31.

VIGILIA celebranda eſt eo die, qui Feſtum immediate præcedit, niſi fuerit dies Dominicus. VII. 10. Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, ſi in Solemnitatem Corporis Chriſti incidat, in præcedentem diem anticipatur, quin ulla Vigiliæ mentio in Officio aut in Miſſa fiat. 8. Idem, quoad jejunium, ſervatur, ſi aliqua Vigilia in diem Dominicum, aut in Feſtum Sancti Patroni alicujus loci incidat; & quare. *ibid.* Vigiliam P. Mathiæ Apoſt. Innocentius III ſtatuit, ſed antea, a quibuſdam obſervabatur. 10. Anno 1751 juſtis de cauſis indultum eſt, in Civitatibus Ditionis Eccleſiaſticæ, ut eadem Vigilia in poſtremum Bacchanaliorum diem incidens, in Sabbatum Sexageſimæ anticiparetur. 12. Vigiliam an poſſint transferre Epiſcopi in ſuis Diœceſibus. 10. Vid. *Jejunia.*

VILLA Fontana. Vid. *Medicina.*

VINCENTII Liriuenſis Sanctitas propter ſuſpicionem errorum circa Dogmata nondum ab Eccleſia definita non obſcuratur. V. 52.

VINCULA a pecuniis depoſitis quomodo deleri poſſint. II. 177. Ubi vide plura ſuper commutationibus inveſtimentorum, ſubrogationibus &c. Vincula impoſita ſuper Locis Montium, Officiis vacabilibus, & Cauſæ *poſſeſſorii* vacantis, deleri nequeunt ab Adminiſtratoribus Montium & Componendarum abſque mandato Judicis, & *exequatur* Theſaurarii, ſive Datarii reſpective. *ibid.* Ubi vide quibus cautelis relaxari debeant a judicibus *Mandata de delendo.* Vincula primogenituræ, fideicommiſſi, Legati, multiplici, &c. impoſita ſuper certis Locis Montium vel Officiorum vacabilium, cum prohibitione ea alienandi, numquam, nullaque de cauſa deleri poſſunt a Judicibus Ordinariis. *ibid.*

VINI, Olei, & piſcium uſus in Quadrageſima, aliiſque jejuniis conceditur Græcis Italiæ, & Inſularum. I. 155.

VIRGINES Anglicanæ. Vid. *Anglicanæ.*

VIRTUTUM Theologalium Actus populo tradendi, & publice in Eccleſiis frequentandi. I. 97.

VIS & Metus diſtinguitur in gravem & levem, habito etiam reſpectu ad perſonam, cui infertur. V. 14. Adhiberi non debet ut Judæi in Chriſtianorum Regionibus aſylo jure gau-

gaudentes, Baptiſmum ſuſcipiant. IV. 52. Auctoritates afferuntur, & exempla explicantur. 70. Et de jure Principum in eos, quos jure belli ſubjecerint. 72. Si quis per vim & metum dicat ſe baptizatum fuiſſe, videndum an violentiis cedendo conſenſerit, an vero diſſentiens aqua Baptiſmi ablutus fuerit: in primo enim caſu valide baptizatus cenſebitur, ſecus in ſecundo. 80. Vim & metum inferentes, ut quis Religionem ingrediatur, aut Profeſſionem emittat, ab ordinariis puniendi ſunt, pœnis a Concilio Trid. ſtatutis. V. 14. Vis & metus auctores, qui a reclamante, vel a teſtibus ab ipſo inductis indicati fuerint, citari debent in judicio ſuper nullitate Profeſſionis. 10. Vis & metus incuſſus ad cogendum aliquem ut Profeſſionem Regularem emittat, etiamſi perſeveraverit per quinquenium & ultra, non ideo tamen prorogatur quinquennium a Concilio Trid. conceſſum ad reclamandum 12. Attamen ex Apoſt. Sedis æquitate inductum eſt remedium reſtitutionis in integrum. *ibid.*

VISIO Beatifica Sanctis non differtur poſt judicium univerſale. I. 144.

VISITATIO CARCERUM in Urbe, ſeu Congregatio ad eam peragendam deputata, ab Alexandro VI inſtituta fuit; eique Congregationi ſequentes Pontifices ampliſſimas facultates tribuerunt, ſed certam procedendi methodum minime præſcripſerunt. V. 224. Pontifex viſitationem ordinariam Carcerum Innocentiani & Capitolini alternatim fieri jubet qualibet feria V, deſignatis perſonis, quæ aſſiſtere debent, & præſcripto ſedendi ordine. 225. & ſeq. Quid potiſſimum inquirere, ac reſpective decernere debeant quoad carceratos pro Cauſis Criminalibus, ſtatuit. 226. Quoad Carceratos pro Cauſis Civilibus. 227. Hujus Viſitationis Secretarius perpetuo conſtituitur Procurator pauperum a Congregatione Charitatis deputatus. 226. Extraordinariam vero Viſitationem per deſignatas etiam perſonas ſemel in menſe fieri mandat, ad dignoſcendum quomodo tractentur Carcerati in iis quæ ad victum & munditiem pertinent. 227. & 228. Denique Viſitationem gratioſam per Viſitatores in ordinaria Viſitatione locum habentes, bis in anno de more fieri præſcribit. 228.

VISITATIO LIMINUM. Vid. *Limina Apoſtolorum. Relatio Status Eccleſiæ.*

VISITATIO OFFICIORUM Tabellionatuum & Actorum in Urbe indicitur, & omnibus Judicibus commendatur. I. 121.

VISITATIO PASTORALIS & executio Decretorum in ea editorum, Epiſcopis omnibus inculcatur. I. 6. & III. 21. In Viſitatione Paſtorali quænam viſitare poſſit Epiſcopus in Eccleſiis Parochialibus Regularium. II. 143. Et quid cognoſcere debeat circa vitam, & mores Parochi Regularis. *ibid.* Viſitatio Eccleſiarum Cathedralium & Diœceſum Epiſcoporum Suffraganeorum a Metropolitano fieri non permittitur, niſi de mandato Concilii Provincialis. 74. Viſitationi Epiſcopi ſubſunt Curati etiam Regulares in his quæ pertinent ad Curam animarum, ejuſque rectum & utile exercitium, & adminiſtrationem Sacramentorum. VII. 81. Viſitare Conſervatoria Virginum Anglicanarum, ſine præjudicio jurium Epiſcopalium, poteſt etiam earum Superioriſſa Generalis. V. 215. Quemadmodum Domus Magiſtrarum Piarum, & Magiſtrarum Sanctarum viſitantur ab earum Superioriſſis Generalibus. 217. Viſitatio Paſtoralis injungitur Vicario Apoſt. Goritiæ ad tempus conſtituto, per univerſam Regionem ipſius Curæ demandatam, eum onere referendi omnia ad Sedem Apoſt. VII. 242.

VISITATIONES quatuor Baſilicarum Anno Sancto quot vicibus a Romanis & ab aliis fieri debeant pro obtinenda indulgentia Jubilæi. VI. 138. Qui ad hunc effectum dicendi ſint Romani. 86. Viſitationes eædem faciendæ eſſent poſt fructuoſam Confeſſionem, vel ſaltem poſt actum Contritionis; ſed non eſt in rigore neceſſarium. 142. Devote tamen peragendæ ſunt. 146. Viſitationes ipſæ, ſuperveniente Indulto, quomodo ſtatuendæ, & peractæ quomodo computandæ. 87. & 150. Ab his Viſitationibus quos & quomodo Pœnitentiarii diſpenſare poſſint. 84. Viſitationes eædem non ſunt neceſſario iterandæ ab eo, a quo iteranda Confeſſio eſt. 146. Viſitatio quatuor Eccleſiarum fieri potuit, vel ab una ad aliam mediam noctem, vel a Veſperis diei præcedentia uſque ad ſubſequentis diei veſpertina crepuſcula. 54. & 96. Viſitationes autem quo ordine fieri poſſint. 87. & 150.

VISITATORUM facultates ad tramites Juris, & Literarum Innocentii XII reducuntur. I. 106. Viſitatores per Civitates & Diœceſes deputandi ad fovendum opus Doctrinæ Chriſtianæ. 96. Viſitatores Communitatum a Congregatione generali Boni Regiminis deputantur. VIII. 137. Ipſorum facultas cohibita ad explorandum ſtatum œconomicum Communitatum, eumque referendum. *ibid.* Vid. *Congregationis Boni Regiminis.* Viſitare poteſt Proto-Archimandrita Congregationis S. Baſilii Magni, Ruthenæ Nationis, Abbates ſive Archimandritas ſibi ſubjectos; & opportuna Decreta vulgare. IX. 139. Viſitatio Eccleſiarum, ac quorumcumque locorum ſubjectorum Monaſterio Monialium Ord. S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis, eſt Delegato Apoſt. reſervata. 192. Vid. *Aquilejenſe Monaſterium.*

VI-

Digitized by Google

VITA S. Maronis a Theodoreto Cyri Epiſcopo ſcripta, a quibus vindicata. VIII. 129. Vid. *S. Maro*.

ULDARICO (S.) Epiſcopo Auguſtano imponitur, quod Miſſam poſt prandium celebraverit. IX. 132. & ſeq.

ULTIENSE Monaſterium, ſeu Præpoſitura S. Laurentii de Plebe Martyrum ſupprimitur, ejuſque Bona Menſæ Epiſcopali Pinarolienſ. noviter erectæ uniuntur. V. 131. & ſeq.

ULTRAJECTENSES Schiſmatici damnantur. I. 25. Ultraject. pſeudo-Archiepiſcopus Jo: Petrus Meindars nulliter electus, illicite conſecratus, cenſuris & ſuſpenſione irretitus declaratur. 197. & ſeq. Eligit nulliter Hieronymum de Bock in pſeudo-Epiſcopum Harlemenſem. 177. Eumque illicite conſecrat. 197 Hieronymo defuncto, pari nullitate eligit Joannem Van-Stiphout. II. 223. Atque hunc etiam attentate & ſacrilege conſecrat. III. 11. Ultrajectenſis pſeudo-Archiepiſcopi, & Harlemenſis Epiſcopi appellatio ad futurum Concilium generale damnatur &c. II. 223.

UMBELLA. Vid. *Baldacchinum*.

UNCTIO non eſt ſufficiens ſatisfactio pœnitentiæ. I. 146. Vid. *Extrema Unctio*. Unctio cum Sacro Oleo infirmorum an extra caſum gravis infirmitatis fieri licite valeat. IX. 115. Vid. *Oleum Infirmorum*.

UNDE VI Interdictum. Vid. *Interdictum*.

UNIGENITUS. Vid. *Conſtitutio Unigenitus*.

UNIO Monachorum S. Baſilii in unam Congregationem promovetur. I. 185. Vid. *S. Baſilii Rath. Ordo*. Unio Græcorum quoties quantique laboribus a Rom. Pontificibus curata. IX. 28. Unio Monaſterii de Campo longo cum adnexis juribus facta Sacriſtiæ Conventus S. Franciſci Aſſienſis confirmatur. VII. 181. Uniones Monaſteriorum a Pio IV factæ favore Baſilicæ Vaticanæ, ob titulum onerosum, eximuntur a Quindeniorum ſolutionibus. VII. 197. & 200.

UNIVERSITATUM juriſdictiones extinguuntur. I. 104. Univerſitas Studii generalis. Vid. *Archigymnaſium Urbis*. *Avenionens.*

VOCALIS Oratio tamquam opus injunctum requiritur pro lucrando Jubilæo. VI. 87.

VOLUNTAS legitimi Domini rerum mobilium in bello injuſto ab infidelibus raptarum præſumitur eſſe, ut a fidelibus recuperentur, ita ut ipſe libenter eas ab emptoribus recipiat, ſoluto pretio, ſeu quantum intereſt. VII. 130. Non ita quoad fundos immobiles, quorum diſperſionis periculum non adeſt, & quorum ipſe poſſeſſionem quandocunque recuperare intendit. 132. Vid. *Baptiſmus. Intentio*.

VOTA. Vid. *Profeſſio*. Votorum commutatio in Jubilæo univerſali. I. 3. & II. 149. Votorum commutatio in vim Bullæ Cruciatæ. II. 20. Vota ſimplicia in Congregatione Miſſionis emiſſa, a nemine quacunque cauſa & occaſione diſſolvi poſſunt, præterquam a Papa, aut a Superiore Generali Congregationis in actu dimiſſionis tantum. I. 194. Vota ſimplicia, quæ in Societate Jeſu poſt biennium Probationis emittuntur, Beneficiorum vacationem non inducunt. IV. 32. Vota alia ſunt ſolemnia, alia ſimplicia. Ex his aliqua Sedi Apoſt. reſervata ſunt, quæ recenſentur. VI. 118. Vota ſolemnia fiunt emittendo Profeſſionem in aliqua Religione approbata. V. 214. Vota quæ emittuntur a Virginibus Anglicanis, ſimplicia dumtaxat dici debent, utpote non facta in Religione approbata. *ibid.* Vota ſimplicia etiam jurejurando confirmata, quomodo a Pœnitentiariis & Confeſſariis Anno Sancto commutari diſpenſando poſſint. VI. 83. 120. 167. & 174. Quomodo vota perpetuæ caſtitatis & Religionis a mulieribus emiſſa. 83. Quomodo intelligatur facultas *commutandi diſpenſando* vota. 120. & ſeq. Vori vinculum an arctius dicendum ſit, quam juramenti. 120. Vota a tertio acceptata, ſeu in quorum obſervantia alicujus intereſſe agitur, non poſſunt a Pœnitentiariis commutari Anno Jubilæi. 85. Neque vota a peccatis præſervativa, niſi ſubrogatis aliis cautelis, quibus æque peccata hujuſmodi arceantur. 136. & 174. Votum caſtitatis ab Equitibus Jeroſolymitanis eſt abſolutum; non ita illud quod ab Equitibus aliorum Ordinum Militarium emittitur. VII. 260. Votum emiſſum a B. Joanna Franciſca de Chantal faciendi ſemper quidquid perfectius eſſe cognoſceret. 84. Votum Jephte. Vid. *Jephte*. Votum conſultivum vel deciſivum quinam habeant in Congregationibus Gubernii Urbis ſuper Cauſis Criminalibus. V. 213. Et in viſitatione carcerum ordinaria. 226. Et in Congregationibus Criminalibus habendis ſuper Cauſis quatuor locorum feudalium Populi Romani. VI. 213. Votum Conſultivum in Congregatione particulari Fabricæ B. Petri habent Œconomus & Judex ordinarius ejuſdem Fabricæ. VII. 88. Votum deciſivum quinam habeant in Congregatione Criminali A. C. quive Conſultivum tantum. VIII. 146. Votum non recipiendi Epiſcopatus. Vid. *Baſilienſes Monachi*.

VOTANTIBUS Signaturæ Juſtitiæ & Gratiæ præſcribitur præcedentiæ lex, juxta reſpectivam antianitatem. III. 114.

URBANUS VIII Martyrologii Romani emendationem fieri curavit, eique perficiendæ doctorum virorum Congregationem deputavit. II. 42. & 57. Ejus Conſtitutio de abolendis Jeſuitiſſis non fuit abrogata per approbationem Inſtituti Virginum Anglicanarum, ſed in

in ſuo vigore perſeverat. V. 210. Quantopere Græci Euchologii correctionem curaverit. IX. 97.

URBINATENSIS Eccleſiæ Canonicis & Dignitatibus a Benedicto XIII conceſſum fuit, ut in ſolemnibus functionibus, etiam præſente Epiſcopo, ac Legato de Latere, poſſent in Civitate ac Diœceſi uti Mitra aliiſque indumentis ad inſtar Abbatum uſum Mitræ habentium. VII. 112. Hæc conceſſio nimis ample interpretata fuit in præjudicium Dignitatis Archiepiſcopalis. *ibid.* Urbinatenſi nuper inſtante Archiepiſcopo, Sacra Rituum Congregatio 13 Dubiis propoſitis & reſolutis, abuſus omnes ſuſtulit, approbante Pontifice. 113.

USUARDUS in Martyrologio ſuo concinnando, antiquioribus Martyrologiis Hieronymi, Bedæ, Rabani, Vandelberti, & Adonis uſus eſt. V. 53. Itaque quod in illis non reperiunt, ſed ab ipſo Uſuardo additum dignoſcitur, ad Examen revocari debet. 54. Uſuardi error circa Feſtum Aſſumptionis B. M. V. notatur. *ibid.*

USUCAPIO an dominium rei furtivæ parere poſſit. VII. 138.

USURÆ lucrum ſupra ſortem, & ex mutuo. III. 39. Uſuræ labes non minuitur ob moderatam quantitatem lucri, vel ob qualitatem mutuatarii. *ibid* Uſura præcepto Divino damnata. 40. Quid præſtari oporteat ad eam labem vitandam. *ibid.* De Uſuris doctrina exponitur, mandato Pontificis, qui eam approbat, ac doceri & ſervari jubet. 38. & ſeq. Vid. *Mutuum*.

UTINENSIS Archiepiſcopatus, ſuppreſſo Patriarchatu Aquilejenſi, erigitur, eique Diœceſis & Suffraganei aſſignantur. VII. 73. & VIII. 47. Jus nominandi Archiepiſcopum tribuitur Reipublicæ Venetæ. VII. 74. Capitulum conſtituitur cum certo Mansionariorum & Capellanorum numero. VIII. 48. Menſæ Archiepiſcopalis & Capitularis redditus quantus, & quomodo diſtribuendus. 49. Canonicatuum nonnulli juriſpatronatus, alii liberæ collationis. 52. Quomodo horum omnium proviſio fieri, ſive inſtitutio dari debeat. 53. In Utinenſi Metropolitana Eccleſia Miſſa de Spiritu Sancto celebratur anniverſaria die commemorationis, ſive depoſitionis B. Bertrandi Aquilejenſis Patriarchæ. IX. 189.

WARMIENSIS ac Sambienſis Eccleſiæ canonice unitæ, immediate ſubjectæ ſunt Sedi Apoſt. VII. 254. Warmienſis & Sambienſis Epiſcopus eſt Princeps S. R. I. 255. Epiſcopo eidem Pallii uſus, & Crucis præferendæ facultas conceditur ſub quibuſdam conditionibus. *ibid.*

WART, Maria, Jeſuitiſſarum Fundatrix. Vid. *Maria Wart. Jeſuitiſſa*.

WILNENSE Collegium. Vid. *Collegium Wilnenſe*.

VULNERATOR. Vid. *Homicidia*.

UXOR in poteſtate mariti eſt juxta Legem Moyſi. IV. 84. Ideo maritus a Judaiſmo ad Eccleſiæ fidem converſus, eam ad Baptiſmum offerre poteſt. 86. Vid. *Judæi*. Uxores ante Ordinationem acceptas jure retinent Græci Sacerdotes. IX. 34.

X

XENAJAS Catechumenus negans fas eſſe Spiritum Sanctum ſub Columbæ ſpecie repræſentari, in Concilio Nicæno II damnatur. III. 25.

Z

ZAMOSCIENSIS Synodus Nationalis Ruthenorum habita anno 1720. II. 70. Zamoſciæ Synodo cautum eſt, ut Rutheni Epiſcopi Officialem aſſumant ex Clero Sæculari, dummodo ad id muneris idoneus Clericus reperiatur. VIII. 110. Zamoſciæ habita Synodus Provincialis Commemorationem Rom. Pontificis in Miſſa fieri præcipit. IX. 103. Vid. *Commemoratio*.

ZANI, Paulus, Nobilis Bononienſis, & intimus Cubicularius Pontificis, ab eo Bononiam ablegatur ad deferendam Roſam Auream, Eccleſiæ Metropolitanæ dono miſſam. VII. 24.

ZELOSUS Ordinis Minimorum, idem ac Procurator Generalis. Ad ejus inſtantiam certæ indulgentiæ conceduntur pro Chordigeris, & Tertiariis S. Francisci de Paula. VII. 117.

ZENOPOLITANUS Epiſcopus laudatur. Ejus votum, ut Papa Presbyteris Latinis in Ruſſia Polonica degentibus facultatem concedat celebrandi Miſſam ſuper Græcorum Antimenſiis. VII. 39. A Sancta Sede delegatus in negotiis Ordinis S. Baſilii Ruthenorum. II. 76.

ZOCCOLETTE. Conſervatorio S. Clementis, quod vocatur *delle Zoccolette* in regione Arenulæ Urbis, annuum ſubſidium dotale aſſignatur. III. 69.

FINIS.

27,221

Digitized by Google

Digitized by Google